


BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
68
10 C
4 M


R. TEXTOR
OFFICIN
PAR. I.

OFFICINAE

IOANNIS RAVISII TEX

toris Niuernensis Historicis Poëticisq;
refertæ Disciplinis Prima pars
bene recognita, auctaq; non
parum, cum Indice iuxta
seriem Literarum
reposito.





Venetijs M D XXXVII

LECTORI CANDIDO.

OFFICINA Ioannis Rauisii Textoris rerum om/nium merciumq; reconditarum refertissima multorum nedum Officinas, sed & Bibliothecas Lararia quoq; ornaturi, licuit ex officio nostro plurimorum Votis satisfacere, æris & marginis rationem habentes. qui libro/rum in tanto Hodie frequentia & cumulo, Vel obruuntur magnitudine, Vel exhauriuntur precio, quam interim Ty/pis nostris in Enchiridiō coēgimus, iusti Voluminis nō prætergessi modulum. Sed memineris interea nos in hac ædi/cione propolarum quorūdam probasse solertiam, qui angustas ædes mercati Tabernæ partem priorem mercimonis replent, reliqua in posteriori recōdentes & si quid aliud supersit quod mercaturam expleat, penum instruunt. Quod & hic fecisse (situ probaueris) rei angustia nos im/pulit. Binas enim partes Officinę in hoc mercato curaui/mus adornandas, & ne quid deesset latinæ familiæ, Myro/thecium tertio loco extrusimus, nempe Cornucopiæ ordine pulchro digestam, qua affatim omnia superesse merca/tui significaremus. Quid preterea nouorū locorum nunc accesserit, partis secundæ monstrabit epistola. Porro Indi/cem reddidimus expeditiorem & magis auctum, cum accurata castigatione. Erratula Verò quædam, Velunt literam pro litera, numerum pro numero non maxime curabis, in his enim nos homines præstitimus. Vale.

B

¶ Inculpatissimo viro sacrorumque literarum professori meritissimo. D. Ioanni Boluaco Niuernensi, Nauariensium Grammaticorum gymnasiarchæ. Io. Rauisius Textor Niuernensis S.D.



Dmiratio multis fuit frequens, vir inculpatissime, quod ego tuus alumnus & prope dixerim partus, tuis semper adiutus obsequiis, tuaque opera literis innutritus neque beneficium scriptis agnoscerem, neque gratiam verbis vllis remetirer. Nec defuerunt, qui silentio meo tam diuturno inflatis etiam buccis & multo irascerentur stomacho, atque hoc ipsum vicio verterent, dicerentque me indignum de quo quisque bene mereri debeat, quum vt causabatur, plerique ex pte rationis aiantes ab horreāt ab hmōi nota. Nam & Ciconia parētes ā quibus vitam accepit, senio fessos nutrit & suc colat, & glires suis genitoribus dum senuerint eadem succurrit pietate, velut meritū refundentes. Alii itē quibus eadē placebat sententia, cōuiciis me incessebāt, & hmōi verbis alloquebantur. Næ tu es homo egregie malus Textor & dignusque multis plagis & cicatricibus, q magno famæ tuæ dispendio nō agnoscis, per quē pfeceris. Hic (de te loquebantur) te nutriuit ā puero Et vt inquit Simo Terentianus, fecit ex seruo vt esses libertus, & quod habuit summū precium, persoluit tibi. Tu tamen pateris eius memoriā apud te frigescere, quē velut numē aliquod terrenū deberes suspicere & reuereri, cuiusque effigiē si saperes, domi haberes in larario, quū quicquid es, si quid saltē es, id totū fise ius officio, eique vitā cū doctrina referre debeas acceptā. Adde qd magna est ambob⁹ affinitas eadē vtrique patria, cuius ille [illegible], & primū specimē & in qua tanti fit ab oībus, vt inhuman⁹ habeat & inciuilis, qui trāseūti cōptarim nō assurgit. Qua nā ergo ratione maculā hāc elues, quonā modo culpā deprecaberis, aut i q̄ excusationē reiicies delicti, si fo

Prouerbium vide Eras. chil. 3 cent. 5. pro. 71.

lus eum relinquas insalutatum ,in quē omnes pleno ore certatim laudes cogerunt? His illorum verbis quum aures mihi calerent & circunsonarent cœpit me pudere vitæ, & pœnitere negligentiæ. Parumq; abfuit quin ipse mihi pœnam irrogauerim,sumptoq; de meis musis supplicio.arbortiuas adolescentiæ meæ nugas veneris marito deuouerim vt cũ politiano loquar. Vbi tñ diu satis in ea pependi cruce,post longum tædium & animi mœrorem,discussis hinc inde rationibus tandem cognoui nihil esse quod deberem tristari aut affici pœnitentia. Quinetiam me multo prudentius egisse,quam si quid infra dignitatem tuam antea reposuissem. Præcedentia quidem argumenta iniiciebant mihi pudorem. Contra vero alia emerserunt omnino contraria,quæ postea suaserunt, vt non tantum non me pigeret nihil ad te scripsisse, sed ne in posterum quidem scribere, Considerauı in primis quam stulte agant ,qui suis ineptiis illustrium virorum maiestatem contaminant exēplo illius Chœrilli ,cuius Scripta plus multo probri quam laudis pepererunt Alexandro. Quantum enim famæ parturiunt doctorum monumenta,tantum dedecoris afferre solent pœnitendæ & viles in doctorum nugæ. Itaq; si quid hactenus tibi nuncupassem,plus multo fuliginis & tenebrarum q̃ lucis induxisset tuo nomini, Nam nihil est in me, quod tuis laudibus respondere valeat. Nihil neq; scribo neq; loquor quod semitarii & Pagani magistelli non nouerint nihil nisi triuiali percussum moneta dico. Quanam igitur doctrina tibi,homini dico omnibus virtutum numeris absolutissimo satisfacere potuissem? Quod si potuissem,adhuc tamen mihi fuerat timendum,ne irasceteris,grauateq; ferres & dolenter,si te in ora vulgi cōicerem quum ea sis natura Vt mallis laudum tuarum testimonia in precordiis hominum delitescere,quam linguis versari, Ego te noui tanquā meos vngues. At si quid certi ex tuis moribus potui colligere & explorare,tu non ex eorum numero,quibus aures inanibus præconiorum fumis pruriunt,& titillantur. Futiles iste gloriolæ non plus te mouent,quam lippum pictæ

tabulæ, fomenta podagram, Auriculas citharæ collecta sorde dolentes, vt inquit ille omnia tibi sordent nisi quæ meram olent virtutem. Suspicari posses me hoc dicere adulādi studio, nisi tā alienū esset mihi assentari, quā tibi assentatoribus aurē præbere. Id ego ausim de me prædicare, nec vnquam placuisse mihi parasitos & blanditores, nec vllāpestē vnquā acrius refugisse me, quam parasiti personam, ne quis forte suspicetur a labiis meis dissentire præcordia. Et tu ipse eum me semper nosti, in primore cuius fronte legatur animus. Quod quamuis hac tempestate nō vsq; quaq; sit vtile, non possem tamen infucatū illū naturæ rigorē excutere, vel si vnco trahendus essem ad scalas gemonias, aut insuendus culeo cū gallo, serpente & simia. Vides igitur vt ad institutum redeam, quæ denuo me mouerint argumēta vt nihil ad te scriberem, aut de te. Tandē tn̄ inuitū me ac recusantē expugnauit, & tuus in me amor, & mea in te beniuolentia, coegitq; epistolam hāc liminarem adiicere, quāuis intelligerem titulū hunc si modo laudis est titulis, fore tibi molestum & odiosum. Sed velis nolis oportet vt æqui boniq; cōsulas. Hoc ego feci, non vt par pari relatū cognosceres, quū vt inquit Cicero, si vitam pro tua dignitate effunderē, nec minimam quidem tuorū in me meritorum partē viderer assecutus. sed vt eorū calumnias declinarem, qui me suspendūt naso, ꝙ nullo dum ac ne verborum quidē testimonio, exhibuerim me gratum. Porro nominis perpetuitatem magis mihi ex te polliceor, quā tibi ex hoc opere meo. Si autē percōtaris, quale sit ipsum opus, & quid ego sentiam, dicam id quod res est, ne quis cauilletur foetus meos mihi blandiri illud primum omnium non inficiabor, me omnia frustillatim fere ab autoribus emendicasse. Nihil priuato iuri præter laborem tribuo, quem si quis improbet, nullam spem futuræ laudis mihi relinquo. Et vt obscuram censorum lituris & spongiis, tota hęc officina similis est Horatianæ corniculæ alienis plumis circunquaq; vestitæ. Quam, licet plæriq; probent, & in his Petrus Danesius homo plurimæ doctrinæ & eruditionis, non sum ta

men adeo nesciens mei, ne᷑ ita pēdeo totus ab aliorum iudicio, vt eas laudes velim agnoscere, quas nec honestę possū, nec iure debeo. Nolo mihi Suffenus esse, aut simias imitari, q̄ suos fœtus q̄libet deformes pro formosissimis admirantur. Si quid tñ ex multis paleis fructus collegi, te & cæteros lectores rogo, vt excipiatis plausibiliter. Cōtra vero si quid per incuriam mihi non elimatū lapsum est fre quenter autem lapsum est partē erroris quęso condonatę meis occupationib⁹, cū q̄bus hęc ip̄rimerent̄, nulla nō hora obruebar, id᷑ adeo, vt vix ociū esset ad scalpēdū caput aut mūgēdas nares. Nā vt tu ipse oīum certissime nosti, nō poterā assidue pręesse typis, quū me oporteret totos dies erudiendis iuuenibus impendere. Vix᷑, vt opinor, suffecissem operi, nisi in emaculandis vtcun᷑ typographorū erratis laborem meū iuuisset honestissimus, maturæ᷑ doctrinæ adolescens Guido Mōmiraldus Lutecianus patricius. Vale homo probatissime, Et me ama.

INDEX CAPITVM PRIMAE ET SECVNDÆ partis Officinæ Textoris Iuxta literarum ordinem.

Charites in Chirurg. p. 2 fol. 252

FINIS INDICIS.

IOANNIS RAVISII TEXTO
RIS NIVERNENSIS IN
SVAM OFFICINAM
PRAEFATIO.

Ad eximium & literatiſſimum virum. D. Gaufre/ dum Pompadoræum Petragoricenſem Archidia conum, Vtriuſq; iuris profeſſorem acutiſſimū.



MNIVM qui latinam linguam ſuis ha ctenus iuuerunt monumentis, neminem prope vnum inuenias, Gaufrede literatiſ ſime, qui vbiq; ſuorum operum calūnias Momorum, et obelos poſteritatis effuge rit, quiq; nullibi acceperit vulnus. Hoc docent autorum elegātiſſimi, quorum ſcripta quāuis in/ culpata, & omnibus eloquentiæ calamiſtris decenter cō/ pta viderentur, pleriſq; tamē in locis Ariſtarchorum litu ris expuncta ſunt. Hic arguitur vt nimis ieiunus, illius oratio plus cutis q̄ carnis habere dicitur, alius verbis con fragoſis ampullari, alius humi repere, i hoc affectata cul patur, obſcuritas, in illo ſtylus nimis lāguidus & eneruis In ſumma, nihil reperies quod ſuis dentibus liuor non configat. Et quod omnium moleſtiſſime ferro, non erudi ti & frugi homines ſolum hanc prærogatiuam ſibi vendi cant, ſed inepti quoq;, & qui carent naſo eādem licentiā iuxta induunt. Ita, vt venatici canes, & villatici eodem modo ferinam olfacere videantur, velintq; capræ Rhino ceroti naſuto haberi ſimiles. Sunt quinetiā qui laudi ſibi vertunt cum egregio hoſte pugnam ſuſcepiſſe, vt aliena virtute (quod propria nequeunt) in opinionē vulgi quo cunq; modo introrepant, ſeq; in populi admirationem intrudant vt cunq;. Alii quum quid coram idiotis legūt

Prouerbiu vide Eras. in chil. i. cē. 7. pro. 90.

ne nihil scire videantur, audent tamen de Sybillæ foliis iudicare; suęq́ꝫ censuræ cum aliis symbolum ferre. Sed fallūtur illud dubiè, & suis cruribus asciam illidunt. Nam plura ipsi accipiūt, quàm inferant vulnera. Inustum enim ab eruditis vnicū stigma instar multoꝝ est, prestatq́ꝫ sexcentas ab huiusmodi latratoribus plagas accipe, quàm à literatis vnā. Quicqd dicitur ab erudito, æternum est, & nescit finē. Quod ab insulsis, euanescit tā citò, q̄ ipsi sunt vani. Qđ si vnquā primis seculis fuerit hoc malū, nūc inualescit maximè, ita vt vix reperiatꝰ opus quod vel nō sit mancum ac mutilū, aut stolidis istoꝝ nebulonū iudiciis planè corruptum. Quid est in causā, quāobrem Fabii institutiones oratorię nobis tenebrosę videantꝰ, lectoresq́ꝫ oēs tertio quoqꝫ verbo suspensos retineant? Sola hoīum temeritas, q quum autoris mentem nō caperent, oīa inuertere, & rotundis quadrata mutare ausi sunt: fecerūtq́ꝫ oraculum, quod p somnium noctu viderant. Qua etiam fæce historiam Plinii naturalē vbiqꝫ pmixerūt dum nō intellectam detorserunt in suum phantasma, ne lectorē destituisse viderentꝰ, seq́ꝫ ignorātiæ cōuicisse. Ego vt verè dicam, ex alieno piculo mihi timeo, terroremq́ꝫ (vtinam vanum) cōfingo. Quis enim gregarius miles in dextram aurem securus dormiat, si videat principi suo male esse? Quis vellicato Cicerone, suis auribus nō timeat? Quem notato Virgilio, calūniæ metus non terreat? Atqꝫ eò magis quò acrius semp in neotericos seuiatꝰ. Hoīes enim huius seculi prope oēs cōsueuerunt in seipsos furere, alter in alterum quadrigas conuicius onustas iaculari, viperis nimirum similes, quæ parentes dicuntur impetere. Vide Apologias, vide occultas Satyras, quæ nunc euentilantꝰ, & excuduntꝰ. Quotusquisqꝫ nostri temporis habetur in precio, qui tot Archilochos nō habeat, quot præcones? Paucis ab hinc annis Seruius de latina lingua bñmeritus floruit. Iam Beroaldinis annotationibus vapulauit. Beroaldus item nūc fœnore recipit talionem. Omnes enim (qui saltem corruptum nō habent olfactum) q̄uis labo-

Prouerbiū chi. cē. 8. pro. 19.

Prouerbiu vide Eras. chil. i. cē. 7. pro. 73.

rem eius non improbent, sic tamen stylum auersantur, vt sibi, suisq; liberis eius lectione interdicant. Nullus grammaticorum pleniore obsequio posteritatem demeruit, q̃ Laurentius Valla. Nemo purius iudicauit. Mancinelli tamen iam passus est, Limam, qui & ipse postea limatus est. Politiano viro vtriusq; linguæ doctissimo, Marullus poëta iam dedit vulnus, idemq; lege talionis accepit. Quo anno hæc imprimebantur, nescio quis semidoctus Anglus, ausus est in Erasmum virum planè & sine lenocinio doctum insurgere, annotationesq; (quas Mercurii cuiusdã opera Græcanicis refersit laminis) euentilare. Audio & fuisse quendam nebulonem, qui opus doctissimi & eruditissimi Budei de Asse, dixerit esse velut ociosum, infrugiferum, ac nemini vtile, & non magni referre cognoscere, quæ sint partes assis, q̃ varię ponderum & nummorũ species. Cuius nomen si compertum haberem, peius cruce & furca lueret, nec ad cõmiserationem me flecteret, etiam si fleret sanguine. Te ne oportuit nebulo perperam de tanto Galliæ monstro iudicare, tantumq; virum putida tua censura proscindere? qui tamen vnus inuidiosam Athenis reddit Luteciam, facitq; , vt omnes propè cęteræ nationes palmam desperent eloquentiæ? Hic (si literis merces exolueret) regi deberet esse, quod Archelao fuit Euripides, Ennius Africano, Romano senatui Cicero. Et te non pudet immundum ex ore tuo sterquilinium in hunc vomere? Nihil de te loq audeo Faber modestissime. Plagæ tuæ mihi excutiunt lachrymas, tantumq; dolorem afferunt, vt amicis indigeam, q me perinde ac te consolentur. Nescio cui te cõparem, nisi Actęoni, quem vt sui canes laniarunt, Ita quoq; qui ex tuis vigiliis fructum & cõmodum ceperunt, qui te præuio & anteambulone, Philosophiæ latebras incolumes peruaserunt, in te rostro & dentibus sæuiunt. Sed sis bono animo. Aderũt, aderunt, qui vlciscentur, facientq; tuos istos canes suorũ pœnitere latratuum. Immò iam affuerunt. Nunqd enim ꝓspicis plerosq; ex illis (indigni sunt qui à me nominen-

tur)iam nō pluris q̄ histriones fieri,& ab eruditis haberi velut indoctos?Indoctos autē?immo & plane ,barbaros, ipsisq; adeo barbaris ineptiores. Luent, luent& viui & mortui,flāmasq;(quibus scripta tua digna dixerunt)ipsi perferent.Impingent (ne dubites)in eruditorum carnificinas,in quibus nullus futurus est commiserationis locus.Iam in Epithetis meis tibi condolueram,neq; tamen vrgente beniuolentia (quam habeo in literatos genuinam)potui non iterum misereri,vt docerem,quod prius dixi nullum esse q̄tumuis doctum, qui huiusmodi Libitinarum morsus & rabiem declinet.Quis ergo tot eruditis vapulantibus, securum me putet dormire somnum? Quis porrectis pedibus nihil timentem quiescere?quum etiam si rosas loquerer,essent tamen , quibus meæ rosæ olerent vrticam.Omnium linguas cohibere velle, manifestaria est demētia.Culpam apud omnes deprecari,tam difficile est, q̄ facile à multis naso suspendi. Ne multis agam,salubrius mea sententia non est consilium,q̄ veniā præfari,& suscepti operis causam percontaturis dicere. Demum si quis obloquatur,& me aspergat conuiciis,pili & assis non facere.Primum omnium nemo est(vt opinor)neq; ex eruditorum turba,neq; ex plebeiorum grege,qui manibus ac pedibus non eat in Salustii sententiā dicentis ,Omnibus hominibus(qui sese student præstare cæteris animantibus) summa ope enitendum , ne vitam silentio transeāt,veluti pecora,quæ natura ventri prona & obedientia finxit.Nos enim præter propter voluptates nati sumus,& aliorsum accepimus animā , q̄ vt ocio Epimenidis somnum indormiamus,& vt proci Penelopes aliis certantibus, soli nihil faciamus nisi numerum. Quid à porcis differemus,si multos menses stertamus instar glirium & purissimæ aquæ sordidum lutum præferamus?Commodemus aures Catoni,qui dicebat reddendam esse vitæ rationem.Sequamur laudabilem Gymnosophistarū consuetudinem,apud quos impransi abibant, qui nullum diurnæ operæ fructum afferebant.Aegyptiæ

adhæreamus iuuentuti, cui lege fuit cautũ, ne cibo prius vesceretur, q̃ centũ & octoginta stadia pcurrisset. Adiiciamus oculos moribus Spartanoꝝ, q ablegatos à se pueros nõ prius domũ redire pmittebãt, quã parẽtibus honori, & patriæ vtilitati esse possent. Fuit primis sæculis tantum virtutis studiũ vt summã in labore felicitatẽ reponerẽt. Qua causa Menãder dicebat deũ ociosis nõ adesse, Epicharmus bonos laborẽ seq, timidos nihil vnq̃ asseq. Heraclides quoq; Lycius vnũ librum laboris laudibus dicauit, quo aiebat nihil in rebus humanis magis frugiferum geri posse. Quibus psuasus argumẽtis aliquẽ ex dactylotheca mea carbunculũ, in linguę latinę gazophylacium cõferre volui, q̃ hominem sic oporteat viuere vt se aliqñ vixisse doceat posteros. Qua enim pmaximũ Ioue opa rectius īgeniũ exercere? Nõne p̃stat hoc ipsum facere, q̃ plebeculam ad medullas corrodere cũ causidicis, hoĩes ipune occidere cũ medicis, mercatoꝝ instar lucro ĩmori, & honores aulicoꝝ ritu ambire? Seq volo Amasis Aegyptioꝝ regis edictũ laudabile, q(vt est apud Herodotũ) sanxit, vt singuli quotãnis apud cuiusq; pfecturæ præsidẽ pfiterentur, vñ viuerent. Quod q nõ facerẽt, illis pœna extremũ supplicii esset. Sed fac meum hoc pẽsum nõ esse magnĩ momẽti. Minorẽ saltẽ p̃stabo culpã, q̃ q nihil oĩno parturient. Per me nõ stat, qn melius agã, Natura est in causa, q̃ eã mihi dotem nõ dedit quã fortunatis ingeniis, qbus in manu est ex tpe (si insperata declamãdi necessitas occurrat) elegãter dicere, & copiose. Arguerẽ me pigriciæ, nisi certo scirem me plus olei multo cõsumpsisse, q̃ plerosq; alios, q tñ multis precurrunt parasangis, doctrinaq; & eloquentia tm̃ me præcedunt, ante alios q̃tum Pegasus ibat equos. Si qs dicat iã nobis abunde eẽ voluminum, quorsum tñ ppterea cauillari eos attinet, q multa scribunt, & cumulum augẽt? quum Theophrastus trecẽta libroꝝ volumina ediderit. Chrysippus septingẽta, Empedocles tria & quadrigenta, Atteius Capito Consul sexaginta. Cõstat Seruium sulpicium centũ & octoginta libros de iure ci-

uili edidisse, Galenum de medicina centum & triginta. Debemus ægreferre thesaurum nostrum augeri, & ærarium crescere? Sed admittēdi sunt soli maxime eruditi. Cur ita? An qui habēt plenam auro crumenā, argēteos quadrātes ab aceruo reiiciunt, & minorem respuunt monetam? Hoc illis improperādum, qui sunt vsq; adeò polyposi, vt olfactu prorsus careāt, neq; triticum ab auena & Lolio possint internoscere. Nō est idem oīum gustus. Et quod ad huius stomachum facit, illi nauseā parit. Quod hunc excitat, alium scpit. Hinc fit vt aliis placeat breuitas, alii luxuriātem verbis & sentētiis malint orationem. Preterea si nihil vnq̄ recēs imprimeret, periculum esset, ne tādem literę naufragium facerēt, & perirēt ab radice. Vides enim vel iniuria tempoꝝ, vel hoīum incuria, opa & vigilias multoꝝ iam periisse, quoꝝ noīa plurima à nobis fiunt, & pleno ore ad cœlum feruntur, atq; etiam frequēti oīum voto desyderātur. Vbi nunc sunt Accii, Pacuuii, Aeschyli, Afranii, Anacreōtis, Archilochi, Philete, Aristophanis poētarum & alioꝝ plus quingētorum monumēta? Vbi Annales Andronici, Tragœdię, Comediæ, & Satyrę Ennii, Plauti cētum & triginta fabule, Saturnalia, Syluę, Medea & Orpheus Lucani? Vbi Mallii Astronomica, Valgii & Cornelii Galli elegię, Licinii Calui Quitilia, Varronis Leucadia, Et Cesennia Getulici? Quis habet Laberii, & P. Syri mimos, Cæsii Bassi Lyricos, & Furii Bibaculi Iambos? Quis Porcii Licinii, Valerii Aeditui, Cinnę, Domitii Marsi, Pędonis Albinouani Epigrammata? Perierūt magno posteroꝝ dispēdio, grauiq; iactura. Et quum legamus nō paucas oratorum cēturias olim floruisse, vnicus prope Cicero diis calamitatem nostram miserātibus, nobis remāsit. Euanuerūt M. Aemylii Lepidi, Spurii & Lucii Albinorum, Albucii Sili, Licinii Calui, duoꝝ Carbonum, ac totidem Gracchoꝝ oratiōes cum Asinii Pollionis declamatiōibus. Nec minore dāno historiographorum opera exciderūt. Q. Curtius, Dion Cassius, Herodianus, Liuius, Ammianus Marcellinus ad

nos peruenerūt, ſed fracti māci mutili & laciniosi. Amiſimus bellum Numātinum Aſellii Sempronii, Germanicum Aufidii Baſſi. Ex quadraginta libris Polybii quinq; tm̄ ſuperfuerūt. Quæ oia quāto poſteritatis incōmodo, quātaq; ruina perierint, vel cęco appareat. Hāc ergo cladem qualibuſcūq; ſubſidiis reſarciamus, & quāuis maiores longo ſequamur interuallo, audeamus tm̄. Propius ibimus, ſi ad ſumma nitamur, q̄ ſi præſumpta deſperatione circa ima ſubſtiterimus. Faciamus quod à tribunis militum ſolet, qui quum egregios bellatores amiſerunt, copias tm̄ diſpalatas quibuſcūq; poſſunt homūculis inſtaurant, ne omnino victoria cecidiſſe videātur. Creſcet nobis maior gloria, q̄ ſi nullam noſtri memoriam poſteris relinquamus. Vide cui ꝓbro ſe reddāt obnoxios, quibus perpetuę ſunt ferię, quiq; compreſſis manibus ſedēt, & in ocio cōtrahunt marcorem. Cōtra verò quātum famæ ſibi comparauerint, in quotānos ſuum ꝓpagauerint nomen, qui nullum tēporis pūctū fructu vacuum pmiſerunt fluere. Plinius iunior perire oē tempus arbitrabat, quod nō impertiret ſtudiis. Apelles nullā diem ducebat ſine linea. Porcius Cato deteſtari ſolebat, ſi qua dies inanis per incuriam effluxiſſet. Q. Hortenſius orator nullū die abire ſinebat, quin vel in foro diceret, aut extra forū meditaretur. Tātum erat glorię & virtutis ſtudium apud maiores, Quorum veſtigiis ſi vellemus inſiſtere, magna paſſim foret expectatio, bonas artes iure quodam poſtliminii de ſitu in nitorem rediturās. Sed omnia peſſum eunt, quia nos Gulę mācipia, & Epicuri de grege porci nihil aliud ſtudemus, q̄ vt paſcamus vētrem, corporꝫ tenus curioſi. Satis eſt, ſi probē ſaginati appareamus populo, poſteritatis nulla cura, quaſi verò nobis tm̄ nati ſimus, neq; patrię aut amicis qcq̄ debeamus. Sumus Tygribus maſculis nō multum diſſimiles, qbus nulla eſt ſobolis ſuę cura. Supereſt vt aliquid de Hiſtoria dicamus, quam ideo ſumus aggreſſi, ꝙ apud Gellium dicat Phauorinus, viuēdum eſſe moribus prēteritis, qui cognoſci nequeūt, niſi maiorꝫ itel

ligatur.vita.Intelligi autẽ nõ poteſt,niſi per manus relin quatur nepotibus.De cuius vtilitate multis verbis nõ eſt differnẽdum Hoc oẽs tanq̃ ſuos vngues tenent.Facit in primis,vt dum eoꝝ vitã legimus,q̃ ſua culpa in diſcrimẽ aliquod ceciderunt,aliena fruamur iſania,& pedẽ ab his reuocemus,q̃ aliis naufragium attulerunt.Nunqd ſuaue eſt alieno iſortunio ſibi p̃cauere?In tranſitu fluuioꝝ qui primi tentant vadũ,aleam fortunæ piculoſam ſubeunt. Qui à tergo ſequunt̃,poſſunt piculũ declinare,ſi velint. Si nihil haberemus de antiqtate,quam viuẽdi cõſuetudi nem ſequeremur? Eſſemus vetuſtiſſimis illis Arcadibus ſimiles,qbus qm̃ nulla erat reꝝ experientia,nulla cogni tio,belluino more degebant,ac nudi vagabant̃. Quos q ad meliorẽ cultum redegerunt,i deoꝝ idigitamenta rela ti ſunt.Præterea nulla eſt ars aut diſciplina,q̃ maiorẽ,ſine tædio voluptatẽ afferat.Medicinã pleriq; obducto ſup cilio cõtractiſq; naribus auerſant̃ vt immundã,& olentẽ putide,ipſoſq; medicos cũ nauſea refugiunt,velut ſcara beos ſtercori bubulo ſe ipenetrãtes,& cũ vulnerariis ali quid hñtes cõmune,q ſanioſa tractant vlcera,& admotis manibus ipſum pus exprimunt.Vtriuſq; iuris & legũ ſtu dia pleriſq; nõ admodũ ꝓbant̃ q lucri magis q̃ virtutis cauſa appetant̃.Theologiam faſtidiunt q̃ plurimi,vt labo rioſam & nimis tętricam,q nihil habeat feſtiuum , nihil inarcẽtem lectoris ſtomachũ irritans.Cuius ẽt ſectatores in cõtemptum,& riſum venerunt,q mortalium videant̃ inſolentiſſimi & neminem præſe ducant hoiem,ſeq; pri mos omium reꝝ eſſe velint.Contra vero Hiſtoriam nulli refugiunt,amplectunt̃ oẽs nulli nõ lubẽter audiunt.Cu ius ſcriptores tanto quondã in p̃cio fuerunt,vt ad audiẽ dum Liuiũ,nõ humiles ſolũ & gregarii hoies,ſed clariſ ſimi quoq; principes ab extremis Hiſpaniarũ finibus Ro mã vſq; turmatim venerint.Ioſepho ꝑpter libros de ca ptiuitate Iudaica ſcriptos, Romani ſtatuam erexerunt. Antipater Hieropolitanus Seuero principi, Clitarchus Alexandro,Dexter Theodoſio,Amyntæ Macedonũ re-

gi Hellanicus Mitylenæus, Eratosthenes Cyrenæus Ptolomæo Euergeti, ob scriptas historias cœperunt familiascere. Nec aliã ob causam Demetrius Poliorcetes Hieronymum Rhodiũ magna mercede sibi domesticum fecit. Si qs dicat iã esse nobis affatim autorũ, q hoc scribẽdi genus secuti sunt, rñdebo nullũ propterea detrimentum ex copia nasci. Si quem pœniteat meæ lectionis, alio se cõferat. Nolo quẽq̃ iurare in verba mea. Insulsus est, & caret naso, qui neq; eligere, quod est sibi vsui, aut refugere, qd detrimẽto. At carere potuissemus hoc opere. Et maximo possemus autore. Vna & altera vestis pñt homini sufficere, aliæ tñ ꝓpterea nõ reiiciuntur. Scripserant de gestis Alexandri Clitarchus, Policratus, Onesycritus, Antigenes, Istrus, Aristobolus Cares, Philippus Chalcidensis, Ptolemæus, Antidides, Philo Thebanus. Antisthenes, Menechmus Sicyonius, Nymphis Heracleotes, Potamon Mitylenæus, Sotericus Asites, Arrianus, Plutarchus. Neq; tñ probro datum est Curtio, ꝙ eandẽ retexerit telã. Vide quot habẽt ꝑcones imperatorũ vitæ, vt ꝑter alios obscurioris famæ, Trãquillum, Dionẽ Cassium, Aelium spartianum, Iulium Capitolinum, Aelium Lãpridium, Volcatium Gallicanum, Trebellium Pollionem, Flauium Vopiscum, Sextum Aurelium victorem, Eutropium, Paulum Diaconum, Ammianum Marcellinum, Pomponium Lætum, & nostra ætate Baptistã Egnatium. Qui tñ oẽs eundem torserũt funem, incudem omnes eandẽ tutuderunt. Vitas quoq; Romanorũ pontificũ scripsere quãplurimi, vt Damasus, Anastasius, Guido Rauennas, Sigisbertus monachus, Hugo Florianus, Sicardus præsul Cremonensis, Gotfredus viterbiensis, Martinus Carsulanus, Landulphus Carnotensis canonicus, Sazomenus ꝑsbyter. Geruasius Ricobaldus, Ptolemæus Lucensis, Antoninus præsul Florentinus, postremo Platina, Latini omnes, ꝑter Græcos Eusebium Cæsariensem, Sozomenum Salaminum, Socratem Constantinopolitanum, & Nanoram. Quos si secutus fuero, qs erit obiurgatiõis locus? quę mei culpan

di ratio? Qui causabitur plura nunq̃ scriptorum q̃ nunc extitisse monumenta, ibo inficias. Vnde ergo septingẽta voluminum milia sibi collegisset Ptolemæus Philadelphus? Vnde tria milia Tyrãnion grãmaticus? Cui etiam opinioni si accederem, ꝓpterea tñ nõ faterer mittẽdum esse literis & labori repudiũ. Stulte mihi suadere videntꝰ, qui aiunt tantisper supprimenda esse opa, dum cocesserimus fato. Quis meũ defuncti opus emaculabit? Quis addet aut detrahet, vbi postulabit locus? Quis inuertet, si oporteat, aut in his recantabit, quę nõ ꝓbabuntꝰ populo? Quis cum laruis luctantium calũnias refellet? Ad hęc palàm est multos esse ardeliones, q̃ quum studio laudis moriantꝰ, neq; tñ aliquid dignũ laude parturire valeant, instar Horatianæ Corniculę plumas suffurantꝰ alienas, vt nescio quis mihi notus, cuius noĩ parco, qui ex aliquot meis qualibuscũq; Dialogis frugẽ sibi fecit, laudẽ pręripuit, & alieni laboris solus gratiam hausit. Quod oĩum cõfessione tam turpe est, q̃ iniquũ eos metere, qui sementem non fecerunt. Sed vt hæc omittamus, certam in spẽ vocor multa in hoc opere culpatum iri, multa fore, quæ ꝓdigiosa aut etiã incredibilia hoĩum videbuntꝰ iudiciis. Quæ si recta videãtur, non pudebit me cum Stesichoro palinodiã canere, aut certe incudi reddere. Capita pleruq; modicis de rebus adieci, vt de lenonibꝰ, ancillis, abstemiis, Cocis & multis eius farinæ. Quod si quis rideat & notet carbone, ad causæ meę patrocinium iubebo eos in medium prodire, q ex minimis itidẽ rebus scribẽdi argumenta desumpserunt. Edidit Antonius librum de sua ebrietate. Homerus vnum de laudibus vini, alterũ de bello Ranarũ. Ephren Syrus de vituperatiõe risus, Marcion Græcus de Raphano, Pythagoras de bulbis, Diocles de rapo, Phanias physicus de vrtica. Quod si nõ arguuntur fecisse, nec ascribẽdum erit vicio, si minimarum rerum qñq; historias collegero. Ne tñ erratis meis vbiq; patrocinari & fauere videar, vnum est in quo ipse culpã agnosco, q̃ Grçcas historias latinis, latinas barbaris, & orato-

ria poeticis,passim cõsidero. Quod à me factum est,nõ iscitia,sed laboris magnitudine,cui quum nequirẽ superesse,parẽdum fuit necessitati. Iam satis luctatum est cum maledicis. Nunc superest,vt ad te nostra dirigatur oratio Gaufrede literatissime , dicamq́; quid me mouerit,hanc operis mei præfationem egregio tuo nomini cõsecrare. Hoc fecit illud literarum & virtutis studium,quò à teneris annis totus prurire cœpisti, & ꝯflagrare,doctosq́; oẽs genuina quadam beniuolẽtia prosequi. Existimabã præterea fore mihi vituperio,si nõ reminiscerer tuę beniuolẽtię,qua me tyrũculum,& in primis literis collegã tuum supra fidẽ amabas, idq́; adeò , vt cęteros oẽs cõdiscipulos præ me vno nihili faceres. Vbicũq; tibi occurrebam, nunquam sine risu me alloquebaris. Dextram(quod dici solet)à tertio vsq; iugere mihi porrigebas, magnum & euidens tui cãdoris,tuæq́; amicitię argumẽtum. Praterea,Blasius Madronetus Securiacus,tuus cliẽs bonarum literarum auidissimus helluo(vt de Vticẽsi Catone scribit Cicero)nominis tui pręco assiduꝰ,nõ desistebat quotidie me pręsente multa de virtutibus tuis, multa de literarum & literatorum amore,immodicè pędicare,meiq́; amorem indies tibi crescere affirmabat iuramẽto. Quo ductus argumẽto docere volui me nõ esse ex eorum grege,qui beneficium nũquam agnoscunt,& apud quos interit statim gratia. Quod famuli tui munus tam syncera fronte accipies,q̃ beniuolo datur aĩo. Vale hõ perpaucorum hominum,clarissimęq́; virtutis & literaturę, Et scribendum in calce huius operis tuo nomini Epigramma expectes aliquantisper.

¶ Iacobi albi Tetrastichon de Rauisio Textore.



Elignum Nasone tumet,Verona Catullo,
Seq́; nouo mordax Epigrãmate Bilbilis effert.
Andes Virgilio,Iuuenale superbit Aquinum,
Corduba Lucano, TEXTORE Nauarra
triumphat.

PRIMA PARS

ℭ QVI VARIIS MODIS MORTEM SIBI conſciuerunt, aut ſe aliis commiſerunt occidendos.

1 LVcretia
2 Lucretius
3 Brutus
4 Portia
5 Caſſius
6 M.Antonius
7 Cleopatra
8 Neæra
Charmione
9 Cato
10 Carbo
11 P.Craſſus
12 Licinius craſſus
13 Cl.Regillianus
14 Cor.Merula
15 Dolobella
16 Fl.Fimbria
17 Licinius macer
18 Silanus manlii
19 L.Silanus
20 C.Marius iunior
21 Cn.Gnorbanus
22 Oppia veſtalis
23 M.Plautius
24 Pōponiꝰ atticus
25 Taurea iubellius
26 Fānius Cæpio
27 Aria
28 Feſtus
29 Cor.Gallus
30 Syllius Italicus
31 Sophronia
32 Nero
33 Otho
34 Petreius
35 Marſus labeo
36 Gordianꝰ ſenior
37 Galeriꝰ īperator
38 Valerius
39 Papirius
Canuſia
40 P.Catienus
41 M.Lollius
42 C.Proculeius
43 Catulꝰ luctaciꝰ
44 Mneſter
45 Porcius latro
46 Labienus
47 Meſala coruinꝰ
48 Longinus
49 Adrianꝰ īpator
50 Sabina īpatrix
51 Florianꝰ īpator
52 Iulianus īpator
53 Diocletianꝰ īpe.
54 Maguentius
55 Cecina
56 Empedocles
57 Sardanapalus
58 Lycambes
Neobole
59 Iudas
60 Cleombrotus
61 Annibal
62 Aſdrubal
63 Ariſtarchus
64 Calanus indus
65 Cleomenes
66 Dinocrates
67 Demoſthenes
68 Eratoſthenes
69 Menippus phs
70 Mithridates
71 Monyma
Veronica
72 Statyra
Roxana
73 Critolaus
74 Nicias
75 Homerus
76 Othryades
77 Pōtius pylatus
78 Themiſtocles
79 Mydas
80 Publiꝰ Terētius
81 Tehoxena
82 Democles
83 Bubalus
84 Cleantes
Chryſippus
Zeno
85 Cābyſes magus
Zarymagus
86 Seſoſtris
87 Decebalus
88 Anaxagoras
89 Ecelinus
90 Petrꝰ de vineis
91 Iuba Rex

1 VCRETIA puella, rarũ Romanæ castitatis lumen, ægreferens purissimum suæ virginitatis florẽ ab infami, & turpissimo tyrãno Tarquinio iuniore Tarquinii superbi Romanorũ propterea regum vltimi filio fuisse corruptum, & stupratum, impatiens acceptæ iniuriæ palam

se occidit, fecitq́; vt populus scelus vlcisceretur, & regũ principatum excuteret. Cuius mortis quotiescũq; venit in mentem, lachrymis nequeo temperare, sed nec puellę satis misereri, aut stupratorem cõuiciis ad saturitatẽ asper-gere, ac deuouere. Claudianus li.i. in Eutropium. Visceri bus frustra castum Lucretia ferrum Mersit. Stroza pater. Lib.i. Eroticon. Vlta nefas aio, ꝓpriaq́; Lucretia dextra, Inuicto occurret clarę pudore tibi. Sabellicus. Nec ferro occumbens casto traiecta cruore Fœdasset patrios mo- riens Lucretia vultus.

2 ¶ Lucretius poëta Physicus sumpto amatorio poculo, eò furoris raptus est, vt manũ sibi intulerit, natus annos plus paulò quadraginta. Quinetiã eo, priusq̃ moreret, delirio, diu antè fert laborasse, neq; ad scribẽdum carmẽ aium appulisse, ni si interfecta, interuallataq́; insania. Po- litianus in Nutritia. Nec q phyltra bibit, nimioq́; insanus amore, Mox ferro occubuit, sic mẽtem amiserat oẽm.

3 ¶ M.I. Brutus vnus ex his, qui Cęsarem, 23. vulneribus ĩ senatu cõfoderũt, ab Augusto & Antonio Iulii mortem vlciscẽtibus apud Philippos expugnatus, desperata iã vi ctoria manũ sibi intulit, iuuãte Stratone rhetore, anno suæ ętatis trigesimo, ne in manus inimicoꝝ veniret. Pam phylus Saxus. Se gladio fodit Brutus, Cato fodit & ille, Quem timuit Cęsar, quem coluere patres. Qui rei histo- riam auidius sitiuerit, eat ad Plutarchum.

4 ¶ Portia filia Catonis, audita morte Bruti mariti apud Philippos interfecti, ferrum poposcit ad inferẽdam sibi mortẽ, Quod quũ amici recusassent, carbones hausit, & iaudito mortis genere vitã finiuit. Vnde Marti.li.i. Epig.

Coniugis audisset fatum quum Portia Bruti,
Et substracta sibi quęreret arma dolor,
Nondum scitis (ait) mortem nõ posse negari,
Credideram satis hoc vos docuisse patrem.
Dixit, & ardentes auido bibit ore fauillas.
I nunc, & ferrum turba molesta nega.

5 ¶ C. Cassius post interfectũ Cęsarem ab Antonio & Au-

gusto bello petitus, Castra cum Bibulo iunxit apud Philippos. Verum quum inclinatam videret aciem vltro sibi mortem intulit, vel (vt alii malunt) Pindaro liberto iugulādum se prębuit. Quod probat Iouianus de fortitudine bellica, dicēs, Potuisset Cassius (etiam si Brutus ceciderat) reparare exercitum, nec tam repētino cōsilio, famulo iugulum suum prębere.

6 ¶ M. Antonius audita per falsum rumorem Cleopatræ morte, seipsum gladio cōfodit, partim amore vxoris, partim desperatione rerum, ꝙ ab Augusto victum se ęgre ferret. De hac morte Paulus Orosius sic inquit. Antonius se ferro transuerberauit, ac semianimis ad Cleopatram in monumentum (in quod se mori certa condiderat) perlatus est. Item Propertius lib. iii. Castraq; Pelusi Romano subruta ferro, Antoniq; graues in sua fata manus. Item Suetonius in Augusto. Obsessaq; Alexandria, quò Antonius cum Cleopatra confugerat, breui potitus est. Et Antonium quidam seras conditiones pacis tentantem, ad mortem adegit, viditq; mortuum. Item Eutropius Lib. vii. rerum Romanarum. Victus est inquit ab Augusto nauali pugna clara & illustri apud Accium, qui locus in Epiro est, ex quo fugit in ægyptum, & desperatis rebus, quum oēs ad Augustum transirent, ipse interemit. Hoc multis verbis prosequitur Plutarchus in eius vita.

7 ¶ Cleopatra mortuo Antonio marito, Vbi intellexit se Augusto in triumphū reseruari, causa declinandæ eius ignominiæ, brachium aspidi mordendum præbuit, Cæsare Psyllos veneficos, qui serpentis venenum ē vulneribus haustu reuocarent, & exugerent frustra admouente. Plutarchus scribit eam habuisse venenum in laminula quadam concaua, quam sub crine occultabat, sed tamen neq; corpus deformatum, nec aliud vllum apparuisse veneni signum, nec aspidem ab vllo conspectam, sed tractus dumtaxat visos, ipsiusq; brachium duas notas habuisse leuiter impressas, & humidas. Quibus Cæsar videtur fidem dedisse. Nam in triumpho,

Cleopatræ imaginem tulit cum aspide mordicus affixa.
Propertius de ea Lib.iii.sic inquit.Fugisti tamen in timi/
di vaga flumina Nili,Accepere tuæ Romula vincla ma/
nus.Brachia spectaui sacris admorsa colubris. Et trahere
occultum membra soporis iter. Item Horatius Lib.i.C.
Fortis & asperas tractare serpētes,Vt atrum Corpore cō/
biberet venenum. Deliberata morte ferocior Sæuis Li/
burnis,scilicet inuidens Priuata deduci superbo.Non hu
milis mulier triumpho. vide Plinium lib.xxi.cap.i.
8 ¶Neæra & Charmione Cleopatræ ancillæ, spontaneā
dominæ mortem imitatæ sunt, autore Plutarcho. Ac se/
miuiuæ repertæ,reginæ iam mortuæ coronam capite de
lapsam reponentes,immodico magni animi argumēto.
9 ¶Cato vticensis minor,primi pronepos, dolens & gra/
uate ferens Pompeium(cuius partes fouebat)à Cæsare
(cui aduersabatur)superatū,suo quoq; gladio incubuit,
lecto Prius Platonis Phædone de animæ immortalitate,
cuius audita morte Cæsarem dixisse ferunt,& se Catonis
inuidere gloriæ,& suæ Catonem inuidisse.Sic autē abiit
de vita, vt testimonio Ciceronis, causam moriendi na/
ctum se esse gauderet plurimum. Dictus est Vticensis ab
Vtica vrbe Africæ, in qua se occidit, autoribus Plynio,
Lib.5.& Gellio, Lib.13. De eius morte pleriq; memine/
runt,Lactantius. Multi ergo inquit, ex his,qui æternas
esse animas suspicabantur,tanq̄ in cœlum migraturi,sibi
ipsis manus intulerūt,Ex Romanis Cato,q fuit in omni
sua vita Socraticę vanitatis imitator. Item paulopost.Ho
micidæ inquit illi omnes philosophi,& ipse Romanæ sa/
pientiæ princeps Cato,qui anteq̄ se occideret,perlegisse
Platonis librum dicitur,qui est scriptus de æternitate ani/
marum,Item Pamphilus.Se gladio fodit Brutus,Cato fo
dit & ille,Quem timuit Cæsar,quem coluere patres.
¶Carbo propter perpetuā in populari ratione leuitatē,
10 morte voluntaria se à seueritate ciuium vindicauit, Qm̄
autē duo eiusdem nois fuerunt ambo magni oratores,
nō cōstat mihi satis, vter duorū vitā sponte reliquerit.

¶P.Crassus

11 ℂP. Craſſus Craſſi oratoris frater, iuriſperitus, quum factionem ſequeretur Marianam, ne in manus inimicorum incideret, ſe ipſum interemit.

12 ℂP. Licinius Craſſus cõſul contra Ariſtonicum Eumenis filiũ ꝑfectus, exercitu ſuo ꝓfligato barbarũ quẽdã ad inferẽdã ſibi mortẽ ꝓuocauit, ne ab hoſtib⁹ traheret captiu⁹. Ariſtonicus

13 ℂClaudius Regillianus ſtuprata Virginia Virginii Centurionis filia, in carcerem à populo crimen vlciſcente cõiectus, ſibi manus intulit. Virginia

14 ℂCor. Merula flamen dialis, partiũ Syllanarum, ĩgreſſo vrbem Mario, Venas in Iouis æde ſibi ſuccidit, vt contumelioſę mortis dãnationẽ effugeret. Autor eſt Val. Maxi. V. Maxim.

15 Dolobella Cæſarianus ; interfectorum Cæſaris, hoſtis acerrimus, multis prælíis in Syria cũ Caſſio cõgreſſus eſt, à quo poſtremo victus gladio ſe trãſuerberauit, cauſa declinandæ maioris ignominiæ. Dolobella.

16 ℂFl. Fimbria ciuis iniquiſſimus, Aſiã prouinciam ingreſſus, arreptis imperii inſignibus, à Sylla poſtmodum Pergami oppreſſus eſt, & à corrupto exercitu deſtitut⁹; Itaq; rerum deſperatione ſibi mortem intulit.

17 Licinius macer prætorius, repetundarũ poſtulatus, vbi ꝑ nunciũ ĩtellexit Ciceronẽ ſibi aduerſari, faucibus laqueo ꝯſtrictis volũtaria morte pœnã ꝑuenit. Autor Val. Maxi. Val. Maximus.

18 ℂT. Manlius non is qui filium ſecuri percuſſit, ſed alter iuris pontificii peritus, iudex inter macedones accuſatores & filium Silanum conſtitutus, audita cauſa ita pronũciauit. Quum probatum ſit, Silanum filium meum pecuniam accepiſſe, ipſum rep. & prole mea indignũ iudico, Itaq; Silanus à patre repudiatus, dolore animi ſe ſuſpẽdit proxima nocte, cuius exequiis neq; pater interfuit, neq; ſuadentibus vt adeſſet, aures pꝛębere voluit. Author Val. Maxi. de ſeueritate. Silanus Val. Maximus.

19 ℂFuit alter L. Silanus Claudii principis gener, q erepta ſibi Octauia, dataq; Neroni, præ dolore gladio ſuo incubuit, idq; die nuptiarum ad augendam inuidiam. Autor. Cor. Tacitus Libro duodecimo. Cor. Tacitus

80 C. Martius Iunior à Sylla è Mithridatica victoria redeunte cũ toto exercitu fusus, in oppidum Præneste se recepit. Vbi obsessus, quum nulla effugii pateret rima aut via salutis, se Pontio Telesino præbuit iugulandũ. Autor Liuius. Priusquam autem Sylla rediret in vrbem, Marius vniuersam propè nobilitatem interfecerat. Quæ res fuit in causa, vt superatus veniam desperaret. Ferunt Syllam ex eiusdem exercitu duodecim milia morti dedisse.

81 Cn. Gnorbanus victus à Sylla exulauit apud Rhodios. Vbi comprehensus seipsum interemit. Ideo autem à Sylla bello petitus est, quod eius legatos de pace violauerat, Autore Liuio.

82 Oppia vestalis stupri comperta sibi mortem intulit, grauioris supplicii metu, ne scilicet viua sub terra defoderetur instar Floroniæ alterius puellæ.

Credibile est Romanos in ipsa origine suę gentis, obseruantissimos fuisse religionis; quum tam graui supplicio, tormentisq; adeò inauditis in puellas ipsas animaduerterẽt. Qua seueritate si in cæteros quoq; homines vsi essent, non legeremus tam infamia vtriusq; veneris portenta. Nec vsq; adeò suæ libidini paruissent, q̃ tantam maculam, tantamq; sibi contraxerunt infamiam, quantam postea bellica virtute gloriam. Reuolue Imperatorum omniumq; fere Romanorum vitas, nihil passim leges nõ refertum, stupris incestibus, adulteriis, meretriciisq; amoribus. Quod mitiore aliquanto fronte esset tolerandũ, nisi essent plurima Sotadicam lasciuiam, spurcosq; amasiorum concubitus, vbiq; olentia. Neq; tamen lex vnquã lata est ad comprimendam huiusmodi obscenitatẽ. Aut si lata est, obseruata saltem non legitur, quum hoc ipsum flagicium in plerisq; inultum mansisse, scriptorũ testimonio constet. Quis puniuit incestum M. Antonii cũ Faustina sorore, Caracallę cum Iulia nouerca, Caligulæ cum sororibus, Neronis cum matre? Quæ lex P. Clodii Iuliæ Agrippinæ, Salustii & Augusti adulteria cohercuit? Quis posticam Adriani cum Antinoo libidinem repressit? Ro-

mani impurgabilia pleraqꝫ flagitia conniuenter dissimu larunt, & aure surda prætericrunt. In multis verò leuiori bus pœnam constituerunt. Apud eos probrum erat Cen sorium agrum male colere, aut equum indiligenter cura re. Iudicabatur hostis patriæ, qui factionē mouisset. Multi ob rem nihili vapulabant, & (vt est in adagio) Bolyti pœ nam luebant, qui in grauiore culpa, manebant impuniti. Hoc quare fecerint, non video, nisi ꝙ iisdem omnes vlce ribus scatebant, eadem lepra erant infecti. Propterea nō audebant liberè ea obiurgare aut punire, quæ cū cæteris perpetrabant. Sed siue pœnas quamuis lentas dederunt. Nam (vt alios taceam) ex omnibus ferè imperatoribus vix vnum aut alterum reperias, qui misero vitæ exitu nō euomuerit vitam. Nostris quoqꝫ diebus quieta nunquam est Italia. Nunc Heluetii vrbes populabundi totam spo liant. Alternatim demum Hispani veniunt ad prædam. Postremò Cisalpini Galli toties in eam ducunt copias, to ties opprimunt, vt me misereat tot eius calamitatū. Nec tamen propterea resipiscunt, quin semper (ita saltem dici tur) voluptati seruiant, & agant Epicuros.

23 ℭ Orestilla. M. Plautium maritum in Asiam cum .60. na uibus profectum secuta, Tarenti ex morbo decessit. Cu ius dum celebrarentur exequiæ & cremaretur cadauer, Plautius doloris impatiens, & appetens mortis, in Rogū se coniecit, quem togatum calceatumqꝫ corpori vxoris iunxerunt amici. Autor Val. Max. de amore coniugali.

24 ℭ Pomponius Atticus eques Ro. Ciceronis amicus in vl tima senectute morbo correptus, seipsum cibi abstinentia necauit. Multa fuerūt in eo laude & cōmēdatiōe digna, quæ quāuis ab instituto sint aliena, placet tn̄ in medium afferre, vt legentiū prosint moribus. Tanta in primis fuit erga domesticos facilitate, vt iurauerit cū matre nonage naria se nūq̄ in gratiā rediisse. Cū sorore pariter nullā ges sit simultatē, dictitās cū his minimè irasci oportere, quos diligas. Abstinētia ꝑterea singulari, vitaqꝫ à luxu ambitio ne & cupiditate rerū aliena, vt ꝙ ꝑter patrimoniū nihil

vnquã appetiuerit, nihil ædificauerit, nihil emerit. Fuit & litium maximè fugiens, popularesq; factiones Vatinia no prosequebatur odio. Propterea quũ vidisset Remp. tumultu Cinnano turbatam, Athenas cõcessit, vt illic trãquillè viueret, nemine studia interpellãte. Eruditis oĩbus mirum in modum fauit adeò vt pulsum ab vrbe Ciceronem, & Brutum fugientẽ magnã iuuerit pecuniã. Mendaciũ nec dicebat, nec etiã poterat pati. Quapropter oẽs inimici res suas ei curandas dabant & seruandas.

25 ¶ Taurea Iubellius Capanus capta à Fuluio Capua, cõiugem primum ac liberos postremò seipsum ad pedes imperatoris gladio transfixit, ne quid indignum aut ignominiosum captiuus pateret. Autor Liuius.

26 ¶ Fannius Cæpio deprehensus in coniuratione aduersus Augustum, sibi mortem consciuit. Martialis. Lib. 2. Hostem quum fugeret se Fannius ipse peremit, Hic rogo nõ furor est, ne moriare mori?

27 ¶ Aria mater (nam fuit eiusdẽ nõis filia) damnato Pæto marito, fodit corpus gladio, quem vulnere educens ipsi Pæto quęrẽti dedit, vt idem post faceret. Martialis Lib. I. Casta suo gladiũ quum traderet Aria Pæto, Quem de visceribus traxerat ipsa suis, Si qua fides vulnus quod feci nõ dolet, inqt, Sed quod tu facies, hoc mihi Pæte dolet.

28 ¶ Festus Domitiani amicus, dũ mentagra vsq; ad desperationem remedii laboraret, gladio se traiecit, prius tamen amicos consolatus.

Quam eius mortem Martialis Lib. I. sic describit,

Indignas premeret pestis quum tabida fauces,
Inq; ipsos vultus serperet atra lues.
Siccis ipse genis flentes hortatus amicos,
Decreuit stygios Festus adire lacus.
Nec tamen obscuro pia polluit ora veneno,
Aut torsit lenta tristia fata fame.
Sancta Romanam vitam sed morte peregit.
Dimisitq; animam nobiliore via.
Hanc mortem fatis magni præferre Catonis

Fama poteſt, huius Cæſar amicus erat.

29 ℭ Cor. Gallus poeta Elegiographus Virgilii amicus & coætaneus, ab Auguſto præfectus Aegypti deſignatus, Thebarum ciuitatem ſpoliaſſe dicitur. Propterea quum repetundarum poſtularetur, furtiq; & populatæ accuſaretur prouinciæ, nobilium indignationem formidans, ſibi mortem intulit anno ſuæ ætatis. 43. Autor Ammianus Marcellinus, qui Lib. 17. reru geſtarum ſic inquit. Longè autem poſtea Cornelius Gallus res tenens Romanas, Aegypti procurator, exhauſit ciuitatem plurimis intercep tis. Reuerſusq; quum furtorum arceſſeret, & populatæ prouinciæ, metu nobilitatis acriter indignatæ (cui negocium ſpectandum dederat imperator) ſtricto incubuit ferro. Item Ouidius Lib. 3. Eleg. Tu quoq; ſi falſum eſt temerati nomen amici Sanguinis, atq; animæ prodige Galle tuæ. Item Politianus in nutricia. Ceu Galli Mima Citheris. Perſonam falſæ laſciua Lycoridos affert. In ſcenam, & docto clauſam ſe iactat amanti, Dum miſer ipſe ſuo fodiat præcordia ferro. Item Propertius Lib. 2. Et modo formoſa, qui multa Lycoride Gallus Mortuus inferna vulnera lauit aqua. Alia tamen cauſa ad inferendam ſibi mortē motum voluĕ pleriq;, ꝙ ſcilicet Auguſti domo ei fuiſſet interdictum vt ſcribit Tranquillus. Alii ob linguam nimis effrenem. Quod & Ouidius videtur probaſſe, vbi ait. Nō fuit opprobrio celebraſſe Lycorida Gallo, Sed linguam nimio non tenuiſſe mero.

30 ℭ Syllius Italicus poeta, incurabilis morbi tædio, voluntariam oppetiit mortem annos natus. 75. Politianus in Nutricia de eo ſic ſcribit. Ipſe obiit plenusq; æui. natoq; ſuperſtes, Aſpera congenito fixus veſtigia clauo.

31 ℭ Sophronia Romana, Chriſtiana Lucretia, quum vim Decii principis ſibi quotidie inſidiantis non poſſet declinare, arrepto gladio per conſenſum mariti ſe confodit.

32 ℭ Nero Domitii & Aggripinæ filius, fax totius orbis, impuraq; ſcelerum omnium ſentina, poſt maiora numero flagicia hoſtis patriæ à ſenatu iudicatus, ne quid ſuis me-

Quot annos agerit Gallus cū se perimeret.

ritis dignum pateretur, aut collo in furcam coniecto virgis cæderetur (vt ait Eutropius) vrbem egressus sequentibus Phaone, Epaphrodito, Neophitoq; & spadone Sporo, semet ictu gladii trãsegit, ad quartum vrbis miliarium, adiuuante trepidantem manũ impuro Eunucho. Periit autem anno ætatis suæ 32. Cuius interitu vniuersa Roma adeò gauisa est, vt plebs induta pileis manumissionum, tanq̃ sæuo exempta domino triũpharet. Ausonius. Matricida Nero proprii vim pertulit ensis. Sidonius Matricida Nero proprio se percutit ense. Pontanus de stellis Lib. 3. Sic errant miseri manes, atq; vmbra Neronis, Sic Otho, quiq; in se ferrum strinxere nefandum. Suetonius ait eum in inferenda sibi morte adiutum fuisse ab Epaphrodito à libellis, Eutropius à Sporo.

Quot imus Nero se ipsum Nero dat....

83 ¶Otho imperator quãuis mollissime semper vixisset, adeò vt ad muliebres accederet mundicias, victus tamen à Vitellio apud Bebriacũ, ausus est sibi mortem cõsciscere, quãuis multas haberet copias, posset q; victoriã sperare. Quod fecisse odio bellorum ciuilium dicitur. Propterea Martialis Lib. 6. eius mortẽ Catonianæ anteponit. Cato enim interfecit se Vticæ, copiis iam profligatis, ne in hostes incideret. Otho verò adhuc integro exercitu, ne bella ciuilia gererentur. Verba Epigrãmatistæ sunt hæc.

Mors Othonis ... Catoniana.

Quum dubitaret adhuc belli ciuilis Enyo,
Forsitan & posset vincere mollis Otho.
Damnauit multo saturum iam sanguine Martem.
Et fodit certa pectora nuda manu.
Sit Cato (dum viuit) sane vel Cæsare maior,
Dum moritur, nunquid maior Othone fuit?

De huius imperatoris morte alii quoq; meminerunt. Iouianus Lib. 3. de stellis. Sic erant miseri manes, sic Vmbra Neronis. Sic Otho, quiq; in se ferrum strinxere nefandũ. Itẽ Sextus Aurelius victor. Hic (inquit) à Vitellio Primũ apud Placentiam, dehinc apud Bebriacum victus, semet gladio trãsfixit, anno ætatis 37. Adeò amabilis militibus propriis, vt pleriq; corpore eius viso suis manibus mortẽ

Otho quo... ... periit.

sibi consciuerint, Item Ausonius. Mox Otho famosus, clara sed morte potitus. Tranquillus quoq; in eius vita sic inquit. Post hæc sedata siti, gelidæ aquæ potione, duos arripuit pugiones, & explorata vtriusq; acie, quum alterũ puluino subdidisset, foribus adopertis arctissimo somno quieuit. Et circa lucem demum expergefactus, vno se traiecit ictu, infra læuam papillam. Irrumpentibusq; ad primum gemitum, modò celans, modò detegens plagã, exanimatus est, & apud Veliternam (ita præceperat) funeratus. 38. ętatis anno, &. 95. die imperii.

84 ℭ Petreius dux Pompeianus à Cæsare in Hispania superatus, se ferro & inedia interemit.

85 ℭ Labeo Marsus in calamitate Macedonica (quum celer hostis premeret) seq; natumq; gladio traiecit, ne victoris Octauii vultum sustineret. Autor Pontanus de fortitudine bellica.

86 ℭ Gordianus senior audita filii morte (qui pro patria in bello occubuerat) laqueo se suspẽdit iam octogenarius, partim dolore amissi filii, partim ne traheretur captiuus. Ammianus Marcellinus Lib. 26. In Africa (inquit) superior Gordianus in imperium raptus, aduentantium periculorum angoribus implicatus, vitam laqueo spiritu interclušo profudit.

87 ℭ Galerius imperator quum Christianos omnibus (quibus potuerat) tormentis affecisset, tandem in morbũ incidit, cuius impatientia, gladio sibi latus aperuit. Baptista Egnatius ait illud tædium vitæ ei irrepsisse ex genitalibus paulatim putrescentibus.

88 ℭ Valerius dum cum Valeria Tusculana filia nescius concubuisset, agnita postmodũ culpa, se præcipitauit. Autor Aristides apud Plutarchum.

89 ℭ Papyrius Romanus quum sororem Canusiam grauidam fecisset, & illa gladio à patre misso sibi corpus confodisset, seipsum quoq; mortuæ sorori dedit comitem. Autor Chrysippus Lib. I. Rerum Italicarum apud Plutarchum.

40 ℭP. Catienus Philotimus patronum adeò dilexit, vt hæres omnibus bonis institutus in eius rogum se coniecerit. Autor Pli. lib. vii. Cap. 36.

41 ℭM. Lollius infamatus regum muneribus in toto oriente, interdicta amicitia à. C. Cæsare Augusti filio venenum bibit: Pli. li. ix. Cap. 35:

42 ℭIdem Plinius Lib. xxxvi. Cap. 24. scribit Cn. Proculeiũ Augusti Cæsaris familiarem in maximo stomachi dolore, gypso poto consciuisse sibi mortem.

43 ℭCatulus Luctatius orator, qui Marii collega fuerat in consulatu, & de Cymbris vnà triumphum egerat, ab eodem postea mori iussus, inclusus domi, accẽsis carbonibus se suffocauit. Autor Plutarchus i Mario, & Val. Max.

44 ℭAgrippina à Trierarcho, aliisq; Neronis satellitibus interfecta, Mnester eius libertus se ferro transegit. Incertum charitate in patronam, an metu exitii. Autor Cor. Tacitus. Lib. xiiii.

45 ℭAdnotatum est in Chronicis M. Porcium latronem præstanti virum memoria, duplicis, quartanæ tædio, manum sibi admouisse, atq; ita functum fato.

46 ℭLabienus poeta videns libros suos ob nimiam carpendi libertatẽ publico decreto cõburi, suis superuiuere nõ potuit monumẽtis, ac ꝓpterea spõtaneã oppetiit mortẽ.

47 ℭMessala Coruinus orator, antè biennium q̃ moreretur, ita memoriam ac sensum amisit, vt vix pauca verba coniungeret. Ad extremũ verò enato circa os vlcere, inedia se confecit. Autor Cælius.

48 ℭLõginus Adriani imperatoris legatus, à Decebalo Dacorum Rege (in quem certabat) circumuentus, ebibito veneno seipsum interemit. Autor Dion Cassius.

49 ℭAdrianus imperator Mastorem quendam barbarum quo propter robur & audaciam plerũq; vsus fuerat in venationibus) partim minis, partim pollicitationibus impulit & coegit, vt cædem sibi inferret, circumscripsitq; locũ sub mamilla, quem Hermogenes medicus demonstrauerat. Quo letaliter percusso, sine dolore expirauit, Testis

Idem Cassius. Hoc autem fecit incredibili membrorum omnium cruciatu impulsus, qui etiam morbi subtercutanei dolore multos è senatu prius extinxerat, vt scribit Sextus Aurelius.

50 ¶ Sabina imperatrix eiusdem Adriani vxor, seruilibus prope iniuriis ab eo affecta, ad mortem cucurrit voluntariam, quod tam immane ingenium, humaniq; generis perniciem peperisset. Autor idem Aurelius.

51 ¶ Florianus imperator, qui Tacito successit, dolens Probum militiæ peritum à magna exercitus parte fuisse electum, sibiipsi venas incidit, effusoq; sanguine cõsumptus est. Autor idem Aurelius.

52 ¶ Iulianus imperator factus in Italia, acto per costas pugione, in ignem se abiecit, eodem Aurelio teste.

53 ¶ Diocletianus imperator à Licinio & Constantino grauiter literis obiurgatus quod Maxentio diceretur fauisse, metu ignominiosæ mortis venenum hausit.

54 ¶ Maguentius à Constantio imperatore apud Lugdunum superatus, admoto parieti gladio (vt ictũ iuuaret) corpus sibi confodit. Quo audito Decentius eius frater præpostera laquei morte vitam finiuit. Decentius

55 ¶ Pater Licinii Cecinæ vir prætorius, ob diuturnæ valetudinis tædium ac dolorem, sese opio necauit.

56 ¶ Empedocles Siculus poeta immortalitatẽ nouo mortis genere affectans, se in Aetnã coniecit. Vnde Horatius in arte. Dicam, Siculiq; poetæ Narrabo interitum, Deus immortalis haberi. Dum cupit Empedocles, ardẽtem feruidus Aetnam Insiluit. Item Ouidius in Ibin. Aut tu Trinacrii salias super ora Gygantis, Plurima qua flammas Sicanis Aetna vomit. Item Lactãtius Lib. iii. de falsa sapientia. Cap. 18. Multi ex his qui æternas esse animas suspicabantur, tanq̃ in cœlum migraturi essent, sibiipsis manus intulerunt, vt Cleantes, & Chrysippus, vt Zeno, & Empedocles, qui se in ardentis Aetnæ specum intempesta nocte deiecit, vt cũ repente non apparuisset, abiisse ad deos crederet. Item Politianus in Nutricia. Ceu maximus ille

Aerisonas pedibus qui quondam inductus Amyclas, insti luit Siculi rapidum cratera camini.

57 ℭ Sardanapalus Assyriorum rex ab Arbacto seu Arbace præfecto ob molliciem muliebresq; mundicias (nam habitum mentitus fœmineũ, inter puellas fusos tractabat & pensa, omnesq; lasciuia anteibat & libidine (bello petitus vbi vidit res suas profligari, & pessum ire, & iam ad triarios redigi, ne captiuus traheretur, pyram in regiã ingentem struxit, eoq; cõportata supellectile, ductisq; amicis domino superesse nolẽtibus, incendio se dedit, & hoc solo virũ se docuit, ꝙ non expauerit mortẽ. Ouidius in Ibin.
Inq; pyram tecum charissima corpora mittas,
Quem finem vitæ Sardanapalus habet.
Sidonius. Non Medis caput Arsacem profabor, Nec q̃ diuite (quum refugit hostem) arsit Sardanapalus in fauilla. Sabellicus in hunnii originem.
Vltimus ille fuit regni corruptor auiti,
Cuius delicias & mollia sceptra superbus
Non tulit Arbactus, sed fortia comparat arma,
Aggrediturq; senem, victumq; ad nobile fatũ Cõpulit.

58 ℭ Archilochus poeta Parius, repudium ac repulsam passus in nuptiis Neoboles Lycambis filiæ sibi promissæ, Iambis tũ primũ à se repertis satyricè adeò & grauiter Lycambem ipsum deuouit, & insectatus est, vt eũ cum filia ad furcã impulerit, Vnde Horatius. Archilochum ꝓprio rabies armauit iambo. Et Ouidius in Ibin. Post modo si perges, in te mihi liber Iambus Tincta Lycambæo sanguine tela dabit. Politianus in Nutricia. Licet acrẽ effusus in irã Ore Lycãbiadas rabioso occiderit ambas Archiloch⁹.

59 ℭ Iudas (vt omnes compertum habent) quum deum Iudeis prodidisset, & exili pecunia exposuisset vænalem, tandem ad se rediens, & sceleris perpendens grauitatem, desperata venia (quæ tamen prodiri clemẽtia sperari poterat) ad laqueum properauit, & notissimo diuinæ vltionis argumento crepuit mædius.

Quis furor o Iuda, vel quæ tenebrosa mouebat
Te cæci nubes animi, regem dare vænum
Iudæis canibus, recutitæ prodere genti?
Tu modico vendis precio, quem vendere nullo
Aut poteras, aut debueras. Quo crimine furca
Dignus erat, mediosq; inter pendere latrones?
Cur tundi meruit colaphis, cur verbere plecti,
Aut cur spiniferam portare in fronte coronam?
Perfidæ nulla tuæ manet excusatio culpæ.
Tu rigido triplex in pectore marmor habebas,
In venis silicem, in fibris adamanta ferebas.
Credo ego te Libycæ mammas suxisse leænæ,
Ceruicemq; tui scopulo rupisse parentis.
Propterea si te laquei mors aspera nigros
Miserit ad manes, si nunc lapis & rota torquent,
Si fibras volucris comedit ieiuna renatas,
Si vacuo demens hauris modo flumina cribro.
Si colubri immanes circum tua tempora repunt,
Tu licet exclames, & rauco gutture plangas,
Nec tibi sit requies, lachrymas non excutis vlli.
Quam pateris, merito pateris sæuissime pœnam.

60 ¶ Cleombrotus, seu Theombrotus ex Ambracia, quum legisset opus Platonis de animarum immortalitate à Socrate inscriptum, sponte se præcipitauit. Ouidius in Ibin. Vel de præcipiti venias in tartara saxo, Vt qui Socraticũ de nece legit opus. Lactantius. Quid (inquit) Ambraciotes ille, qui quum eundem librum perlegisset, præcipitẽ se dedit, nullam aliam ob causam, nisi ꝙ Platoni credidit. Quod si sciisset Plato, ac docuisset à quo, & quomodo, & quibus, & quæ ob facta, & quo tempore immortalitas tribuatur, nec Cleambrotum impegisset in mortem, nec Catonẽ. Cicero Lib. I. Quæst. Tuscul. Callimachi inquit Epigramma in Ambrociatam Cleombrotum est, quem ait, quũ nihil ei accidisset aduersi, è muro se in mare abiecisse lecto Platonis libro.

61 ¶ Annibal Amilcharis filius, dux Carthaginẽsium, post

L.Cor.Scipionem patrem Scipionis maioris superatum, Sempronium ad Trebiam. C.Flaminium ad Trasimenum magnis cladibus affectos. P. Aemylium apud Canas cum toto exercitu deletum, Claudium Marcellum occisum, à Scipione iuniore postremo victus, & fugatus ad Antiochum primum, deinde ad Prusiam Bithyniæ regem confugit. De cuius fide dubitans, qm̃ videbat Flaminiũ legatum à Romanis missum, ac se paulatim à militibus circũseptum, venenum(quod in anulo gerebat)hausit.

62 ¶ Asdrubal dux in tertio bello punico à Scipione Aemyliano victus, in medias vrbis flammas sese cum filiis iecit. Sed quoniam multi eius nominis fuerunt, vide vt de quo loquaris intelligas.

63 ¶ Aristarchus grammaticus Alexādrinus homo doctissimus, quum hydropisi laboraret, seipsum cibi abstinentia interfecit, annos natus.72. Hic ille est Aristarchus, qui sub Ptolemæo Philometore floruit, Olympiade.156. cuius & filium erudiit. Scripsit commẽtarios supra mille. Discipulus fuit Aristophanis grāmatici. Fuit autẽ cẽsura adeò critica, seueroq; iudicio, vt prouerbio locũ penè fecerit. eos enĩ vocamus Aristarchos, qui nihil nõ examinant, & oĩa diligenter expẽdunt. Duos habuit filios Aristarchum & Aristagorã degeneres, & patri oĩno dissimiles. Fuit alter eiusdẽ noĩs Tegeates poeta Euripidis coætaneus, quẽ Aesculapius morbo liberauit. Quod ego adieci, vt intelligeret lector vter fuerit, qui mortem sibi consciuerit.

¶ Calanus Indus vnus ex Brachmanibus(quo noĩe dicebantur Indorum philosophi)ex ipsa India ad persidem vsq; Alexandrum secutus, vltrò & nullo cogẽte in rogũ se coniecit. Quod videns Alexander, percontari cœpit, vellet ne aliquid mãdare moriens. Tum ille, nihil inquit, Propediem te videbo. Nec multis post diebus Alexāder veneno interiit. Cicero. Lib.2. Quæst. Tuscul. Calanus Indus(inquit)indoctus ac barbarus in radicibus Caucasi natus, sua voluntate viuus combustus est. Idem Lib.1. de Diuinatione. Ad mortẽ proficiscẽs Calanus Indus, quũ

incederet in rogum ardētem. O præclarum diſceſſum inquit, è vita, quum (vt Herculi contigit) mortali corpore cremato, in lucem animus exceſſerit. Quumq; Alexāder eum rogaret, ſi quid vellet, vt diceret, Optime inquit, propediē te videbo. Quod ita contigit. Nam Babyloniæ paucis poſt diebus Alexāder eſt mortuus.

65 ℭCleomenes dux Lacædemoniorum ab Antigono victus, ad Ptolemæum ſe recepit, à quo benignè primum exceptus, poſtmodum à Nicagora proditionis accuſatus, in carcerē detruſus eſt. Vbi quum aliquot aliis voluntariam oppetiit mortem. Mortuum rex pelle nudauit, & affixit cruci. Autore Plutarcho. Herodotus ait Cleomenē à furiis incipientē, ſe detrūcaſſe, carnesq; è tibiis ad femora, è femoribus ad coxarum vertebras proſcidiſſe, atq; in reſcindēdo vtero expiraſſe. Cleomenes.

66 ℭDinocrates Meſſenius victo primum Philopomene Achæorū duce, ab ipſis poſtremò Achæis ſuperatus, mortem ſibi intulit, ne in eorum veniret poteſtatem. Autor Plutarchus in Philopomene.

67 ℭDemoſthenes Athenieſis dum Antipatri (qui Alexandro ſucceſſit) odium incurriſſet, decerneretq; Demades vt capite plecteretur, aufugit in Calabriam Aegei maris inſulam. Vbi ab Archia Tyrio Comœdiographo & Antipatri ſatellitibus deprehēſus, ſumpto calamo, quaſi prius epiſtolam ad Antipatrum daturus, venenum illic incluſum ebibit. Habuit Demoſthenes patrem eiuſdē nominis admodum pauperē, vt qui cultellos factitaret. Hic quum non eſſet apta ſatis pronunciatione, multitudinemq; & tumultum expaueſceret, prope litoris marini ſonitum dicere aſſueſcebat. Literam R. difficile enunciabat, quam calculis in os coniectis proferre conabatur. Nunq̄ dicebat, niſi præmeditatus, propterea de eo Pythias prædicabat, Demoſthenis Enthymemata lucernam olere. Non ignoro hoc pleriſq; viſum iri ſuperuacaneum. Dabitur tamen venia, Opera enim dedita excerpo, quæ ad doctrinam conferre video. Calabria Demoſthenis veneno perijt Demoſthenis Ars.

68 ℭ Eratosthenes Cyreneus Callimachi poetæ discipulus, & præfectus bibliothecæ Ptolemæi, quũ diuturno quoq; morbo torqueretur, neq; remedium inueniret, cibũ sibi subtraxit, & inedia se peremit anno suę ætatis. 70.

Erates the
nes que
tenui fecit.

69 ℭ Menippus Phœnix philosophus Cynicus, quum esset ex eorum numero, qui auri cupiditate pruriunt, & inexplebili rerum libidine torrentur, amissis diuitiis laqueo vitam finiuit, Autor Diogenes Laertius.

70 ℭ Mithridates Iunior, qui annis. 56. bellũ cum Romanis varia gessit victoria, post occupatã Asiam Q. Oppiũ, & Aquileium in vincula cõiectos, Rhodum oppugnatã, Athenas per Archelaum præfectum occupatas, à Lucullo primũ, demũ à Pompeio superatus, postremò à Pharnace filio adolescente ingratissimo (qui à patre ad Pompeium defecerat) bello petitus & obsessus, venenũ hausit. Quo nihil ad mortem propter sumptum Antidotum proficiens, auxilio Galli cuiusdam militis se interfecit.

Veronica chia.

71 ℭ Monyma Milesia & Veronica Chia duæ Mithridatis vxores, audita eiusdem miserabili fortuna, per Bochidẽ Eunuchum, ambæ vitã sponte reliquerunt. Nã Monyma primum se suspẽdit. Sed quum corporis grauitate cõfractus esset laqueus, O execrandum inquit Diadema, quo neq; in tã tristi ministerio vti possum. Bochidi postmodũ se dedit iugulãdã. Veronica vero calicem veneni hausit, quo per venas serpente, quum durius torqueret & langueret, Bochidis quoq; auxilio accelerauit sibi mortem.

Ro[illegible]a.

72 ℭ Statyra quoq; & Roxana Mithridatis sorores, quę annos fere. 40. virginitatem seruauerãt, hausto veneno fraternam mortem comitatæ sunt. Potest tamen dubitari an eo perierint, quoniam Plutarchus scribit Roxanam à Statyra in puteum demersam, nisi fortasse hoc ad alias eius nominis sit referendum.

Dubitmo.

73 ℭ Critolaus dux Achæorum victus à. Q. Cæcilio Metello apud Thermopylas, veneno sibi mortem consciuit. Autor Liuius.

74 ℭ Nicias dux Atheniensis Imperator cõtra Syracusanos

cum Demoſthene miſſus, rebus infœliciter geſtis, captus eſt cum collega, amboq́ȝ in carcerem detruſi, ſibi manus intulere, ne hoſtibus eſſent ludibrio. Videtur autem hic Demoſthenes alter eſſe ab eo, de quo iam ſumus locuti.

75 ¶ Homerum poetarum omnium facile principem ferũt, quum iam ſenio confectus ad quoſdã nautas diuertiſſet, propoſitumq́ȝ ab eis ænigma nequiiſſet diſſoluere, pudore motum ſe ſuffocaſſe laqueo. Quod ego planè iudico fabuloſum. Neqȝ enim credibile eſt, virum illum philoſophiæ peritiſſimum, tanta rerũ experiẽtia preditũ, tã leui, tamq́ȝ nullo argumẽto vitã relinquere voluiſſe. Nã quæ fuerat ignominia inanẽ & friuolã remigum quæſtionem ignorare? Immo verò prudẽtiæ maiori tribuit, nihil abiectis & ſemitariis hoc genus homunculis reſpondere, quũ vulgo dici ſoleat, aſinũ plura poſſe percontari, q̃ reſpondere philoſophum. Quare neqȝ hoc probo, neqȝ cũ probantibus, pedariam fero ſententiam.

76 ¶ Athenienſes & Lacedæmonii quum de Tyreatiũ agro inter ſe contẽderent, tandẽ ita pepigerũt, vt trecẽtis militibus ſummã rei cõmitterẽt, qui ſua pugna oĩum litẽ dirimerent. Vbi oẽs interfecti ſunt, præter vnum Othryadẽ Lacedæmoniũ, q̃ ne ſolus ĩ caſtra rediret, ſeipm̃ iter hoſtilia cadauera gladio ↄfixit. Autor Val. Max. de fortitudiẽ.

77 ¶ Ferunt Pontium Pilatum patria Lugdunẽſem, nefariè in Chriſtum ſentẽtiæ meritas dediſſe pœnas, ſibiq́ȝ mortẽ intuliſſe. Autor eſt Gregorius Turonenſis.

Tam tibi ſit mitis Ponti Pilate Megæra,
Tamq́ȝ tuæ moueant lachrymæ Plutona ferocem,
Quàm merito periit fato te iudice Chriſtus.

78 ¶ Themiſtocles Athenienſis Nicoclis filius, inuidia ciuiũ relegatus, ad Artaxerxem cõfugit. A quo dum in patriã pugnare cogeretur, vitam cum morte volens cõmutauit, hauſto ſanguine taurino, quem ideo peſtiferum potu ſcribit Cælius, ꝙ celerrime coeat, atqȝ obdureſcat. Porrò ſanguis taurinus recens, anhelitus difficultatem, ac præfocationem infert cũ ſpaſmo præualido.

79 ¶Plutarchus quoq; scribit Mydam contracta ex somnio rum diritate, ai ægritudine, quum formidabilis affectio indies augeretur, nec occurreret remediū mali, tauri sanguine cop. osius hausto, concessisse ab humanis.

80 ¶P. Terētius amissis. 108. Fabulis, (quas è Græcis latinas fecerat, & conuerterat ex Menādro) se submersit. Quod quāuis pleriq; falsum opinentur, credibile est tñ. Si enim permulti amisso thesauro ad mortē properauerint, quāta mentis ægritudine videntur tibi laborare, qui momēto perdunt & in ictu oculi, quod īprobo labore, diuturnis vigiliis, magna olei ipensa, longo antè sæculo fabricauerunt, demum accuratiore studio icudi reddiderunt, & ad vltimā reuocarunt limam? Est (si periculum nō fecisti lector) isania, & rabies maior, q̄ vt fidem possit capere.

81 ¶Theoxena mulier à Philippi Macedonum Regis militibus in mari septa, quum nullum salutis effugium videret, i marc se deiecit, maritum (qui prius eadē morte perierat) secuta. Idq; ne i regis potestatem veniret. Vide Bononiēsem cōmentatorem i Suetonium.

82 ¶Democles puer, dubium maiore pudicitia an forma pulchriore, quum à Demetrio Politiorcete ad stuprum traheretur, neq; vim tyrāni posset effugere, se in proximum aquæ feruētis lebetem coniecit, atq; ibidem enecauit. Pulchrum dii boni facinus, omniumq; facundiarum magniloquētia dignum.

83 ¶Hipponax poeta Iambographus & amarulētus, grauiter ferēs & idignanter se à Bubalo pictore, deformi facie pictum, ad propellendā iniuriam, tam grauiter i eum scripsit & inuectus est; vt laqueo vitam finire coegerit. Vnde Horatius i Epodo. Qualis Lycambæ spretus ifido gener, Aut acer hostis Bubalo. Et Hipponactæum præconium pro ifami nota posuit Cicero i Epistolis familiaribus, ita scribens. Eumq; addictū iam tum puto esse Calui Licinii Hipponactæo præconio.

84 ¶Cleanhtes Philosophus cognita animarum immortalitate, vitam sponte reliquit, & voluntariam oppetiit mortem.

mortem. Lactãtius. Multi (inquit) ex his (qui ęternas esse animas suspicabantur) tanq̃ in cœlum migraturi essent, sibi ipsis manus intulerunt, vt Cleanthes & Chrysippus, vt Zeno & Empedocles. Chrysippus.

85 ¶ Cambyses & Zari Dianæ sacerdotes & magi, missi ad insinuandã Taurino Episcopo Idololatriam, quum operã lusissent, ac nihil profecissent, gladiis suis se confoderunt.

86 ¶ Sesostris Aegyptiorum rex, seu senio, seu morbo siue alia fortuna, oculis captus seipsum interfecit.

87 ¶ Decebalus rex Dacorũ à Traiano secundũ victus, ne in Romanorum potestatem veniret, sua manu vsus interiit, mortuiq́ caput Romam platũ est. Autor Dion Cassius.

88 ¶ Anaxagoras Phus ab Atheniensibus in carcerẽ coniectus, q̃ Solem (quem illi pro deo habebant) ignitum dixisset lapidem, venenum hausit. Athenienses Solem pro deo venerabantur.

89 ¶ E. Celinus tyrãnus post infinita ppè flagitia & crudelitatis exẽpla, tandẽ in bello (quod cõtra Martinũ Turianũ Mediolani principẽ susceperat) vulneratus, more frendẽtis beluæ vulnus discerpsit, eoq́ miserã euomuit vitã.

90 ¶ Volaterranus scribit Petrũ de Vineis ex capua iurisperitum fuisse, qui dolens se ob suspicionem coniurationis à Federico secundo (cui prius erat charissimus) relegatũ, capite parieti illiso, mortem sibi intulerit, cõposito prius de consolatione libello. Petrus de vineis.

91 ¶ Iuba rex Mauritaniæ à Cęsare superatus, sibi quoq; mortẽ cõsciuit. Cuius filius puer Romã in triũphũ ductus est.

92 ¶ Circa Celenum Phrygiæ oppidũ quum hiatus terrę & ingens vorago multos absorberet, esset q́ responsum ab oraculo, voraginẽ ipsam nõ prius clausum iri, q̃ ad pacãda numina aliquis eo se demitteret, Anchurus Midæ regis filius, datis genitori & Cimotheæ vxori cõplexibus, equum ascendit, & intrò se demisit. Autor Plutarchus in Parallelis. Qui de Curtio adolescente Romano idem cõmemorat. Anchurus. Q. Curtius.

93 ¶ Cyane puella à patre Cyanippo incognito p vim stuprata, vbi tandem autorem sceleris agnouit, illum prius

demum seipsam interfecit. Autor idem Plutarchus testem adducens Dositheum Lib. 3. rerum Sicularum.

94 ❡ Vxor Aemylii adolescentis Zelotypiæ morbo affecta, dum suspicaretur maritũ alterius puellę rapi desyderio, in syluas profectum secuta est. Vbi quum ad explorandã rei veritatẽ, in dumis & vepribus delitesceret, à canibus feram esse opinantibus lamata est. Rę cognita Aemylius se ipsum interfecit. Autor idem Plutar. q apud Sypharim Italiæ oppidum hoc cõmemorat factum.

95 ❡ Calluce filia Lyci hoĩs sanguinarii & hospites ĩmolantis, relicta à Diomede (quẽ Troia redeũtẽ benignè susceperat, & à paternis liberauerat ĩsidiis) laqueo se suspẽdit. Autor apud eũdẽ Plutarchũ Iubas Lib. 3. rerũ Africanarũ.

95 ❡ Balsatia quoq; puella à Calphurnio Crasso (quem proditi patris victorem fecerat) relicta, sibi ferro iugulum transuerberauit.

97 ❡ Gidica Pomminii Laurentini vxor, dum Comminium priuignum maximè deperiret, neq; tamen ad concubitum posset inducere, suspendio spiritũ intercepit. Autor Dositheus apud Plutarchum.

98 ❡ Anius rex Tuscorum dum filiam Saliã à Catheo adolescente raptam non posset cõprehendere, in fluuium se demisit, quem à suo noĩe ferit appellari Anionem.

99 ❡ Lactãti⁹ ait Democritũ sua spõte caput obtulisse morti.

100 ❡ Superatis ab Alexãdro Magno Atheniẽsibus, Democrates Atheniẽsis (q Macedonũ opibus semp obstiterat) venia desperata, gladio se trãsfixit. Autor Curtius. Lib. 5.

101 ❡ Dioxippus Atheniensis surrepti inter epulas aurei poculi falso accusatus, dum oculoꝝ coniectũ & iniuriã ferre non posset, gladio se interemit. Accusabatur aũt non sine inuidia. Nam ægreferebãt Macedones Horratã Macedonem armatũ ab eo inermi, spectante rege, duello victum & resupinatum. Autor Curtius Lib. 8.

102 ❡ Idem Curtius ait Boudiceam Britannorum reginã, & Pœniũ posthumũ eius pfectũ à Romanis duce Suetonio superatos, mortẽ sibi intulisse, hunc gladio, illã veneno.

103 ¶Plutarchus apud Gellium Lib.15.ait Milesias virgi- nes repente sine vlla euidenti causa, voluntatem cepisse obeundæ mortis, ac deinde plurimas vitam suspendio amisisse. Cui malo vt mederentur Milesii, decreuerunt, vt quæ corporibus suspẽsis demortuæ forent, nudæ cum eodem laqueo efferrentur. Quo facto ait virgines pudo re tam inhonesti funeris deterritas, voluntariam amplius non petiuisse mortem. Milesiæ virgines.

104 ¶Hippo & Miletia Scedasi Bœoti filię à iuuenibus Spar tanis stupratæ & in puteum coniectæ sunt, occultãdi sce- leris causa. Quod vbi resciuit pater, ad filiarum tumulos seipsum confecit. Autor Cælius. Miletia. Scedasus.

105 ¶Zanthus apud eundem Cælium autor est Cambleta Lydorum regem, eò voracitatis progressum, vt nocte quadam vxorẽ quoq; absumpserit. Quumq; summo ma ne illius manum in ore cõperisset, semet iugulasse. Cambletes nomcitas.

106 ¶Timagoras quum Meletem Atheniensem liberali for- ma adolescentem deperiret, eiusdem iussu se dedit in prę ceps, vt qui in omnibus puero vellet obsecutum. Cuius rei pœnitentia ductus Meles, eandem quoq; subiit mor- tem. Autor idem Cælius. Meles puer.

107 ¶Timanthes Cleonæus Athleta quum & viribus senio defectis, & desuetudine ingentẽ arcũ nõ posset intẽdere, quẽ iuuenis lunabat & flectebat, furori adeò indulsit, vt eam tm̃ ob rem gladio se perforauerit. Autor Cælius.

108 ¶Idem ait Tereum perpetrato in Philomelã scelere ac Ityn, sibi mortẽ consciuisse, mortuoq; sacra instituta an- niuersaria, in quibus ordei loco, calculis vtebantur.

109 ¶Dercero Semiramidis mater, dum filiam ex adulterio cõceptã in desertis exposuisset, tandẽ facti & sceleris pœ- nitẽtia in lacũ se præcipitẽ dedit. Autor. Idem Cælius.

110 ¶Laurentianus Florentinus citra vllũ corporis incõmo- dum, citraq; euidentẽ morbi causam in puteum se conie- cit, Autore Cælio & Crinito, qui ait se auditorẽ eius ali- quãdo fuisse. Qua etiã morte se extinxit Petrus Leonius vir in philosophia excellẽs, & in figni prudentia. Petrus Leonius.

811 ¶Neæra quoq; virgo in Salentinis ægreferens se ab eo repudiatam, cui pro coniuge pacta erat, eodem mortis genere vitam finiuit. Autor Pontanus.

812 ¶Mithridates à Pompeio supatus, filiã nõie Dircepti Menophilo Eunucho seruandã cõmisit in castello quodam Sinhorio nõie. Quod quum Manlius Priscus obsedisset, defensoresq; deditionẽ parãtes Menophilus sentiret, gladiũ in viscera sua cõpegit, veritus ne captiua puella raperet, & violaret. Autor Ammianus Marcellinus Li. 16.

813 ¶Argobastes quum Valentinianum iuniorẽ apud Viennam dolo strangulasset, vt eidem in imperio succederet, à Theodosio mortem vlciscente superatus, sua se manu percussit. Autor Paulus Diaconus.

814 ¶Asmundo rege Danoꝝ in pugna occiso, Gũnilda eiusdem vxor spiritũ sibi ferro surripuit, virũq; fato insecuta, est, Autor Saxo grãmaticus Lib. I. historiarũ danicarum:

815 ¶Hadingus Rex Danorum suspendio se vulgo spectante suffocauit præ dolore, quem ex Hadingi Suerium regis conceperat. Autor idem Saxo.

816 ¶Rolno quoq; Danoꝝ Rex exprobratæ sibi turpitudinis dolore voluntaria morte se cõsumpsit. Idem Autor.

817 ¶Starcarterus itidem Rex Danorum pœnitẽtia ductus, ꝙ Lẽnun quendam per nefas occidisset, eius filio Hathero se præbuit occidendum.

818 ¶Galeatius Mantuanus Papię quum hibernaret, puella (quam vnice amabat) per iocum imperante, se in fluuiũ deiecit, Autore Pontano.

819 ¶Socrates Athenis capitis dãnatus, volens hausit venenum. Vnde Ouidius in Ibin. Sollicitoq; bibas, veluti doctissimus olim Imperturbato quod bibit ore reus. Adrastus Gorgii filius dum Athym Crœsi filium suæ fidei creditum in venatione apri loco percussisset, se super eiusdẽ tumulum confodit. Autor Herodotus.

820 ¶Sargapises Thomyris filius à Cyro Rege Persarum captus, dum manicas & brachiorum vincula eximi sibi impetrasset, seipsum interfecit. Autor Herodotus.

211 ¶ Idem ait Praxaspem virum inter Persas opibus & dignitate pollentem; e turri præcipitem se dedisse.

212 ¶ Boges Persa amicus Xerxis, ab Atheniẽsibus & Cimone Milciadis filio obsessus, licet accepta fide posset egredi, abnuit tñ, & ad extremũ pstitit. Inde vbi in mœnibus nihil cõmeatus fuit reliquũ, accẽso rogo, liberos, cõiugẽ cõcubinas, familiã interemit, eosq; oẽs in pyram cõiecit. Deinde oẽ aurũ vrbis, atq; argẽtũ è muris dispersit in Strymonẽ, ac postremò se i rogũ cõiecit. Autor Herodotus. Cimon.

213 ¶ Petrus Traseas Patauinus vir Catoniana disciplina & seueritate, propter suspicionem affectatæ libertatis à Nerone damnatus, sibi venas soluit.

214 ¶ Quis ambigit diuina factum vltione, vt Herodes Rex Iudææ Antipatri filius, post interfectos Alexandrũ, Aristobolum, & Antipatrũ fratres trucidatos item innocẽtes ad intercipiendum sacrũ virginis partum, vermibus ad extremũ toto corpore scatentibus mortẽ sibi consciuerit. Herodes.

215 ¶ Pyramus adolescens & Tysbe puella incredibili amore flagrantes, quum impediente parentũ suspicione suis votis satisfacere nequirent, pepigerunt, vt certo die in remotũ locũ se reciperent. Quo quũ prior venisset Tysbe, metu leænę ibidẽ repertæ profugit in latebras relicto capitis tegumento. Quod arripiens leæna venienti post Pyramo coniecturam præbuit & argumentũ deuoratæ amasiæ, mortemq; sibi propterea consciuit. Tysbe paulo post reuersa, vbi mortuum amantem cõspicata est, longioris vitæ pertæsa, suo se gladio cõfodit. Ouidius Li.4. Metamor. de vtroq; meminit. Sic primum de Pyramo. Tysbe.

Vtq; dedit notæ lachrymas, dedit oscula vesti,
Accipe nunc inquit nostri quoq; sanguinis haustus.
Quoq; erat accinctus, demisit in ilia ferrum.

¶ De Tysbe vero sic. Aptato pectus mucrone sub imum Incubuit ferro, quod adhuc à cæde tepebat. Item Stroza pater Lib. I. Eroticon. Pyramus exemplum præbet, miserandaq; Tysbe. Quos rapuit simili mors violenta modo. Item Calentius in Epigrãmatis.

Pyramus & Tyſbe miſeri ſine crimine amarunt,
Occidit hic propria ſæuus vterq; manu.
Et quos vnus amor tetigit, nox vna peremit,
Enſis & vnus, & hæc contegit vrna duos.
Item Architrenius Li.4. Ibi ſerum Pyramus enſe. Vindicat egreſſum. Tiſbe lugubria fati. Pondera morte leuat, tua nec formidat ad vmbras Pyrame fata ſequi, ſequiturq; do lore dolorem, Et gemitu gemitũ producit, funere funus.

326 ℭ Eriſicthonem poetæ fabulanť ob neglecta Cereris ſacra, in tantam famẽ redactũ, vt ꝓpria mẽbra deuorauerit, ſeq; ipſum corroſerit. Addunt & filiã eius Metrã noie, in varias formas Neptuni bñficio mutari ſolitam. Vnde natũ adagiũ. Mutabilior Metra Eriſicthonis. Oui. Li. 8. Meta. Ipſe ſuos artus lacero diuellere morſu. Cœpit, & infelix minuendo corpus alebat. Idem in Ibin, Vtq; pater ſolitæ varias mutare figuras, plenus inextincta cõficiare fame. Item Pamphilus Saxus in Ele. Talis erat ieiuna fames eriſicthona quondam Impleuit miſerũ quũ fera peſte ſua.

327 ℭ Lychione Dædalionis filia, Dianæ (cui ſe præferebat) ſagittis cõfoſſa eſt. Cuius dũ celebrarenť exequiæ, pater in puellæ rogum ſeſe coniecit. Poetæ fingũt eum ab amicis (ne in ignem deſiliret) impeditum, fuiſſe mutatum in volucrem. Vnde Ouid. Li. 11. Meta. Vt vero ardentem vidit, quater impetus illi. In medios fuit ire rogos, quater inde repulſus, Concita membra fugæ mãdat.

330 ℭ Didonẽ ſuo gladio incubuiſſe pro cõperto eſt, ſed nõ oẽs eandẽ mortis cauſam afferũt. Scribit Auſonius (& ita ſe habet rei veritas) hoc ab ea factum, vt mortuo marito Sicheo caſtitatem ſeruaret viduale, & furias Iarbæ Getulorum regis declinaret. Verba eius ſunt hæc, Sed furias fugiens atq; arma procacis Iarbæ, Seruaui fateor morte pudicitiam. Auſoniũ ſecutus Marullus Didonem ſic inducit loquentẽ. Nec mihi Phryx nocuit, nec enim Phryga nouimus vllum, Cura ſed antiqui caſta tenaxq; tori. Q uam ne coniugio Lybici violare tyranni Cogerer, hac cecidi fortiter vſa manu. Vtriq; ſuccinit Rhennius, ſeu (vt aliis

placet) Priscianus in Geographia Dionysii de situ orbis, dicens Qua regnans felix Dido p sęcula viuit, Atq; pudicitiam nō perdit carmine ficto. Contra vero Virgilius hoc ipsum ascribit ipatiētię doloris, quē ex Aeneæ fuga cōceperat. Quod tñ fabulosum est. Virgilium pleriq; oēs poetæ Latini secuti sunt. Ouidius ī primis Lib. 3. Fastoꝝ, & in Epistolis sic ait. Præbuit Aeneas & causam mortis & ensem, Ipsa sua Dido cōcidit vsa manu. Idē. 14. Meta. Excipit Aenean illic aīoq; domoq;, Nō bene diffidiū Phrygii latura mariti Sidonis, inq; pyra sacri sub imagine facta. Incubuit ferro, deceptaq; decipit oēs. Itē Syllius Li. 2. Ipsa pyram super ingentem stans saucia Dido, Mandabat Tyriis vltricia bella futuris, Ardentemq; rogū media spectabat ab vnda Dardanus, & magnis pandebat carbasa fatis. Idem Lib. 8. Iliaco postq̄ deserta est hospite Dido, Et spes abrupta ē medio, ī penetralibus atrā. Festinat furibūda pyrā, tunc corripit ensem. Certa necis, profugi donum exitiale mariti. Item Angelus Politianus in Manto.

At Phoenissa rogum seuo furiata dolore
Inscendet moritura, trucesq; in vota vocabit
Eumenidas, mox & Phrygium (proh tristia dona)
Abnuieum per pectus aget miserabilis ensem.

131 ¶ Anna Beli Regis filia post mortē sororis suę Didonis, Carthaginē ab Iarba occupatam relinquens, ad Battum Mellitæ insulæ regē nauigauit. Quo demū relicto, mare ingressa in Laurentum litus delata est. Ibiq; ab Aenea cognita, & hospitio suscepta, nō sine mutui cum eo amoris suspitione, adeo vt in odium Lauiniæ veniret. Cuius insidias vt declinaret, se in Numycum fluuium præcipitauit. Vnde Onidius Lib 4. Fastoꝝ. Corniger hanc tumidis rapuisse Numycius vndis. Credit, & stagnis occuluisse suis. Item alibi, Placidi sum Nympha Numyci, Amne perenne latens, Anna perenna vocor.

132 ¶ Euadne Martis filia in rogum mariti sui Capanei apud Thebas mortui (dum celebrarentur exequiæ) se cōiecit. Vnde Ouidius Lib. 5. Tristium. Cernis vt Admeti cantet

& Hectoris vxor, Ausaq; in accensos Iphias ire rogos? Idem Lib.3.de arte. Accipe me Capaneu cineres miscebimus inquit Iphias,in medio desiluitq; rogos. Item Martialis Lib.4. Epigrã. Arserit Euadne flãmis iniecta mariti. Item Statius Lib.12.Turbine quo sese charis instrauerit audax Ignibus Euadne, fulmenq; in pectore magno. Quæsierit. Item Propertius Lib.1.Coniugis Euadne miseros elata per ignes. Occidit,Argiuæ fama pudicitiæ. Ouidius lib.3. de Ponto. Iphias antè oculos tibi erit ponẽda volenti,Corpus in accensos mittere fortelrogos.

133 ℭHylonome fœmina Cẽtaura &, biformis mortuo marito Cyllaro, gladio suo ĩcubuit. Ouidius Lib.12.Vt Videt extinctũ,dictis quę clamor ad aures.Arcuit ire meas,telo qd' ĩheserat illi.Incubuit,moriẽsq; suũ cõplexa maritũ ẽ.

134 ℭBiblis Mileti filia ex Cyane,quũ fratrẽ Caunũ miserè deperiret,neq; eius cõcubitũ posset assequi, vrgẽtibus furiis se occidit, & in fontẽ Postea Nayadũ bñficio mutata est.Ouidius Lib.1.de arte,Biblida quid referã? vetito quę fratris amore.Arsit,& est laqueo fortiter Vlta nephas?

135 ℭHercules induta tunica Nessi Centauri cruore tincta, in tãtas furias raptus est, vt præ impatiẽtia doloris sese in Oetha monte cõbusserit. Ouidius ad Liuiam. Qualis in Herculeæ colluxit collibus Oethæ, Quũ sunt imposito mẽbra cremata deo.Itẽ Claudianus ĩ tertiũ cõs. Honorii. Iuga deseris Oethes Herculeo dãnata rogo. Item Statius lib.12.Thebaidos.Lętus ĩ accẽsa iacuit Tyrinthius Oetha.

136 ℭTheseo in Cretã ad Minotaurũ nauigãti Aegeus pater Athenarũ rex præceperat, vt si cõfecto monstro incolumis rediret,ad læticiæ argumentum albis vteret velis,vt prospectantibus è portu amicis,superstitis vitæ fidẽ præstaret. Theseum tñ cepit obliuio mandati.Propterea quũ iisdẽ(qbus venerat)remigraret velis,fecit vt pater nihil de filio sibi promittens, è scopulo in mare se deturbauerit,& aquis nouum imposuerit nomen. Quam fabulam vel(si mauis)historiam Catullus longo ad modum prosequitur filo.

Eius autem verba de morte Aegei sunt hæc.
At pater vt summa prospectum ex arce petebat,
Anxia in assiduos contollens lumina fletus,
Quum primum inflati conspexit linthea veli,
Præcipitem sese scopulorum è vertice iecit,
Amissum credens immiti Thesea fato.
Sic funesta domus ingressus tecta paternæ,
Morte ferox Theseus, qualem Minoidi luctum
Obtulerat mente immemori, talem ipse recepit.

¶ Calentius quoq; Lib. I. Elegiarum sic inquit.
Dum tenet in gremio raptam Minoida Theseus,
Vela ferunt, quæ iam vela tulere rates.
Ast vbi nigra dari prospexit linthea vento
Rex pater, in fluctus hoc caput (inquit) eat.
Præcipitemq; senex specula se iecit ab alta,
Quem venus esse deum fluctibus alma dedit.

¶ Item Ouidius in Ibin;
Vt qui Theseæ fallacia vela carinæ
Vidit, & Iliaca missus ab arce puer.
Huius rei etiam meminit Cœlius Lib. 10. Lectionum antiquarum. Cap. 25.

137 ¶ Hæmon Thebanus iuuenis quum amore incredibili Anti gonē Oedipi & Iocastę filiā deperiret, ad eius tumu- *Antigone.* lum mortem sibi cōsciuit. Fuerat autem Antigone iussu Creontis (qui vetuerat Græcoꝝ cadauera inhumari) iugulata, ꝙ Polynicē fratrē mortuū noctu sepelire voluisset. De huius adolescētis morte Propertius Lib. 2. sic inqt.
Quid, non Antigones tumulo Bœotius Hæmon
Corruit ipse suo saucius ense latus?
Et sua cum misera permiscuit ossa puella,
Qua sine Thebanam noluit ire domum.

138 ¶ Sappho puella ex Lesbo insula, è Leucade Epiri promontorio se præcipitauit, ꝙ à Phaone liberali forma ado- *Phaon.* lescente (quē supra fidē hoīum deperibat) mutuo non redamaretur. Statius Lib. 5. Syluarum. Saltusq; ingressa viriles, Non formidata temeratia Leucade Sappho. Vbi

Domitius pro Leucade putat legēdū Chalcide, ꝙ aggreſſa ſit carmen Elegiacū inſtar Euphorionis poetæ Chalcidici. Cuius opinio nō ad modū mihi ridet. Neq; enim video, cur temerariā vocet niſi ob illatā ſibi imprudenter mortē. Suffragať mihi Auſonius dicens. Pręcipitē pelago vel Leucados elige rupem. Pamphilus quoq; in Elegiis dicens, Memet vt æquoreas veluti iā Leſbis in vndas Torquerem, muſis Leſbis amica ſacris. Et Politianus in Nutricia. Sed tandē Ambracias temeraria ſaltat in vndas. Item Politianus in Eleg. Maſcula quæq; ſuos cantat moritura calores, Leucadii Sappho crimen honorq; freti.

139 ¶ Græcis Thebas obſidentibus, quū Tyreſias vates prædixiſſet Thebanos expugnatū iri, niſi eoꝝ qui (ſerpētinis dentibus prognati fuerant) aliquis ſe morti deuoueret, Menecœus vt patriæ ſaluti cōſuleret, in ipſis Thebarum mœnibus gladio ſe cōfodit, cōfoſſum ad hoſtes deturbauit. Quo viſo ꝓtinus abierūt Græci. Statius Lib. I. Theb.
Sic ait, inſignemq; animam mucrone coruſco
Dedignantem artus pridem, mœſtamq; teneri
Arripi, atq; vno quæſitam vulnere rumpit.
Sanguine tunc ſpargit turres, & mœnia luſtrat,
Seq; ſuper medias acies nondum enſe remiſſo
Iecit, & in ſæuos cadere eſt conatus Achiuos.

140 ¶ Iocaſta filia Creontis, & vxor Laii videns filios ſuos Etheoclē & Polynicē mutuis vulneribus interfectos, horrore tāti facinoris mortē ſibi ītulit. Statius Lib. II. Theb.
Regina extulerat notum penetralibus enſem,
Enſem, ſceptriferi ſpolium lacrymabile Laii,
Multaq; cum ſuperis & diro queſta cubili,
Et nati furiis & primi coniugis vmbris
Luctata eſt dextra, & prono vix pectore ferrum
Intrauit tandem, & venas prorupit aniles,
Vulnus, & infelix luſtratur ſanguine pectus.

141 ¶ Annibale Sagunthū vrbē Hiſpaniæ Romanis amicam obſidēte, Morſus Cretēſis fauens Saguntinis, vbi filios vidit interfectos, tēperare ſibi nō potuit, quin ſe præcipi-

taret è turri, & filiis comitē daret. Vnde Syllius Lib. 2.
Atq; pater gemino natorum funere Mopsus
Correptos arcus ter mœsta mouit ab ira,
Ter cecidit dextra, notas dolor abstulit artes.
Pœnitet heu serò dulces liquisse penates,
Arreptoq; auide quo concidis Icare saxo,
Postq̄ æuum senior, percussaq; pectora frustra
Sentit, & vt tantos compescat morte dolores
Nil opis in dextra, vastæ se culmine turris
Præcipitem iecit, moribundos explicat artus
Dum cadit, extremo Gortynius aduena bello.

142 ¶ Phædrā Hippolyti nouercam furiæ Veneris vsq; adeò torruerunt, vt laqueo spiritū sibi interceperit, q̄ priuigni (cuius amore æstuabat impatienter, & pruriebat) concubitū nō posset exorare. Moriens tn̄ scelerata mulier, literas reliquit, qbus Hippolytū stupri arguebat, suęq; mortis vocabat autorē. Ausonius. Suasi quod potui, tu alios modo consule, Dic quos? Phædra, & Elisa tibi dēt laqueū aut gladiū. Item. Respicit abiectas desperans Phædra tabellas. Hæc laqueum gerit. In Hippolitū amor Phedre.

143 ¶ Athamas Rex Thebarum furiis agitatus. Learchum filium dedit morti. Propterea Ino Cadmi & Hermiones filia & eius vxor sibi timēs, cum altero filio Melicerta se in mare præcipitem dedit. Quos in deoꝝ indigitamenta poetæ retulerūt. Cyprianus. Melicertes & Leucothea pręcipitant in maria, & fiunt postmodū maris numina. Pamphilus in Eleg. Cur summis nequeo salebris Athamantis vt vxor, Triste sub Aeolia mergere corpus aqua? Ouidius in Ibin. Vt teneri nutrix eadem matertera Bacchi. Val. Fl. Lib. 8. Attonito qualis pede prosilit Ino. In freta, nec parui meminit cōterrita nati. Aegidius Maserius homo egregiè doctus cū Zenodoto ait, Athamāta Euricliam filiam primum inde Learchum interfecisse, subterfugiente, Ino vxore cū Melicerta. Ouidius Lib. 4. Meta. Seq; sup pontum nullo tardata timore. Mittit, onusq; suum. Melicerta. Aegidius Maserius.

144 ¶ Phyllis Lycurgi Thracum regis filia ægreferens se

relictam & spretam à Demophoonte Thesei filio, quem vnice deperibat, & ab expeditione Troiana redeunte hospitio exceperat, vitam laqueo præfocauit, in Amygdalū postea (vt fabulantur poetę) conuersa. Pamphilus Saxus. Exemplū tribuit mortis mihi nobile Phyllis, Pēdebat longa corpus inane trabe. Pontanus Lib. 3. de Stellis. Ac misera antè diem zona crudeliter vsa Phyllis ab inuiso pendet Rhodopeia trūco. Cremutius apud Plinū autor est nunq̄ virere arborē, ex qua Phyllis se suspēderit. Mātuanus ad Melisam. Phyllida fecit amor vitā finire dolendo.

Phyllis in Amygdalū.

145 ¶ Aiax Telamonis filius ægreferens mortui Achillis arma (quæ supramodum appetebat) Vlyssi data fuisse, inuidia motus, & in rabiem conuersus mortem sibi intulit. Ouidius Lib. 13. Meta.

Hectora qui solus, qui ferrum, ignesq́ꝫ, Iouemq́ꝫ
Sustinuit toties, vnam non sustinet iram.
Inuictumq́ꝫ virum vicit dolor, arripit ensem,
Et meus hic certè est. An & hunc sibi poscit Vlysses?
Hoc ait vtendum est in me mihi, quiq́ꝫ cruore
Sæpe Phrygum maduit, domini nunc cæde madebit,
Ne quisq̄ Aiacem possit superare, nisi Aiax.
Dixit, & in pectus tum demum vulnera passum
Quà patuit ferro, lethalem condidit ensem.

146 Iphis puer liberali facie, quū Anaxaretē puellā incredibili amore prosequeret, neq́ꝫ tñ readamaret ab ea, laqueo se suffocauit, atq́ꝫ onus infelix elisa fauce pependit, inquit Ouidius Lib. 14. Demum quum celebrarentur exequiæ, puella mortui miserta se quoq́ꝫ interfecit. Pontanus de Stellis Lib. 3. Substrinxit laqueo collū, atq́ꝫ ad limen amatæ Iphis Anaxaretes immania fata peregit.

147 ¶ Auctolia Vlissis mater quum falso nuncio audiuisset filium apud Troiam occubuisse, laqueo vitam finiuit.

148 Amphion Iouis filius interfectis ab apolline quatuordecim liberis, seipsum gladio interemit. Ouidius in Ibin. Addidit vt fidicem miseris sua funera natis, Sic tibi sint vitæ tædia iusta tuæ.

Item ipse Ouidius in sexto Metam. Et pater Amphion ferro per pectus adacto finierat moriens pariter cum luce dolorem.

149 Althea Thiestis filia quum audiuisset Meleagrum filium suis fratribus intulisse mortem, se præcipitauit, combusto prius fatali stipite, quo cremato Meleagrum ex fato periturum audiuerat.

150 ¶ Britona nympha Cretēsis quū esset formosa, ppetuoq; virginitatis voto, venationi vacaret ad vim & stuprum Minois regis declinandū, se in aquas dedit præcipitem.

151 ¶ Brotheus Vulcani filius propter oris deformitatē illusus, in rogū desiluit, ibiq; vitam incēdio finiuit. Ouidius in Ibin. Quodq; ferunt Brotheum fecisse cupidine mortis, Des tua succensæ membra cremenda pyræ.

152 ¶ Aeolus Rex ventoꝝ audito Canaces filiæ cū Machareo fratre incestu, ad eam gladium misit, vt scelus voluntaria morte dilueret, & vlcisceretur. Quod illa fecit,

153 ¶ Ceyx Alcyones maritus, ad oraculum nauigans naufragium fecit, & obrutus est aquis. Quod indignanter ferens Alcyone, mortem mariti secuta, in mare se deturbauit, & in auē sui nominis mutata est. Ouidius in Ibin. Nec tibi sit tumidis melior Neptunus in Vndis, Quā cui sunt visæ frater & vxor aues.

154 ¶ Deianyra Herculis vxor, audita mariti morte, superesse noluit, ac propterea dolore animi se peremit. Ouidius. Impia quid dubitas Deianyra mori?

155 ¶ Hesperie nympha Esacum Priami filium (à quo adamabatur) persequentem fugiens, morsu colubri in herba latentis interfecta fecit, vt Esacus ipse vitam sibi acerbam putauerit, & aquis se obruerit.

156 ¶ Erigone audita patris Icari morte, laqueo se suspendit: Ouidius in Ibin. Quodq; dolore necis patriæ pia filia fecit. Vincula per laquei fac quoq; guttur eat, Statius Lib. 5. Syluarum. Nec enim Marathonia virgo Parcius extinctum sæuorum crimine agrestum Fleuerat Icarium.

157 ¶ Euenus ægreferens Marpissam filiā ab Ida filio Apharei in certamine curuli superatam, ac propterea ex pacto nuptiis copulatam, se in Lycormam Aetoliæ fluuium demisit, cui & iposuit nomen. Autor Domitius Calderinus.

Vnde Ouidius in Ibin. Vtq; vel Euenus torrenti flumine mersus, Noīa des rapidæ, vel Tyberinus aquæ. Ad hunc ferè modū Plutarchus, Euenus (inquit) Martis & Stropæ fili⁹, ex Alcippa Oenomai filia Marpissam suscepit filiā. Quā ab Aphareto in Chorea raptā insequēs, dū cōprehendere nō posset, in Lycormā fluuiū se præcipitauit.

158 ¶ Iuturna Dauni filia post interfectū ab Aenea Turnum fratrē suū, mœroris īpatiens, se dedit in aquas præcipitē.

159 ¶ Ilice Ibyci Lydii filia, dum amores Martis cōtēneret, deo factum vlciscente in furorē versa, è scopulo se demisit. Ouidius in Ibin. Lydia se scopulis vt virgo misit ab altis, Dixerat inuito quæ mala verba deo.

160 ¶ Athenienses dum mortui Herculis tutarentur liberos, quos insectabatur Eurystheus, ab oraculo acceperunt se ab Eurysthei liberatum iri incursatione, si quis è liberis Herculis semet inferis deuoueret. Quo audito Macaria eiusdem filia sese spontaneæ morti obtulit.

161 ¶ Alcestis filia Perilai seipsam interfecit, vt vmbra sua cōtenti manes, ęgroto marito parcerēt. Seneca ī Medea. Cōiugis fatū redimēs Pheræi. Vxor. Impendit aīam marito.

162 ¶ Tyro mulier Thessala mortuo marito, sponte oppetiit mortem. Babtista pius Lib. 2. Eleg. Carmine cōspicua est Tyro Pagasæa puella, Quæ voluit ꝓprii fata subire viri.

163 ¶ Hercules ab Iole connubio reiectus, Oechaliam puellæ patriam diripuit. Dolore facti Iole, se præcipitē è muro dedit. Autor Plutarchus.

164 ¶ Charandes Thyrius quum legem tulisset, ne quis armatus veniret in concionem, & tñ ipse rure veniens, pręter spem aliter fecisset, monitus legis ab eo, qui proximè sedebat, vitā sponte reliquit, & gladio suo incubuit, quū tamen culpam dissimulare potuisset, aut defendere.

165 ¶ De Amata Lauiniæ matre, quo modo, & quamobrem spiritum sibi laqueo interceperit, vide in eorum historia, qui suspendio & cruce vitam finiuerunt.

166 ¶ Quum. L. Opimius Consul. C. Gracchum Agrarias leges contra autoritatem senatus ferre molientē sustulisset,

Herẽnius Siculus(quo & aruspice & amico vsus semper fuerat Gracchus)cõphensus,dũ in carcerẽ traheret,capite posti carceris illiso spiritũ deposuit. Autor Val. Max.

267 ℂ Coma latro frater Diogenis latronum ducis ad P. Rutilium ductus dum interrogaretur de genere belli à seruis & latronibus moti,capite in crura demisso, sibi ipsi spiritum interclusit. Autor Val. Maxi.

ℂ Parentes liberorum interfectores.

1 IDomeneus
2 Darius
3 Epaminondas
4 Manlius Torquatus
5 Brutus
6 Cassius
7 Agesilaus
8 Medea
9 Athamas
10 Tantalus
11 Leus Atheniẽsis
12 Agaue
13 Progne
14 Hippodamas
15 Althea
16 Aidona
17 Altaxerxes
18 Cambyses
19 Constantinus magnus
20 Dioscorus
21 Euristhenis mr̃
22 Ptolemæus
23 Ptolemæus au letes
24 Deuteria
25 Apteras
26 Erictheus
27 Darius
28 Boges
29 Deiotarus
30 Mithridates
31 Antonius caracalla
32 Virginius
33 Herodes
34 Hippomenes
35 Embarus
36 Orchanius
37 Lenogildus
38 Lysimachus
39 Aul⁹ posthumi⁹ Tubero
40 Arpiages
41 Ethearchus

1 IDomeneus Deucalionis filius,& Cretẽsium rex, quum vouisset se immolaturũ eum qui primus Troia redeunti occurreret, filiam forte fortuna repertam immolauit. Idomenei uotum.

2 ℂ Darius rex Persarum Ariobarsanem filium interfecit, q̄ is Alex. promisisset,se patri isidiaturum, & mortem intentaturum. Plutar. in Pa.

4 ℂ Stesimbrotus ab Epaminonda patre Thebanorũ duce interfectus est,q̄ contra mandatũ patris manũ cum hosti- Epaminundas.

bus Lacedæmoniis cōseruisset, quāuis parta victoria.

4 ¶ Manlius Torquatus itidem filium securi percussit, ꝙ in Samnites cōtra edictū pugnasset, quāuis hoste ꝓfligato ad suos victoriam retulisset. Vnde Virgilius Lib. 6. Sęuū'qꝫ securi Aspice Torquatum, & referentē signa Camillū.

5 ¶ Brutum à Romanis expulsum quum filius prodere voluisset, paterna cecidit manu: Autor Aristides Milesius apud Plutarchum.

Cassius. 6 ¶ Romanis in Latinos certantibus, Cassius signifer Crassum Brutum filium occidit, ꝙ is patrem prodere, & hostibus portas aperire voluisset. Autor. Plutar.

7 ¶ Persis Græciam infestantibus, Pausanias Lacedæmoniorū dux. 50. auri talēta (vt Spartam proderet) à Xerxe acceperat. Quod vbi resciuit Agesilaus pater, filiū in téplo Palladis inclusum inedia cōsumpsit. idem Autor.

Agesilaus.

8 ¶ Medea ab Iasone (quē hospitio susceperat, & modum rapiendi velleris docuerat) reiecta, filios ex eo susceptos Dyndimium & Thessandrū interfecit. Virg. Aegl. 8. Sęuus amor docuit natorū sanguine matrē Cōmaculare manus. Idem in Culice. Quum cernā Colchida matrē Anxia sollicitis meditantem vulnera natis. Ouidius. Lib. 7. Meta. Vtroqꝫ Sanguine natorum perfunditur impius ensis. Idē. Lib. 2. Eleg. Colchida respersam puerorum sanguine culpant. Idem Lib. 2. de arte. Coniugis admissum, violata'qꝫ iura mariti, Barbara per natos Phasias vlta suos. Propertius Lib. 3. Nam quid Medeæ referam, quo tempore matris Iram natorum cæde piauit amor. Stroza pater. Lb. 1. Eroticon. Læsa'qꝫ natorū maculata est sanguine Colchis. Sabellicus. Hanc fama est fraterna cæde cruentam Magnanimum Aesonidem Colchis cum patre relictis. Per varios casus, per deuia regna secutam. Horatius in Arte, Ne pueros coram populo Medea trucidet.

9 ¶ Athamas rex Thebarum furore correptus, Learchum & Eurycleā liberos pro leonibus occidit. Ouidius Lib. 4. Meta. Deqꝫ sinu matris ridentem & parua Learchū Brachia tendentem rapit, & bis ter'qꝫ per auras More rotat

fundæ,

fundæ, rigidoq; infantia ferro. Discutit ora ferox. Idem Lib.6.Fastorũ. Hinc agit furiis Athamas sub imagine falsa, Tuq; cadis patria parue Learche manu. Statius Lib.2. Syluarũ Toruus adhuc Athamas insanos flecteret arcus. Idem Lib.1. Theb. cui sumpserit arcus. Infelix Athamas. Claudianus Lib.1.in Ruffinũ.Hęc Athamãteæ direxit spicula dextrę.Bap.Pius Li.2.Eleg. Qualis ad absumptũ per tela paterna Learchum, Desiluit lacrymis saucia facta parẽs. Plinius quoq; Li.34.Cap.14 de hoc nõnihil meminit.

10 ¶Tantalus(qui in Phrygia regnauit)deis hospitio suscẽptis, Pelopẽ filiũ coctum mẽbratim comedẽdũ apposuit, vt eorũ diuinitatẽ experiret.Seneca in Thyeste. Exceptus gladio paruulus ipso.Dũ currit patriũ natus ad osculum, Immatura focis victima cõcidit, Diuisusq; tua est Tãtale dextera, Mensas vt strueres hospitibus deis. Itẽ Mantuanus Lib.1.De Cala.Temporum.Prætereo concisa sui qui corpora nati Diis epulanda dedit.

11 ¶Leus Atheniensis ab oraculo monitus, Athenas ipsas perituras, nisi tres filias immolaret, voluit oraculo parere,q̃ suis parcere. Volaterranus Autor.

12 ¶Agaue Thebana mulier Pentheum filiũ Bacchanalia despicantẽ, cũ cæteris Mænadibus interfecit.Virgilius in Culice.Quo quondã victa furore, Venit Nyctileũ fugiẽs Cadmæis Agaue,Infandas scelerata manus, & cęde cruẽta.Ouidius Lib.3.Meta.Prima suum misso violauit Penthea Thyrso Mater.Statius Lib.11.Theb. Penthea qualis Mater ad insani scandebat culmina montis, Promissum sæuo caput allatura Lyæo. Sidonius. Ipsa aũt nato occiso Pentheia mater,Amplius Vt furiat, nunq̃d væsana futura est? Vbi furiat ꝑ verbo neutro vsus est. Seneca in Thebaide.Egit sorores mater,& gaudens malo. Vibrante Thyrso prætulit fixum caput.Idem in Oedipode.Qualis attonita & furens,Cadmæa mater abstulit nato caput.

13 ¶Progne Pandionis filia ægreferens sororem suã Philomelam à Tereo marito fuisse stupratam, Itim filium eidẽ comedendũ apposuit.Ouidius Li.6,Meta.Tendentemq;

manus.& iam sua fata videntem, Et mater mr̃ clamātē, & colla petentem, Ense ferit progne, lateri quà pectus adhęret. Idem Lib. 2. Eleg. Atq; sua cæsum matre queruntur Itim. Idem Lib. 1. de Remedio. Nec dolor armasset cōtra sua viscera matrem, Quæ socii damno sanguinis vlta virum est. Sidonius. Siue prandia quis refert Thyestæ, Discerptum aut puerum, cibumq; factum.

14 ¶ Perimele puella vim & stuprum ab Acheloo passa, ab Hippodamante patre detestante facinus præcipitata est. Ouidius Lib. 8. Meta. Quod pater Hippodamas ęgre tulit, inq; ꝓfundū. Protulit e scopulo perituręq; corpora natę.

15 ¶ Althea ægre ferens fratres suos à Meleagro filio interfectos, fatalem combussit stipitem, de quo Parcæ prædixerant Meleagrum nō prius periturum, ꝙ̄ stipes ipse igni fuisset absumptus. Hoc itaq; modo natū emori fecit. Ouidius Lib. 1. Tristiū, Vtq; cremasse suum fertur sub stipite natum Testias, & melior matre fuisse soror.

16 ¶ Aidon vxor Zeti, Ithilū noctu iprudēs occidit, dū vnū ex filiis Amphionis (cui⁹ vxori iuidebat) iterficere vellet.

17 ¶ Artaxerxes Mnenon cognomento, Persarum rex, Darium filiū cū aliis interfecit, ꝙ ab eis insidiis peteret.

18 ¶ Cambyses Cyri filius Persarum rex, filium sagitta occidisse fertur, furore correptus, quo prius fratrem & grauidam sororem dederat morti.

19 ¶ Constantinus magnus Crispum filium cū Licinio sororis suæ marito incerta causa morti dedit. Sextus Aurelius ꝓdit hoc eum fecisse suasu Faustæ coniugis.

20 Dioscorus pater Beatæ Barbaræ filiam multis prius tormentis affectam, ad extremum supplicio capitis affecit, ꝙ ad Idololatriam flecti non posset.

21 ¶ Euristhenes quum male in bello pugnasset, ac proptérea domui suæ ignominiam peperisset, inedia cōsumptus est à matre. Ouidius in Ibin. Obstrictusq; necem patiaris limine tecti, Vt legem pœnę cui dedit ipsa parens.

22 ¶ Ptolemæus Euergetes à suis ob crudelitatē regno pulsus, filiū quē ex Cleopatra sorore susceperat, i Cypro occi

dit, eiusq; caput & pedes mri ꝑ munere natalitio remisit.

23 ¶ Ptolemæus Auletes regno suo redonatus (quo ob flagitia fuerat eiectus) Cleopatram filiam & Archelaū eius maritū (quos Aegyptii in regnū asciuerant) occidit.

24 ¶ Deuteria mulier timens ne filia sua (quam nubilem & formosam habebat) à Theodeberto rege corrumperet, eam in flumen præcipitauit apud Viridunum ciuitatem. Autor Gregorius Turoñ.

25 ¶ Apteras vetustissimus Græcorum Saturnus patrem castrauit, filios interemit, fratribus bella & ferrum intulit. Aninus in Berosum.

26 ¶ Erictheus bellū cum Euiloquio gerens, quū ab oraculo accepisset futurā sibi victoriam, si filiam diis imolaret, paruit, & consensu Praxithæ vxoris puellam cecidit.

27 ¶ Darius quoq; Cymbrico bello profligatus, quum intellexisset se fore victorem, si Calphurniam filiam diis daret victimam, dedit, vt patriæ consuleret.

28 ¶ Boges Persa ab Atheniensibus obsessus, vbi nihil habuit cõmeatus in castris, liberos cum vxore primum, deinde mum seipsum interfecit. Autor Herodotus.

29 ¶ Deiotarus cum multos suscepisset liberos, oēs excepto tãtum vno iugulauit, vt qui superfuturus erat potentior fieret, & maiestatis augustioris. Autor Cælius.

30 ¶ Mithridates sanguinolentus ac crudelis in omnes fuit. Nam matrem, fratrem ac filios tres impuberes, ac totidē filias interfecit. Autor idem Cælius,

31 ¶ Antonius Caracalla Imperator Iuliam nouercam in vxorem duxit. cuius filium Getam nomine paulopost interfecit. Autor Aelius Spartianus.

32 ¶ Virginius filiam Virginiam Icilio desponsatam, spectãte populo & palàm interfecit, vt Appium Decemuirum (qui eam stuprare velut seruam tentauerat) in odium & inuidiam populi traheret. Quod & factum est, Namq; vt propter illatum Lucretiæ stuprum Romani reges defierunt, ita quoq; immoderata Appii libido finem fecit Decemuirorum magistratui. Autor Liuius. Syllius Lib. 13. Cur Romę Reges defierunt

Pyramus & Tysbe miseri sine crimine amarunt,
Occidit hic propria sæuus vterq; manu.
Et quos vnus amor tetigit, nox vna peremit,
Ensis & vnus, & hæc contegit vrna duos.

Item Architrenius Li. 4. Ibi ferum Pyramus ense vindicat egressum. Tisbe lugubria fati. Pondera morte leuat, tua nec formidat ad vmbras Pyrame fata sequi, sequiturq; dolore dolorem, Et gemitu gemitū producit, funere funus.

126 ¶ Erisicthonem poetæ fabulanť ob neglecta Cereris sacra, in tantam famē redactū, vt ꝓpria mēbra deuorauerit, seq; ipsum corroserit. Addunt & filiā eius Metrā noīe, in varias formas Neptuni bñficio mutari solitam. Vnde natū adagiū. Mutabilior Metra Erisicthonis. Oui. Li. 8. Meta. Ipse suos artus lacero diuellere morsu. Cœpit, & infelix minuendo corpus alebat. Idem in Ibin, Vtq; pater solitæ varias mutare figuras, plenus inextincta cōficiare fame. Item Pamphilus Saxus in Ele. Talis erat ieiuna fames erisicthona quondam Impleuit miserū quū fera peste sua.

127 ¶ Lychione Dædalionis filia, Dianæ (cui se præferebat) sagittis cōfossa est. Cuius dū celebrarenť exequiæ, pater in puellæ rogum sese coniecit. Poetæ fingūt eum ab amicis (ne in ignem desiliret) impeditum, fuisse mutatum in volucrem. Vnde Ouid. Li. 11. Meta. Vt vero ardentem vidit, quater impetus illi. In medios fuit ire rogos, quater inde repulsus, Concita membra fugæ mādat.

130 ¶ Didonē suo gladio incubuisse pro cōperto est, sed nō oēs eandē mortis causam afferūt. Scribit Ausonius (& ita se habet rei veritas) hoc ab ea factum, vt mortuo marito Sicheo castitatem seruaret vidualē, & furias Iarbæ Getulorum regis declinaret. Verba eius sunt hæc, Sed furias fugiens atq; arma procacis Iarbæ, Seruaui fateor morte pudicitiam. Ausoniū secutus Marullus Didonem sic inducit loquentē. Nec mihi Phryx nocuit, nec enim Phryga nouimus vllum, Cura sed antiqui casta tenaxq; tori. Quam ne coniugio Lybici violare tyranni Cogerer, hac cecidi fortiter vsa manu. Vtriq; succinit Rhennius, seu (vt aliis

placet)Priscianus in Geographia Dionysii de situ orbis, dicens Qua regnans felix Dido p sæcula viuit, Atq; pudicitiam nō perdit carmine ficto. Contra vero Virgilius hoc ipsum ascribit īpatiētię doloris, quē ex Aeneæ fuga cōceperat. Quod tñ fabulosum est. Virgilium pleriq; oēs poetæ Latini secuti sunt. Ouidius ī primis Lib. 3. Fastoꝝ, & in Epistolis sic ait. Præbuit Aeneas & causam mortis & ensem, Ipsa sua Dido cōcidit vsa manu. Idē. 14. Meta. Excipit Aenean illic aīoq; domoq;, Nō bene diffidiū Phrygii latura mariti Sidonis, inq; pyra sacri sub imagine facta. Incubuit ferro, deceptaq; decipit oēs. Itē Syllius Li. 2. Ipsa pyram super ingentem stans saucia Dido, Mandabat Tyriis vltricia bella futuris, Ardentemq; rogū media spectabat ab vnda Dardanus, & magnis pandebat carbasa fatis. Idem Lib. 8. Iliaco postq̄ deserta est hospite Dido, Et spes abrupta ē medio, ī penetralibus atrā. Festinat furibūda pyrā, tunc corripit ensem. Certa necis, profugi donum exitiale mariti. Item Angelus Politianus in Manto.

At Phœnissa rogum seu furiata dolore
Inscendet moritura, trucesq; in vota vocabit
Eumenidas, mox & Phrygium (proh tristia dona)
Ahniueum per pectus aget miserabilis ensem.

131 ℂAnna Beli Regis filia post mortē sororis suę Didonis, Carthaginē ab Iarba occupatam relinquens, ad Battum Mellitæ insulæ regē nauigauit. Quo demū relicto, mare ingressa in Laurentum litus delata est. Ibiq; ab Aenea cognita, & hospitio suscepta, nō sine mutui cum eo amoris suspitione, adeo vt in odium Lauiniæ veniret. Cuius insidias vt declinaret, se in Numycum fluuium præcipitauit. Vnde Ouidius Lib 4. Fastoꝝ. Corniger hanc tumidis rapuisse Numycius vndis. Credit, & stagnis occuluisse suis. Item alibi, Placidi sum Nympha Numyci, Amne perenne latens, Anna perenna vocor.

132 ℂEuadne Martis filia in rogum mariti sui Capanei apud Thebas mortui (dum celebrarentur exequiæ) se cōiecit. Vnde Ouidius Lib. 5. Tristium. Cernis vt Admeti cantet

& Hectoris vxor, Ausaq; in accensos Iphias ire rogos? Idem Lib.3.de arte. Accipe me Capaneu cineres miscebimus inquit Iphias, in medio desiluitq; rogos. Item Martialis Lib.4. Epigrã. Arserit Euadne flãmis iniecta mariti. Item Statius Lib.12. Turbine quo sese charis instrauerit audax Ignibus Euadne, fulmenq; in pectore magno. Quæsierit. Item Propertius Lib.1. Coniugis Euadne miseros elata per ignes. Occidit, Argiuæ fama pudicitiæ. Ouidius lib.3. de Ponto. Iphias antè oculos tibi erit ponẽda volenti, Corpus in accensos mittere forte rogos.

133 ¶Hylonome fœmina Cẽtaura & biformis mortuo marito Cyllaro, gladio suo icubuit. Ouidius Lib.12. Vt videt extinctũ, dictis quę clamor ad aures. Arcuit ire meas, telo qđ ĩheserat illi. Incubuit, moriẽsq; suũ cõplexa maritũ ẽ.

134 ¶Biblis Mileti filia ex Cyane, quũ fratrẽ Caunũ misserè deperiret, neq; eius cõcubitũ posset assequi, vrgẽtibus furiis se occidit, & in fontẽ Postea Nayadũ bñficio mutata est. Ouidius Lib.1. de arte, Biblida quid referã? vetito quę fratris amore. Arsit, & est laqueo fortiter vlta nephas?

135 ¶Hercules induta tunica Nessi Centauri cruore tincta, in tãtas furias raptus est, vt præ impatiẽtia doloris sese in Oetha monte cõbusserit. Ouidius ad Liuiam. Qualis in Herculeæ colluxit collibus Oethæ, Quũ sunt imposito mẽbra cremata deo. Itẽ Claudianus i tertiũ cõs. Honorii. Iuga deseris Oethes Herculeo dãnata rogo. Item Statius lib.12. Thebaidos. Lętus i accẽsa iacuit Tyrinthius Oetha.

136 ¶Theseo in Cretã ad Minotaurũ nauigãti Aegeus pater Athenarũ rex præceperat, vt si cõfecto monstro incolumis rediret, ad læticiæ argumentum albis vteret velis, vt prospectantibus è portu amicis, superstitis vitæ fidẽ præstaret. Theseum tñ cepit obliuio mandati. Propterea quũ iisdẽ (qbus venerat) remigraret velis, fecit vt pater nihil de filio sibi promittens, è scopulo in mare se deturbauerit, & aquis nouum imposuerit nomen. Quam fabulam vel (si mauis) historiam Catullus longo ad modum prosequitur filo.

Eius autem verba de morte Aegei sunt hæc.
At pater vt summa prospectum ex arce petebat,
Anxia in assiduos contollens lumina fletus,
Quum primum inflati conspexit linthea veli,
Præcipitem sese scopulorum è vertice iecit,
Amissum credens immiti Thesea fato.
Sic funesta domus ingressus tecta paternæ,
Morte ferox Theseus, qualem Minoidi luctum
Obtulerat mente immemori, talem ipse recepit.

¶ Calentius quoq; Lib.I.Elegiarum sic inquit.
Dum tenet in gremio raptam Minoida Theseus,
Vela ferunt, quæ iam vela tulere rates.
Ast vbi nigra dari prospexit linthea vento
Rex pater, in fluctus hoc caput (inquit) eat.
Præcipitemq; senex specula se iecit ab alta,
Quem venus esse deum fluctibus alma dedit.

¶ Item Ouidius in Ibin;
Vt qui Theseæ fallacia vela carinæ
Vidit, & Iliaca missus ab arce puer.

Huius rei etiam meminit Cęlius Lib.10. Lectionum antiquarum. Cap.25.

137 ¶ Hæmon Thebanus iuuenis quum amore incredibili Antigonē Oedipi & Iocastę filiā deperiret, ad eius tumulum mortem sibi cōsciuit. Fuerat autem Antigone iussu Creontis (qui vetuerat Græcorum cadauera inhumari) iugulata, quod Polynicē fratrē mortuū noctu sepelire voluisset. De huius adolescētis morte Propertius Lib.2. sic inqt. Antigone.

Quid, non Antigones tumulo Bœotius Hæmon
Corruit ipse suo saucius ense latus?
Et sua cum misera permiscuit ossa puella,
Qua sine Thebanam noluit ire domum.

138 ¶ Sappho puella ex Lesbo insula, è Leucade Epiri promontorio se præcipitauit, quod à Phaone liberali forma adolescente (quē supra fidē hoīum deperibat) mutuò non redamaretur. Statius Lib.5. Syluarum. Saltusq; ingressa viriles, Non formidata temeratia Leucade Sappho. Vbi Phaon.

Domitius pro Leucade putat legēdū Chalcide, q̄ aggref-
sa sit carmen Elegiacū instar Euphorionis poetæ Chalci-
dici. Cuius opinio nō ad modū mihi ridet. Neq; enim vi-
deo, cur temerariā vocet nisi ob illatā sibi imprudenter
mortē. Suffragat̃ mihi Ausonius dicens. Pręcipitē pelago
vel Leucados elige rupem. Pamphilus quoq; in Elegiis
dicens, Memet vt æquoreas veluti iā Lesbis in vndas
Torquerem, musis Lesbis amica sacris. Et Politianus in
Nutricia. Sed tandē Ambracias temeraria saltat in vndas.
Item Politianus in Eleg. Mascula quæq; suos cantat mo-
ritura calores, Leucadii Sappho crimen honorq; freti.

139 ¶ Græcis Thebas obsidentibus, quū Tyresias vates præ-
dixisset Thebanos expugnatū iri, nisi eoꝝ qui (serpētinis
dentibus prognati fuerant) aliquis se morti deoueret,
Menecœus vt patriæ saluti cōsuleret, in ipsis Thebarum
mœnibus gladio se cōfodit, cōfossum ad hostes deturba-
uit. Quo viso ꝑtinus abierūt Græci. Statius Lib. I. Theb.
Sic ait, insignemq; animam mucrone corusco
Dedignantem artus pridem, mœstamq; teneri
Arripi, atq; vno quæsitam vulnere rumpit.
Sanguine tunc spargit turres, & mœnia lustrat,
Seq; super medias acies nondum ense remisso
Iecit, & in sæuos cadere est conatus Achiuos.

140 ¶ Iocasta filia Creontis, & vxor Laii videns filios suos
Etheoclē & Polynicē mutuis vulneribus interfectos, hor
rore tāti facinoris mortē sibi ītulit. Statius Lib. II. Theb.
Regina extulerat notum penetralibus ensem,
Ensem, sceptriferi spolium lacrymabile Laii,
Multaq; cum superis & diro questa cubili,
Et nati furiis & primi coniugis vmbris
Luctata est dextra, & prono vix pectore ferrum
Intrauit tandem, & venas prorupit aniles,
Vulnus, & infelix lustratur sanguine pectus.

141 ¶ Annibale Sagunthū vrbē Hispaniæ Romanis amicam
obsidēte, Mopsus Cretēsis fauens Saguntinis, vbi filios
vidit interfectos, tēperare sibi nō potuit, quin se præcipi-

taret e turri,& filiis comite daret. Vnde Syllius Lib.2.
Atq; pater gemino natorum funere Mopsus
Correptos arcus ter mœsta mouit ab ira,
Ter cecidit dextra,notas dolor abstulit artes.
Pœnitet heu sero dulces liquisse penates,
Arreptoq; auide quo concidis Icare saxo,
Postq̃ æuum senior,percussaq; pectora frustra
Sentit,& vt tantos compescat morte dolores
Nil opis in dextra, vastæ se culmine turris
Præcipitem iecit,moribundos explicat artus
Dum cadit,extremo Gortynius aduena bello.

142 ❡Phædrã Hippolyti nouercam furiæ Veneris vsq; adeo torruerunt,vt laqueo spiritũ sibi interceperit, q̃ priuigni (cuius amore æstuabat impatienter,& pruriebat) concubitũ nõ posset exorare. Moriens tñ scelerata mulier, literas reliquit, qbus Hippolytũ stupri arguebat, suęq; mortis vocabat autorẽ. Ausonius. Suasi quod potui, tu alios modo consule, Dic quos? Phædra,& Elisa tibi dẽt laqueũ aut gladiũ. Item. Respicit abiectas desperans Phædra tabellas. Hæc laqueum gerit. In Hippolitũ amor Phedræ.

143 ❡Athamas Rex Thebarum furiis agitatus. Learchum filium dedit morti. Propterea Ino Cadmi & Hermiones filia & eius vxor sibi times, cum altero filio Melicerta se in mare præcipitem dedit. Quos in deoꝝ indigitamenta poetæ retulerũt. Cyprianus. Melicertes & Leucothea pręcipitanť in maria,& fiunt postmodũ maris numina. Pamphilus in Eleg. Cur summis nequeo salebris Athamantis vt vxor, Triste sub Aeolia mergere corpus aqua? Ouidius in Ibin. Vt teneri nutrix eadem matertera Bacchi. Val. Fl. Lib.8. Attonito qualis pede prosilit Ino. In freta, nec parui meminit cõterrita nati. Aegidius Maserius homo egregie doctus cũ Zenodoto ait, Athamãta Euricliam filiam primum inde Learchum interfecisse, subterfugiente ,Ino vxore cũ Melicerta. Ouidius Lib.4. Meta. Seq; sup pontum nullo tardata timore. Mittit, onusq; suum. Melicerta. Aegidius Maserius.

144 ❡Phyllis Lycurgi Thracum regis filia ægreferens se

relictam & spretam à Demophoonte Thesei filio, quem vnice deperibat, & ab expeditione Troiana redeuntē hospitio exceperat, vitam laqueo præfocauit, in Amygdalū postea (vt fabulantur poetę) conuersa. Pamphilus Saxus. Exemplū tribuit mortis mihi nobile Phyllis, Pēdebat longa corpus inane trabe. Pontanus Lib. 3. de Stellis. Ac misera antè diem zona crudeliter vsa Phyllis ab inuiso pendet Rhodopeia trūco. Cremutius apud Pliniū autor est nunq̄ virere arborē, ex qua Phyllis se suspēderit. Mātuanus ad Melisam. Phyllida fecit amor vitā finire dolendo.

145 ¶ Aiax Telamonis filius ægreferens mortui Achillis arma (quæ supramodum appetebat) Vlyssi data fuisse, inuidia motus, & in rabiem conuersus mortem sibi intulit. Ouidius Lib. 13. Meta.

Hectora qui solus, qui ferrum, ignesq́, Iouemq́
Sustinuit toties, vnam non sustinet iram.
Inuictumq́ virum vicit dolor, arripit ensem,
Et meus hic certè est. An & hunc sibi poscit Vlysses?
Hoc ait vtendum est in me mihi, quiq́ cruore
Sæpe Phrygum maduit, domini nunc cæde madebit,
Ne quisq̄ Aiacem possit superare, nisi Aiax.
Dixit, & in pectus tum demum vulnera passum
Quà patuit ferro, lethalem condidit ensem.

146 Iphis puer liberali facie, quū Anaxaretē puellā incredibili amore prosequeret, neq; tn̄ readamaret ab ea, laqueo se suffocauit, atq; onus infelix elisa fauce pependit, inquit Ouidius Lib. 14. Demum quum celebrarentur exequiæ, puella mortui miserta se quoq; interfecit. Pontanus de Stellis Lib. 3. Substrinxit laqueo collū, atq; ad limen amatæ Iphis Anaxaretes immania fata peregit.

147 ¶ Auctolia Vlissis mater quum falso nuncio audiuisset filium apud Troiam occubuisse, laqueo vitam finiuit.

148 Amphion Iouis filius interfectis ab apolline quatuordecim liberis, seipsum gladio interemit. Ouidius in Ibin. Addidit vt fidicem miseris sua funera natis, Sic tibi sint vitæ tædia iusta tuæ.

149 Althea Thiestis filia quum audiuisset Meleagrum filium suis fratribus intulisse mortem, se præcipitauit, combusto prius fatali stipite, quo cremato Meleagrum ex fato periturum audiuerat.

150 ℭBritona nympha Cretẽsis quũ esset formosa, ꝑpetuoq; virginitatis voto, venationi vacaret ad vim & stuprum Minois regis declinandũ, se in aquas dedit præcipitem.

151 ℭBrotheus Vulcani filius propter oris deformitatẽ illusus, in rogũ desiluit, ibiq; vitam incẽdio finiuit. Ouidius in Ibin. Quodq; ferunt Brotheum fecisse cupidine mortis, Des tua succensæ membra cremenda pyræ.

152 ℭAeolus Rex ventoꝝ audito Canaces filiæ cũ Machareo fratre incestu, ad eam gladium misit, vt scelus voluntaria morte dilueret, & vlcisceretur. Quod illa fecit,

153 ℭCeyx Alcyones maritus, ad oraculum nauigans naufragium fecit, & obrutus est aquis. Quod indignanter ferens Alcyone, mortem mariti secuta, in mare se deturbauit, & in auẽ sui nominis mutata est. Ouidius in Ibin. Nec tibi sit tumidis melior Neptunus in Vndis, Quã cui sunt visæ frater & vxor aues.

154 ℭDeianyra Herculis vxor, audita mariti morte, superesse noluit, ac propterea dolore animi se peremit. Ouidius. Impia quid dubitas Deianyra mori?

155 ℭHesperie nympha Esacum Priami filium (à quo adamabatur) persequentem fugiens, morsu colubri in herba latentis interfecta fecit, vt Esacus ipse vitam sibi acerbam putauerit, & aquis se obruerit.

156 ℭErigone audita patris Icari morte, laqueo se suspendit: Ouidius in Ibin. Quodq; dolore necis patriæ pia filia fecit. Vincula per laquei fac quoq; guttur eat, Statius Lib. 5. Syluarum. Nec enim Marathonia virgo Parcius extinctum sæuorum crimine agrestum Fleuerat Icarium.

157 ℭEuenus ægre ferens Marpissam filiã ab Ida filio Apharei in certamine curuli superatam, ac propterea ex pacto nuptiis copulatam, se in Lycormam Aetoliæ fluuium demisit, cui & iposuit nomen. Autor Domitius Calderinus.

Vnde Ouidius in Ibin. Vtq; vel Euenus torrenti flumine mersus, Noia des rapidæ, vel Tyberinus aquæ. Ad hunc ferè modũ Plutarchus, Euenus (inquit) Martis & Stropæ filiꝰ, ex Alcippa Oenomai filia Marpissam suscepit filiã. Quã ab Aphareto in Chorea raptã insequẽs, dũ cõprehendere nõ posset, in Lycormã fluuiũ se præcipitauit.

158 ℭIuturna Dauni filia post interfectũ ab Aenea Turnum fratrẽ suũ, mœroris ĩpatiens, se dedit in aquas præcipitẽ.

159 ℭIlice Ibyci Lydii filia, dum amores Martis cõtẽneret, deo factum vlciscente in furorẽ versa, è scopulo se demisit. Ouidius in Ibin. Lydia se scopulis vt virgo misit ab altis, Dixerat inuito quæ mala verba deo.

160 ℭAthenienses dum mortui Herculis tutarentur liberos, quos insectabatur Eurystheus, ab oraculo acceperunt se ab Eurysthei liberatum iri incursatione, si quis è liberis Herculis semet inferis deuoueret. Quo audito Macaria eiusdem filia sese spontaneæ morti obtulit.

161 ℭAlcestis filia Perilai seipsam interfecit, vt vmbra sua cõtenti manes, ęgroto marito parceret. Seneca i Medea. Cõiugis fatũ redimẽs Pheræi. Vxor. Impendit aĩam marito.

162 ℭTyro mulier Thessala mortuo marito, sponte oppetiit mortem. Babtista pius Lib. 2. Eleg. Carmine cõspicua est Tyro Pagasæa puella, Quæ voluit ꝓprii fata subire viri.

163 ℭHercules ab Iole connubio reiectus, Oechaliam puellæ patriam diripuit. Dolore facti Iole, se præcipitẽ è muro dedit. Autor Plutarchus.

164 ℭCharandes Thyrius quum legem tulisset, ne quis armatus veniret in concionem, & tñ ipse rure veniens, præter spem aliter fecisset, monitus legis ab eo, qui proximè sedebat, vitã sponte reliquit, & gladio suo incubuit, quũ tamen culpam dissimulare potuisset, aut defendere.

165 ℭDe Amata Lauiniæ matre, quo modo, & quamobrem spiritum sibi laqueo interceperit, vide in eorum historia, qui suspendio & cruce vitam finiuerunt.

166 ℭQuum. L. Opimius Consul. C. Gracchum Agrarias leges contra autoritatem senatus ferre molientẽ sustulisset,

Herēnius Siculus(quo & aruſpice & amico vſus ſemper fuerat Gracchus)cōphenſus,dū in carcerē traheret,capite poſti carceris illiſo ſpiritū depoſuit. Autor Val. Max.

167 ¶ Coma latro frater Diogenis latronum ducis ad P. Rutilium ductus dum interrogaretur de genere belli à ſeruis & latronibus moti,capite in crura demiſſo, ſibi ipſi ſpiritum interclusit. Autor Val. Maxi.

¶ Parentes liberorum interfectores:

1 Idomeneus
2 Darius
3 Epaminondas
4 Manlius Torquatus
5 Brutus
6 Caſſius
7 Ageſilaus
8 Medea
9 Athamas
10 Tantalus
11 Leus Athenienſis
12 Agaue
13 Progne
14 Hippodamas
15 Althea
16 Aidona
17 Altaxerxes
18 Cambyſes
19 Conſtantinus magnus
20 Dioſcorus
21 Euriſthenis mr̄
22 Ptolemæus
23 Ptolemæus auletes
24 Deuteria
25 Apteras
26 Erictheus
27 Darius
28 Boges
29 Deiotarus
30 Mithridates
31 Antonius caracalla
32 Virginius
33 Herodes
34 Hippomenes
35 Embarus
36 Orchanius
37 Lenogildus
38 Lyſimachus
39 Aul⁹ poſthumi⁹ Tubero
40 Arpiages
41 Ethearchus

1 Idomeneus Deucalionis filius,& Cretēſium rex, quum vouiſſet ſe immolaturū eum qui primus Troia redeunti occurreret, filiam forte fortuna repertam immolauit.

2 ¶ Darius rex Perſarum Ariobarſanem filium interfecit, q̄ is Alex. promiſiſſet,ſe patri iſidiaturum, & mortem intentaturum. Plutar. in Pa.

4 ¶ Steſimbrotus ab Epaminonda patre Thebanoꝝ duce interfectus eſt,q̄ contra mandatū patris manū cum hoſti

bus Lacedæmoniis cōseruisset, quāuis parta victoria.

4 ¶ Manlius Torquatus itidem filium securi percussit, ꝙ in Samnites cōtra edictū pugnasset, quāuis hoste ꝓfligato ad suos victoriam retulisset. Vnde Virgilius Lib. 6. Sęuūq; securi Aspice Torquatum, & referentē signa Camillū.

5 ¶ Brutum à Romanis expulsum quum filius prodere voluisset, paterna cecidit manu: Autor Aristides Milesius apud Plutarchum.

Cassius. 6 ¶ Romanis in Latinos certantibus, Cassius signifer Crassum Brutum filium occidit, ꝙ is patrem prodere, & hostibus portas aperire voluisset. Autor. Plutar.

7 ¶ Persis Græciam infestantibus, Pausanias Lacedæmoniorū dux. 50. auri talēta (vt Spartam proderet) à Xerxe acceperat. Quod vbi resciuit Agesilaus pater, filiū in tēplo Palladis inclusum inedia cōsumpsit. idem Autor. Agesilaus.

8 ¶ Medea ab Iasone (quē hospitio susceperat, & modum rapiendi velleris docuerat) reiecta, filios ex eo susceptos Dyndimum & Thessandrū interfecit. Virg. Aegl. 8. Sęuus amor docuit natoꝝ sanguine matrē Cōmaculare manus. Idem in Culice. Quum cernā Colchida matrē Anxia sollicitis meditantem vulnera natis. Ouidius. Lib. 7. Meta. Vtroq; Sanguine natorum perfunditur impius ensis. Idē. Lib. 2. Eleg. Colchida respersam puerorum sanguine culpant. Idem Lib. 2. de arte. Coniugis admissum, violataq; iura mariti, Barbara per natos Phasias vlta suos. Propertius Lib. 3. Nam quid Medeæ referam, quo tempore matris Iram natorum cæde piauit amor. Stroza pater. Lb. I. Eroticon. Læsaq; natorū maculata est sanguine Colchis. Sabellicus. Hanc fama est fraterna cæde cruentam Magnanimum Aesonidem Colchis cum patre relictis. Per varios casus, per deuia regna secutam. Horatius in Arte, Ne pueros coram populo Medea trucidet.

9 ¶ Athamas rex Thebarum furore correptus, Learchum & Eurycleā liberos pro leonibus occidit. Ouidius Lib. 4. Meta. Deq; sinu matris ridentem & parua Learchū Brachia tendentem rapit, & bis terq; per auras More rotat fundæ,

fundæ, rigidoq; infantia ferro. Discutit ora ferox. Idem Lib.6.Fastorũ. Hinc agit furiis Athamas sub imagine falsa, Tuq; cadis patria parue Learche manu. Statius Lib.2. Syluarũ Toruus adhuc Athamas insanos flecteret arcus. Idem Lib.1. Theb. cui sumpserit arcus. Infelix Athamas. Claudianus Lib.1.in Ruffinũ.Hęc Athamātææ direxit spicula dextrę.Bap.Pius Li.1.Eleg. Qualis ad absumptũ per tela paterna Learchum, Desiluit lacrymis saucia facta parēs. Plinius quoq; Li.34.Cap.14 de hoc nōnihil meminit.

10 ¶Tantalus(qui in Phrygia regnauit)deis hospitio suscep tis,Pelopē filiũ coctum mēbratim comedēdũ apposuit, vt eorũ diuinitatē experiret.Seneca in Thyeste. Exceptus gladio paruulus ipio.Dũ currit patriũ natus ad osculum, Immatura focis victima cōcidit, Diuisusq; tua est Tātale dextera, Mensas vt strueres hospitibus deis. Itē Mantuanus Lib.1.De Cala.Temporum.Prætereo concisa sui qui corpora nati Diis epulanda dedit.

11 ¶Leus Atheniensis ab oraculo monitus, Athenas ipsas perituras, nisi tres filias immolaret, voluit oraculo parere,q̃ suis parcere.Volaterranus Autor.

12 ¶Agaue Thebana mulier Pentheum filiũ Bacchanalia despicantē, cũ cæteris Mænadibus interfecit.Virgilius in Culice.Quo quondā victa furore, Venit Nyctileũ fugiēs Cadmæis Agaue,Infandas scelerata manus, & cęde cruēta.Ouidius Lib.3.Meta.Prima suum misso violauit Penthea Thyrso Mater.Statius Lib.11. Theb. Penthea qualis Mater ad insani scandebat culmina montis, Promissum sæuo caput allatura Lyæo. Sidonius. Ipsa aũt nato occiso Pentheia mater,Amplius Vt furiat, nunqd væsana futura est? Vbi furiat ꝓ verbo neutro vsus est. Seneca in Thebaide.Egit sorores mater,& gaudens malo. Vibrante Thyrso prætulit fixum caput.Idem in Oedipode.Qualis attonita & furens,Cadmæa mater abstulit nato caput.

13 ¶Progne Pandionis filia ægreferens sororem suā Philomelam à Tereo marito fuisse stupratam, Itim filium eidē comedendũ apposuit.Ouidius Li.6,Meta.Tendentemq;

manus.& iam sua fata videntem, Et mater mr̄ clamātē, & colla petentem, Ense ferit progne, lateri quà pectus adhęret. Idem Lib. 2. Eleg. Atq; sua cæsum matre queruntur Itim. Idem Lib. 1. de Remedio. Nec dolor armasset cōtra sua viscera matrem, Quæ socii damno sanguinis vlta virum est. Sidonius. Siue prandia quis refert Thyestæ, Discerptum aut puerum, cibumq; factum.

14 ¶ Perimele puella vim & stuprum ab Acheloo passa, ab Hippodamante patre detestante facinus præcipitata est. Ouidius Lib. 8. Meta. Quod pater Hippodamas ęgre tulit, inq; ꝓfundū. Protulit è scopulo perituręq; corpora natę.

15 ¶ Althea ægre ferens fratres suos à Meleagro filio interfectos, fatalem combussit stipitem, de quo Parcæ prædixerant Meleagrum nō prius periturum, q̄ stipes ipse igni fuisset absumptus. Hoc itaq; modo natū emori fecit. Ouidius Lib. 1. Tristiū, Vtq; cremasse suum fertur sub stipite natum Testias, & melior matre fuisse soror.

16 ¶ Aidona vxor Zeti, Ithilū noctu iprudēs occidit, dū vnū ex filiis Amphionis (cui⁹ vxori iuidebat) iterficere vellet.

17 ¶ Artaxerxes Mnenon cognomento, Persarum rex, Darium filiū cū aliis interfecit, ꝙ ab eis insidiis peteret.

18 ¶ Cambyses Cyri filius Persarum rex, filium sagitta occidisse fertur, furore correptus, quo prius fratrem & grauidam sororem dederat morti.

19 ¶ Constantinus magnus Crispum filium cū Licinio sororis suæ marito incerta causa morti dedit. Sextus Aurelius ꝓdit hoc eum fecisse suasu Faustæ coniugis.

20 Dioscorus pater Beatæ Barbaræ filiam multis prius tormentis affectam, ad extremum supplicio capitis affecit, ꝙ ad Idololatriam flecti non posset.

21 ¶ Euristhenes quum male in bello pugnasset, ac propterea domui suæ ignominiam peperisset, inedia cōsumptus est à matre. Ouidius in Ibin. Obstrictusq; necem patiaris limine tecti, Vt legem pœnę cui dedit ipsa parens.

22 ¶ Ptolemæus Euergetes à suis ob crudelitatē regno pulsus, filiū quē ex Cleopatra sorore susceperat, i Cypro occi

dit, eiusq; caput & pedes mri ꝑ munere natalitio remisit.

23 ¶ Ptolemæus Auletes regno suo redonatus (quo ob flagitia fuerat eiectus) Cleopatram filiam & Archelaũ eius maritũ (quos Aegyptii in regnũ asciuerant) occidit.

24 ¶ Deuteria mulier timens ne filia sua (quam nubilem & formosam habebat) à Theodeberto rege corrumperet, eam in flumen præcipitauit apud Viridunum ciuitatem. Autor Gregorius Turoñ.

25 ¶ Apteras vetustissimus Græcorum Saturnus patrem castrauit, filios interemit, fratribus bella & ferrum intulit. Aninus in Berosum.

26 ¶ Erichtheus bellũ cum Euiloquio gerens, quũ ab oraculo accepisset futurã sibi victoriam, si filiam diis imolaret, paruit, & consensu Praxithæ vxoris puellam cecidit.

27 ¶ Darius quoq; Cymbrico bello profligatus, quum intellexisset se fore victorem, si Calphurniam filiam diis daret victimam, dedit, vt patriæ consuleret.

28 ¶ Boges Persa ab Atheniensibus obsessus, vbi nihil habuit cõmeatus in castris, liberos cum vxore primum, demum seipsum interfecit. Autor Herodotus.

29 ¶ Deiotarus cum multos suscepisset liberos, oẽs excepto tãtum vno iugulauit, vt qui superfuturus erat potentior fieret, & maiestatis augustioris. Autor Cælius.

30 ¶ Mithridates sanguinolentus ac crudelis in omnes fuit. Nam matrem, fratrem ac filios tres impuberes, ac totidẽ filias interfecit. Autor idem Cælius,

31 ¶ Antonius Caracalla Imperator Iuliam nouercam in vxorem duxit. cuius filium Getam nomine paulopost interfecit. Autor Aelius Spartianus.

32 ¶ Virginius filiam Virginiam Icilio desponsatam, spectãte populo & palàm interfecit, vt Appium Decemuirum (qui eam stuprare velut seruam tentauerat) in odium & inuidiam populi traheret. Quod & factum est, Namq; vt propter illatum Lucretiæ stuprum Romani reges defierunt, ita quoq; immoderata Appii libido finem fecit Decemuirorum magistratui. Autor Liuius. Syllius Lib. 13.

Virginia iuxta Crine cruētato vulnus ſub pectore ſeruat. Triſtitia deſenſi ferro monumenta pudoris.

33 ¶Herodes rex Iudeæ præter innocētium cædem, tres quoq; ex liberis ſibi ſuſpectos, Alexan. Ariſtobolum & Antipatrum morti dedit.

34 ¶Hippomenes Athenienſium princeps, filiam Limonē in adulterio deprehenſam, vnà cum equo feroci conclu/ſit, nec huic, nec illi cibum præbens. Equus igitur fame in rabiem actus, puellam deuorauit. Hinc ortum Adagium à Diogeniano poſitum magis impius Hippomene. Oui/dius in Ibin. Solaq; Limone pœnam ne ſenſerit illam, Et tua dente ferox viſcera carpat equus.

Prouerbiu. uide Erasmum in chil. 2. cent. 10. prouerb. 28.

35 ¶Pyreus inſula quũ maxima laboraret peſte, propter in/terfectũ ibidē ab Athenienſibus aprum Dianæ ſacrũ, con ſultum oraculum reſpondit, finē mali futurũ, ſi quis filiam immolaſſet numini. Vnus autē repertus eſt Embarus, qui filiam ſolenni ritu ornatam ſacrificauerit.

Embarus.

36 ¶Orchamus Leucotheam filiam ab Apolline ſtupratã, viuam defodit. Autor Domitius in Ibin. Ouidius item Lib, 4. Metamor. Ille ferox, immanſuetuſq; precantem, Tendentemq; manus, ad lumina ſolis, & ille. Vim tulit in/uitæ dicentem, defodit alta Crudus humo, tumulumq; ſu per grauis addit arenæ.

37 ¶Lenogildus rex Hiſpaniæ filiũ Hermogildũ, ꝙ à ſecta parentum abhorreret, ac Childeberti Francorum regis orthodoxi filiam duxiſſet in vxorem, morte affecit.

38 ¶Lyſimachus rex Pergami Agathoclem filiũ fortiſſimũ (cuius præcipua opera, multa bella fœliciter geſſerat) no uerca Arſinoe Ptolemęi ſorore inſtigāte, veneno ſuſtulit.

39 ¶Aulus Poſthumius Tubero filiũ ſecuri pcuſſit, ꝙ occa/ſiōe rei bñ gerēdæ, iniuſſus pugnã tētaſſet. Autor Liuius.

40 ¶Arpiages filiũ comedit. Ouidius ĩ Ibin. Vt puer Arpia/gæ, referas exēpla Thyeſtæ, Inq; tui ceſus viſcera pr̃is eas.

41 ¶Etearchus rex Cretæ ſuaſu ſecundæ vxoris, Phronymã filiam per negociatorem quendam nomine Themiſonē, ſubmergi fecit, Autor Herodotus,

Themiso.

¶Liberi parentum interfectores.

1 Alcmæon	11 Mithridates	22 Heraclius
2 Carnabas	12 Ioánes maria	23 Oedipus
3 Orestes	13 Agyrtes	24 Cyane Medulina
4 Nero	14 Telegonus	25 Filiæ Peliæ
5 Albanus	15 Oxias	26 L. Ostius
6 Antipater	16 Euander	27 Iulius mansuetus
7 Ninus Iunior	17 Polydice Nysa	28 Manfredus
8 Ptolemæus Philopator	18 Friscus	29 Nicomedes
9 Ptolemæus philo.	19 Guillermus	30 Fabricianus
10 P. Malleolus	20 Phraates	
	21 Syroches	

1 Alcmæon Eryphilem matrē interfecit, q̄ illa Amphiaraum patrē (qui in bello Thebano terræ hiatu absorptus est) Polinici prodidisset, accepto monili aureo. Virg. lib. 6. Aen. Mœstamq; Eryphilem, Crudelis nati monstrantem vulnera cernit.

2 ¶Perrheborum rex Triopas dum tyrannicè nimis imperaret, à Carnaba filio tantę feritatis impatiente occisus est. Autor Cælius.

3 ¶Orestes Clytemnestrā matrem interemit, in vltionem patris Agamenonis, quē à Troia redeūtē illa cū Aegysto adultero interfecerat. Ouidius Lib. 1. Eleg. Et vindex in matre, patris malus vltor Orestes, Ausus in arcanas posce re tela deas. Horatius Lib. 2. Sermonum. Nec ferro, vt demens genitricē occidit Orestes, Sidonius. Vel furibunda manus, raperet quū Taurica sacra Matricida pius. Val. Fl. Lib. 7. Argon. Turbidus vt pœnis, cæcisq; pauoribus ensem. Corripit, & sæuæ ferit agmina matris Orestes.

4 ¶Nero quum Agrippinam matrē facta sua exquirentem acerbius, & corrigentē grauaret, eam variis modis tentauit perdere. Primo veneno. Sed quū sentiret eā Antidotis

præmunitam,ſolutilem nauem(cuius vel naufragio, vel camerę ruina periret)cõmentus eſt, ſimulataq́ȝ amicitia, Baias euocauit. Quã nãdo euaſiſſe vt cõperit,inops con ſilii eam interfici iuſſit, quã prius ſtupro cõtaminauerat.

5 ℭAlbanus martyr Maguntinus patrẽ habuit,cui frequẽs erat cum filia inceſtus,ex quo & ipſe genitus fuerat. Vbi adultus originem ſuã ꝓbroſam didicit, parentes monuit, vt ab antiquo abſtinerent flagitio. Quod quum non fa- cerent,ambos nocte quadam in cõcubitu interfecit. Vide Catalogum ſanctorum.

6 ℭTrogus ſcribit Theſſalonicem ab Antipatro filio inter fectam,quũ,tñ vitam per vbera materna deprecaret, Idq́ȝ ꝙ Alexandro fratri magis,ꝙ̃ ſibi faueret.

7 ℭSemiramidem à Nino filio interemptam produnt, ꝙ eius concubitum & congreſſum optaſſet,quæ prius equi amore conflagrauerat.

8 ℭPtolemæus Euergetes à Ptolemæo filio iterfectus eſt, q ꝓpterea Philopator,id eſt pr̃is iterfector, vocari cœpit.

9 ℭPtolemæus filius Epiphanis matrem Cleopatram de- dit morti:Vnde & Philometor eadem ratione dictus eſt, qua præcedens Philopator.

10 ℭP.Malleolus teſte Liuio mr̃e interempta primus oĩum inſuto culeo, in mare præcipitatus eſt.

11 ℭMithridates Autore Cælio,tantæ fuit ĩpietatis,vt ma- trem,fratrem,filios tres,ac totidem filias interfecerit.

12 ℭIoannes maria Ioannis Galeatii filius, dux Mdiolani Catharinam matrem facta ſua acerbius obiurgantem,in turri concluſit,& ibidem emori fecit.

13 ℭOuidius Lib.5.Meta.ait Agyrtem fuiſſe quẽdam,qui patrem interfecerit. Regisq́ȝ Thoactes Armiger, & cæſo genitore infamis Agyrtes.

14 ℭRedeuntem Troia Vlyſſem Thelegonus filius vt igno tum occidit. Horatius Lib.3. Car. Decliue contempleris aruum,& Thelegoni iuga parricidæ.

15 ℭOzias Amos ꝓphetã patrẽ ſuũ vecte ꝑ tẽpora trãſfixit, ꝙ cõtra mãdatũ Hieroboã regis verbũ domini ꝓdicaret.

16 ℭAb Euandro quoq; occisum fuisse patrem quidā prodiderunt, vt scribit Cælius Lib.6. Lectionū Antiquarum.

17 ℭPolydice Pterelā patrē Thebarū regē Creonti ꝓdidit, & occidi fecit, vt Nysus à Minoe obsessus ꝓditione Scyllę filiæ crinē amisit fatalem, atq; ita interfectus est. Scylla.

18 ℭFriscus Actium Ferrariæ principem patrē suum in carcerem coniecit, atq; ibidem fecit emori, quum ob inductam nouercam, tum libidine dominandi.

19 ℭGuillermus Iacobini Carrariensis filius p̄rem occidit, ꝙ ab eo spurius fuisset appellatus.

20 ℭOrodes rex Parthoꝝ amisso filio Pacoro, qui in bello contra Ventidium occubuerat, in furorem ꝓpè versus, ab altero filio Phraate occisus est.

21 ℭCosroes rex Persaꝝ senio ꝯfect⁹, dū Medorsē filiū regni hrdē īstituisset, ab altero Siroche natu maiore īterfect⁹ ē.

22 ℭHeraclius Imp. Phocā p̄rem multis pri⁹ cōtumeliis affectū, postremo īterfecit, dominādi (vt credibile ē) libidine.

23 ℭOedipus cū Laio p̄re ignoto apud Phocidē cōgressus, ipsum nesciens interemit. Ouidius in Ibin. Nec plus aspicias, q̄ quē sua filia rexit, Expertus scelus est cui⁹ vterq; parēs. Seneca ī Thebaide. Genitorē adortus ipia straui nece.

24 Cyane puella p̄rem Cyanippū (quod ab eo per vim stuprata fuisset) gladio cōfodit. Medullina quoq; ab Armito patre ebrio violata, eidē mortē intulit. Plutarchus. Medullina

25 ℭPeliam senio cōfectū dū filiæ à Medea p̄suasæ vellent ad iuuentutē reuocare, lębeti feruenti īpositū occiderūt.

26 ℭPost Annibalis bellum. L. Ostius fert primus p̄rem occidisse. Autor Plutarchus in vita Romuli. L. Ostius.

27 ℭIulius Mansuetus ex Hispania rapaci legioni additus, impuberem filiū domi liquerat. Is mox inter septimanos à Galba conscriptus oblatum fortè patrē, & vulnere stratum dum semianimē scrutatur, agnitus cognoscensq; & exanguē amplexus, voce flebili p̄cabat placatos patris manes, ne se vt parricidam insectarentur. Cor. Tacitus.

28 ℭFredericus Imp. Panormum ꝓfectus Manfredi filii dolo interfectus est, quum annos. 32. rebus præfuisset.

29 ¶Nicomedes Prusiam patrem Bythyniæ regem dominandi libidine vita spoliauit.

30 ¶Fabricianus matrē Fabiā interfecit, ꝙ illa Fabiū Fabricianū maritū suū occidisset, vt liberiꝰ adulteriū cū Petronio adolescēte ꝯmitteret. Autor Dositheus apud Plutar.

¶Interfectores fratrum & sororum.

1 Etheocles Polynices
2 Medea
3 Tydeus
4 Polytes
5 Athila
6 Antiochus magnus
7 Aristobolus
8 Romulus
9 Theodericus
10 Fernandus
11 Helenus
12 Cayn
13 Memprícus
14 Cunedagius
15 Antonius
16 Cambyses
17 Canis grandis
18 Henricus
19 Pinus Ordelaphus
20 Ptolemæus philadelphus
21 Ptolemæus philosophus
22 Frācis. Gonzaga Lud. Gonzaga
23 Boleslaus
24 Ardieus
25 Mithridates
26 Alexius
27 Haldanus
28 Feugo
29 Starcatherus
30 Herminefredus
31 Dardanus
32 Belarex
33 Learchus
34 Typhon
35 Isis
36 Henricꝰ clericꝰ
37 Orodes
38 Ioram
39 Ioānes ponta.
40 Iugurtha
41 Aurelius
42 Oxilochus
43 Sisapho
44 Antiphus Crimenus
45 Rhesus
46 Caduidus
47 Commodus
48 Maximianus
49 Critolaus
50 Horatius
51 Cambyses
52 Polyphontes

1 Edipus rex Thebanū moriēs, filiis suis Etheocli & Polynici regnum alternis annis dimisit regēdum. Verū quum Etheocles maior natu peracto anno fratri cedere noluisset, moto propterea bello, contractisq; vtriusq; copiis ambo mutuis se vulneribus interfecerūt. Virgilius in Culice. Ac discordātes Cadmæo sanguine fratres, Iā truculēta

ferūt infestaq; lumina,corpus, Alter in alterius iamq; ad/
uersatus vterq;.Impia germani manat ꝓ sanguine dextra.
¶Medea cū Iasone fugiens ,Aegyaleū fratrē mēbratim
discerpsit, discerptū per agros passim proiecit, vt Aætem
patrē se persequentē in colligēdis filiis ossibus remorare/
tur.Ouidius in Ibin.Et tua sic latos spargant membra per
agros,Tanq̄ quæ patrias detinuere vias.Idem Lib.3.Tri/
stium. Dum quid agat quærit, dum versat in oia vultus,
Ad fratrē casu lumina flexa tulit.Cuius vt oblata est præ/
sentia,Vicimus iquit.Hic mihi morte sua causa salutis erit.
Protinus ignari nec quicq̄ tale timentis,Innocuū rigido
ꝑforat ense latus. Atq; ita diuellit,diuulsaq; membra per
agros.Dissipat,in multis inueniēda locis.Neu pater igno/
ret,scopulo proponit in Alto Pallentesq; manus,sangui/
neumq; caput.Idem in Epistola Hipsiphiles ad Iasonem.
Spargere quæ fratris potuit lacerata per agros, Corpora,
pignorib⁹ parceret illa meis.Sidonius. Sic torua Pelasgū
Colchis in Aplustri steterat trepidante marito,Absyrtum
sparsura patri,facturaq; cęsi Germani plus morte nephas,
dum funere pugnat, Et fratrem sibi tela facit. Sabellicus.
Hác fama est fraterna cæde cruētá Magnanimū Aesonidē
Colchis cum patre relictis, Per varios casus per deuia re/
gna secutam.

3 ¶Menalippus Oenei filius dū in syluis aprū Calydoniū
venaret,à Tydeo fratre iprudente occisus est Stati⁹Lib.2.
Theb.Pollutus placuit fraterno sanguine Tydeus.

4 ¶Polytes quoq; fuit quispiam,qui fratrem peremit.Sta/
tius Lib.7.The.Cesoq; infamis fratre Polytes

5 ¶Athila rex Pannoniæ reuersus è Gallia,Budam fratrē
(qui regnum occupauerat)de medio sustulit.

6 ¶Antiochus magnus Seleuci filius,mortuo patre fratrē
vita exuit vt solus principaret,& regno frueretur.

7 ¶Aristobolus rex Iudææ,Antigonū fratrē(quē prius re
gni cōsortē fecerat)falsò postea insimulatū iterfici iussit.

8 ¶Romulus quum ad extruendos vrbis muros,vallum
aratro duxisset,vetuissetq; ne quis illud trāsiliret, Remus

19 ℭPinus Ordelaphus Foroliuienſis, vt ſolus regnaret, Frá ciſcum fratrem trucidauit, eius liberis in exilium miſſis. Autor Volaterranus.

20 ℭPtolemæus Philadelphus Argeũ fratrem (à quo inſi-dias parari ſibi intellexerat) interfecit, & alteri fratri Ma-gæ nomine (qui Cyrenis imperabat) bellum intulit.

21 ℭPtolemæo Philopatori nõ ſatis fuit pr̃em interficere, niſi in fratrem quoq; & amicos gladio ſæuiret.

22 ℭFrãciſcus & Ludouicus Gongaza Vgolinũ fratrẽ ſimu lata amicitia ad cœnã inuitatũ adorti ſunt, & interfece-runt ſola ad facinus inuidia moti, ꝙ Guido Gonzaga pr̃ Mantuanoꝝ dux, ei ſoli principatum reliquiſſet. Ludouicus G. Guido G.

23 ℭBoleſlaus Vratiſlai Bohemoꝝ regis filius, fr̃em Vuen-ceſlaum æqtatis & religionis obſeruantiſſimũ, & Abeli iu ſto p ſimilẽ, interfecit, Draomitia matre ſceleris cõſcia.

24 ℭArdieus Pamphyliæ tyrãnus patrem ſenio confectum, & fratrem natu maiorem interfecit. Autor Plato. Lib. 10. de rep.

25 ℭIam diximus tantam in Mithridate rege Ponti fuiſſe feritatem. vt m̃rem, fratrem, & ſex liberos interfecerit. Autor Cælius Lib. 16. lectionum Antiquarum.

26 ℭIſacius Angelus Imper. ab Alexio fratre (quem à Tur-cis captum redemerat) p ſummum ſcelus, oculis, impio, & vita priuatus eſt.

27 ℭFrotho Danorum rex tres habuit liberos Haldanum, Roem, & Scatonem, Quibus mortuo pr̃e æqua inceſſit regnandi cupiditas. Quo factum eſt, vt Haldanus natu maximus duos iuniores interfecerit, & regnum parrici-dio ſuſceperit, Autor Saxo Grammati.

28 ℭFeugo quoq; Horuendilium Danorum regem fratrẽ ſuum inſidiis circũuenit, atq; vbi parricidio datus eſt lo-cus, cruenta manu funeſtam mentis libidinem ſatiauit, vt eo mortuo regnaret.

29 ℭIdem Saxo Lib. 6. hiſtoriæ Danicæ, meminit cuiuſdã Starcatheri, quẽ inuſitata fortitudine, viribuſq; ꝓdigioſis ait fuiſſe, vt qui nouem fratres Athletas ſimul pugnantes Starcatherus

interfecerit, decē & septem vulneribus acceptis, amissaq́ꝫ maiori viscerum parte.

30 ℭ Herminefredus Bertarium fratrem vi oppressit, Vt soli sibi trāquillius & securius apud Thoringos liceret regnare. Autor Grego. Turoñ.

31 ℭ Orta inter Dardanum & Iasium contentione, Dardanus superior fratrem peremit, adeò consortem nescit potestas, adeò rara est in necessarios charitas, vbi illa dominandi libido mentes hominum titillat.

32 ℭ Bela rex Pannoniæ, Polonoꝝ copiis īstructus. Andreā fratrē bello aggressus est, partaq́ꝫ victoria īterfecit victū.

33 ℭ Aliarchus Arcesilaum fratrem Cyrenæorū regē ægrotantem veneno potauit, & eo modo strangulauit. Learchus demum ab Eryxo Arcesilai vxore, lege Talionis interfectus est. Autor Herodo. in Melpo.

34 ℭ Typhon Aegyptius fratrē suū Osiridē peremit, inuidia accensus. Autores Berosus & Seneca de sacris Aegyptiorum. Diodorus item: Compertū est (inquit) Osiridē Aegypto iuste regnātē à Typhone fratre ipso ac nefario interemptum. Quem in sex & viginti partes dissectū, cuilibet eorum, qui tanti sceleris participes fuerāt, partē dedit, vt ipsos defensores custodesq́ꝫ regni fidos haberet.

35 ℭ Isis demum Osiridis fratris mortem vlta, Thyphonem alterum fratrem auxilio filii (qui Oros dicebatur) occidit. Annius in Berosum.

36 ℭ Henricus cognomento clericus Anglorū rex, Robertum fratrem hostem habuit quem in bello captum, oculis primum auulsis in carcerem detrusit, ac demum pędore & inedia ibidem emori fecit. Volaterranus.

37 ℭ Orodes Phraatis filius, Parthorum rex, Mithridatem secundum fratrem suum Babyloniæ obsedit, factaq́ꝫ deditione in conspectu oīum q̄uis supplicem interfecit. Deus te perdat. Ambitio. Quæ fratres armas in fratrū viscera, quæq́ꝫ. Securum à nato non finis esse patrem.

38 ℭ Ioram rex Iudææ suasu Athaliæ vxoris, fratres interfecit, & nullū sceleris gen⁹ omisit, à nullo abstinuit flagitio.

39 ¶ Ioannes Iudæ pontificis filius, quintus Hebræorum pontifex, fratrem Iesum nomine (quem affectatæ dignitatis habebat suspectum) morti dedit. Iesum

40 ¶ Iugurtha Manastabalis filius nothus, fratres suos Adherbalem & Hiempsalem Micipsę patrui sui filios, interfecit, vt solus Numydis imperaret. Autor Sallusti.

41 ¶ Friola Alphonsi Catholici filius rex Hispaniæ, ab Aurelio fratre iterfectus est, quum annos duodecim regnasset.

42 ¶ Leucon ab Oxilocho fratre rege Ponti interfectus est, quod cum eius vxore adulterii & incestus consuetudinem haberet. Ouidius in Ibin. Aut pia te cæso dicat adultera, sicut. Qua cecidit Leucon vindice, dicta pia est.

43 ¶ Mamertes quum Sisaphonis Corinthii fratris sui filios regnãdi libidine peremisset, ab ipso Sisaphone mẽbratim laceratus est. Ouidius in Ibin. Trũca geras sæuo mutilatis partibus ense, Qualia Mamertis membra fuisse ferunt.

44 ¶ Hesiodus poeta Ascręus noctu iugulatus est ab Antipho & Crimeno fratribus, non tamen opera dedita, sed per errorem, dum illi sororis suæ interfectorem esse putarent. Amphus Crimenus

45 ¶ Rhesus Maximi & Ameriæ filius, fratrem Simulum in venatione volens interfecit, ac propterea ei paterna domo interdictum est. Autor Aristides apud Plutar.

46 ¶ Anacharsis prius Scytha genere, dum Atheniensium leges apud suos itroducere conaret, vt prię cõsuleret, à Caduido fratre eius loci rege per liuorem sagitta confossus est. Caduidus

47 ¶ Lucilla. M. Antonii & Faustæ filia, à Commodo fratre, in quem coniurauerat, deprehensa, ab eodem interfecta est. Autor Herodianus.

48 ¶ Maximianus Diocletiani filius Artemiam sororẽ gladio percussit, quòd relicta Idololatriæ Hæresi, ad fidem se conuertisset.

49 ¶ Critolaus Tegeates sororẽ interfecit, quod sibi è victoria redeũti non gratularet, quum tamen cæteri omnes ei applauderent. Autor Demarathus apud Plutarchum.

50 ¶ Primus apud Romanos Horatius ob sororẽ iterfectam perduellionis reus factus est, dein absolutus. Autor Liuius. Horatius

51 ¶Cambyses sororē interfecit, ꝙ illa Smerdis fratris sui à patre occisi mortē lugeret velut inultā. Autor Herodotꝰ.

25 ¶Polyphontes rex fratrē interfecit, ꝙ ab eo insidias & mortē parari sibi itellexisset. Autor Gellius. Lib.4. Cap.3.

¶Mulieres quæ maritos occiderunt.

1 Clytemnestra	6 Laodice	11 Semiramis
2 Belides	7 Lucilla	12 Ioanna
3 Albina	8 Cyrce	13 Fabia
4 Thebe	9 Vxor Gandul.	14 Agrippina
5 Rosimunda	10 Vxor Galeoti	15 Vxor Spitamēis



1 REdeuntem ab expeditione Troiana Agamēnonem, Clytēnestra vxor interfecit auxiliante Aegysto, quo cū stupri cōsuetudinem habebat. Virgilius Lib.11. Aen. Ipse Myceneus magnoꝝ ductor Achiuum Coniugis (infandum) prima intrà limina, dextra, Oppetiit, deuicta Asia subsedit adulter. Seneca in Agamenone. Rex ille regum, ductor Agamenon ducum. Cuius secutæ mille vexillum rates, Iliaca velis maria texerunt suis, Post dena Phœbi lustra deuicto Ilio, Adest daturus coniugi iugulum suæ. Idem alibi. Adest cruenta coniugis victrix sui.

2 ¶Danaus Beli filius quinquaginta habuit filias, quæ totidem Aegisti filiis nupserunt, factaq; simul coniuratione omnes maritos nocte vna interfecerunt, præter Hypermestram, quæ Lynceo viro pepercit. Seneca. in Hercule Furente. Nunc nunc cruentę regis Aegisti nurus Adeste, multo sanguine infectæ manus. Ouidius Lib.1. de Arte. Quæq; patrare necē miseris patribus ausę Belides. Hora. Lib.3. Car. Impiæ sponsos potuere duro Perdere ferro, Pamphilus. Et nunq̄ captas captabunt Belides vndas, Turba maritali perniciosa nece.

3 ¶Scribit Volaterranus Albinam quandā Syriæ regis filiam duas & triginta habuisse sorores, quæ totidem mari

tos interfecerũt, expulsaq; ꝓpterea à patre venisse in Britãniam & à noīe Albinæ insulam vocasse Albionem. Albion.insula

4 ¶Alexander Pheræus Thessaliæ tyrannus quum vxorē Theben cuidam barbaro nudam pleriũq; ostendisset, ab eadem factum ægreferente, dormiens iugulatus est, Ouidius in Ibin. Inq; tuo thalamo iuguleris more Pheræi, Qui datus est Letho coniugis ense suæ.

5 ¶Albionis rex longobardorum Cunimundo Gepidoꝝ rege interfecto, eius filiã nomine Rosimundam sibi copulauit, Cui quum aliquando inter pocula, patris Caluaria per iocum propinasset, irata puella non prius machinari destitit, q̄ eum curauerit interficiendum. Quo mortuo alium maritum Helmigem nomine sibi copulauit, quem postea veneno suffocauit.

6 ¶Antiochus Deus cognomēto rex Syriæ, ab vxore Laodice veneno interfectus est, ob inductam alteram Berenicē Ptolemæi sororem. Laodice

7 ¶Antonius verus Impator periit veneno à Lucilla vxore ꝓpinato, ob Fabię ꝯsuetudinē, ad quã frequēter itabat. Lucilla.

8 ¶Cyrce venefica mulier Sarmatarum regem (cui nupserat) veneno itidem fertur occidisse, arreptoq; regno subditos multum oppressisse.

9 ¶Gandulphus (qui in Burgundia pro fide martyrium passus est) dum vxorem adulterii insimularet, eiusdem opera ab adultero interfectus est.

10 ¶Galeotus Foroliuii princeps Ioannis Bentiuolii filiam duxit in vxorem. A quo dum sperneretur puella simulata ægritudine sicarios subornauit medicos, qui eum adorti in cubiculo confoderunt.

11 ¶Semiramis quũ à marito Nino impetrasset, vt diē modo viuum in regio sederet tribunali, obiretq; regium munus iuri dicundo, sanciendoq; quæ viderent, exploratis satellitum animis Ninum ipsum apprehendi iussit, & in vinc ula coniici, ac postremò iterimi. Autor Cælius.

12 ¶Andreas fili⁹ Caroli Pãnonię regis à Ioãna vxore regina Siciliæ iterfectus est, ꝙ ignau⁹ & regno iutilis videret. Ioanna.

13 ℂFabia mulier Fabiū Faberianū interfecit, vt liberius posset lasciuire cū Petronio Valentino liberali forma adolescentulo, quo cum adulterii consuetudinem habebat.

14 ℂAgrippina Tiberium Claudium principem maritū suū veneno sustulit. Autor Plinius Lib. xxxii. Cap. 22.

15 ℂCurtius Lib. vii. ait Barbarū quendā Spitamenē somno & vio sepultū, ab vxore ī castris Alexādri fuisse īterfectū.

ℂViri vxorum interfectores.

1 Cephalus.
2 Nero
3 Chilpericus
4 Constantinus
5 Mithridates
6 Egnatius
7 M. Cæcilius
8 Periander
9 Dacianus

1 PRocris mulier existimās Cephalum maritum alteram deperire puellam, eundem in syluas pfectū secuta est, vt obseruaret quid faceret. Quum ergo in dumis delitesceret, ac vepres cōcuteret, Cephalus opinatus esse feram, sagittis eam confodit. Ouid. Lib. vii. Meta.

Fronde leuem rursus strepitum faciente caduca
Sum ratus esse feram, telumq; volatile misi.
Procris erat, medioq; tenens in pectore vulnus,
Hei mihi conclamat. Vox est vbi cognita fidæ
Coniugis, ad vocem præceps amensq; cucurri:
Seminaminem & sparsas fœdantem sanguine vestes,
Et sua (me miserum) de vulnere dona trahentem,
Inuenio &c. Adagium est apud Erasmum, Procridis telū, De certis Iaculatoribus, aut ictu ex sententia iacto.

2 ℂNero Sabinam Poppeam vxorem calcis ictu, quamuis prægnantem interfecit, nulla impellēte causa sed sola bile & iracundia motus. Autor Cor. Tacitus Lib. xvii.

3 ℂChilpericus Clotharii filius, Glosindam vxorem Athanagildi Gotorum regis filiam suasu Fredegundæ pellicis noctu iugulauit.

4 ℂConstantinus Imperator Constantii & Helenæ filius, vxorem

vxorẽ suã Faustã (cui⁹ suasu Crispũ filiũ prius ĩterfecerat) in balneas ardẽtes cõiectã interemit. Autor Sex. Aureli⁹.

5 ¶ Mithridates rex Ponti vxorem Laodicem (qua mortua Hipsicrateam duxit) cum sorore, matre, fratribus, ac liberis interfecit. Autor Herodo.

6 ¶ Plinius lib. xiiii. Scribit Egnatii Metentini vxorem ꝙ vinum bibisset e dolio, interfectam fuste à marito, eumq; cædis à Romulo absolutum.

7 M. Cæcilius apud eundem Pliniũ Lib. xxvii. accusat Calphurniũ Bestiã, ꝙ dormiẽtes vxores veneno peremerit.

8 ¶ Mirat̃ Sabellicus, nec sane mirum ꝙ miret̃ Periandrum Corinthium inter eos numeratũ, quos Græcia sapientes appellauit, qui Lysidem vxorẽ (alii Melitam scribunt) in pellicis gratiã interfecerit, sciens volensq; cũ Cratea m̃re concubuerit, filium relegauerit, & Corcyrentium natos Aliatti excæcandos præbuerit, vt docet Herodotus. Periander Corinthius.

9 Dacianus præses Alexandriam vxorem à beato Georgio ad fidem conuersam suspendi fecit & interfici.

¶ Alii Parricidæ.

1 Amulius	11 Childebertus	20 Aegystus
2 Artabanus	12 Cõstãtinus magnus	21 Perseus
3 Childebertus	13 Eduardus	22 Draomitia
4 Sigisbertus	14 Nuceria	23 Io. Galeatius
5 Egebertus	15 Martina	24 Caligula
6 Mamertes	16 Hippodamia	25 N. Ioannes alber. ne.
7 Aurelianus	17 Pto. Auletes	26 Domitianus
8 Moses	18 Val. Bestius	27 Tydeus
9 Atreus	19 Polymnestor	
10 Pygmalion		

1 
Roca rex Albanoꝝ duos habuit filios Amulium & Numitorẽ, quibus regnum alternis annis dimisit regẽdũ. Quũ aũt prior Amuli⁹ regnasset, peracto anno fratri cedere noluit. Quinetiã Lausum eius filium interemit; & Iliam eius sororem (ne qua inde manaret proles, quæ facinus vlcisceretur) iter Vestales inclusit. Ouidius Lib. iiii. Proca Amulius. Lausus.

Fastorum. Quem sequit̃ duri Numitor Germanus Amu/li, Ilia cum Lauso de Numitore sati. Ense cadit patrui Lausus, placet Ilia Marti.

2 ℭXerxes ob res infœliciter in Græcia gestas, adeò inter suos euiluit, vt Artabanus, spem nactus occupãdi regni, eum in regia interfecerit. Autor Trogus.

3 ℭChildebertus Clodouei primi filius fratris sui Clodomyri filios pupillos & clientes suos ad se venire iussos interfecit, vt eoꝝ patrimonio potiretur.

4 ℭSigisbertus Clotarii filius bellum cum Chilperico gessit, in quo Theodebertum eius filium post alia multa crudelitatis exempla interfecit.

5 ℭEgebertus Sycoberti filius rex Angloꝝ, fratris filios (quos p̃re mortuo educabat) impuberes occidit.

6 Mamertes Corinthius filios f̃ris sui Sisaphonis regnandi libidine iterficit, maximo suo malo. Nã vbi Sisapho factũ rescivit, eũ mẽbratim discerpsit. Autor Ouidius in Ibin.

7 ℭSextus Aurelius scribit Aurelianũ Imperatorẽ sæuum fuisse & sanguinariũ, vt q sororis suæ filiũ interfecerit.

8 ℭOrchanes rex TurcaꝝCelapini fili⁹, à Mose patruo (cuius fidei se pupillũ ꝯmiserat) iterfect⁹ est, & regno spoliat⁹.

9 ℭThyestes Pelopis & Hippodamiæ filius, Europam seu Aeropen fratris sui Atrei vxorem stuprauit, & ex ea duos suscepit liberos, Tantalũ & Plysthenem, quos Atreus ipse interfecit, interfectos fratri comedẽdos apposuit. Seneca. Tantalus prima hostia est. Tunc ille ad aras Plysthenem sæuus trahit, Adicitq; fratri, colla percussa amputat. Item apud eundẽ Atreus sic loquit̃. Ferro vulnera impresso dedi. Cecidi ad aras, cæde votiua focos. Placaui & artus corpora exanima amputãs. In parua carpsi frusta, & hæc feruentibus Demersi ahenis, illa lentis ignibus Stillare iussi, membra neruosq; abscidi Viuentibus, gracilisq; traiecto veru Mugire fibras vidi.

10 ℭPygmalion rex Tyri & frater Didonis, quũ esset auri cupidissimus, Sichæũ sororis suę maritũ agri iter Phœnicas ditissimũ interfecit: vt mortui diuitias arriperet. Virg.

li. 1. Aene. Ille Sichæũ ipius antè aras, atq; auri cęcus amo-
re Clam ferro, incautũ superat, securus amorũ Germanæ.

11 ℭ Childebertus Clodouei filius in Almarichũ Gothorũ regem sororis suæ Clotildis maritũ bellũ mouit, ac victũ victor obtrũcauit, q Clotildẽ ipsam iurgiis & verberibus ꝑpter cultum Orthodoxæ fidei quotidie incesseret.

12 ℭ Constantinus magnus Licinium sororis suæ maritum pugna sæpius oppressum, & tandem apud Nicomediam victum interfici iussit.

13 ℭ Eduardus secundus rex Anglorum venatu rediens ab Alfrida nouerca venenato poculo interfectus est. Volebat enim scelerata mulier Eceldredum filium suum septẽnem principari,

14 ℭ Nuceria vxor Hebii, quum Firmum Priuignum maligno prosequeretur odio, filios suos ad inferendã ei mortem incendebat. Quod quum illi facere per pietatem abnuerent, dormiẽtem gladio adorta est. Autor Dositheus apud Plutarchum.

15 ℭ Constantinus Heraclii filius quum annum vnum imperasset, Martinæ nouercæ laborantis filium imperare, veneno interfectus est.

16 ℭ Pelops Tantali filius ex Hippodamia, duos suscepit liberos Atreum & Thyestem. Ex Danide puella Crysippũ patri cæteris chariorem. Quem quum nouerca Hippodamia odio prosequeretur, eius cruore manus impias contaminauit. Dositheus apud Plutar. testis.

17 ℭ Ptolemæus Auletes à Romanis regno Aegypti redonatus, quo ꝑpter flagitia eiectus fuerat, Archelai Cappadociæ regis filium sororis suæ Cleopatræ maritũ (quem Aegyptii regẽ sibi delegerãt) vnà cũ sorore interfecit.

18 ℭ Spoliante Campanos Annibale. L. Imbricus filium Rusciũ cum magno auri pondere, Valerio Bestio genero suo seruandum commisit. Quem tamen Valerius auaritia stimulante obtruncauit, vt auro potiret.

19 ℭ Eadẽ causa Polymestor rex Thraciæ Polidorũ Priami soceri sui filium iugulauit, Mantuanus Lib. 1. de Cala.

Temporum. Hæc Priami natum cui longa pepercêrat ira Martis, & à patria procul obsidione latentem Threicio iuuenem innocuum mucrone peremit. Ah scelus, ah dirũ facinus, multoq; piandum sanguine. Primęuæ imberbem sub flore iuuentæ, Ignarumq; doli puerum, nil tale verẽtem Perfidus obtruncat. Virg. Lib. 3. Aen. Hunc Polydorũ auri quondam cum pondere magno. Infœlix Priamus furtim mandarat alendum, Threicio regi. Demum subiũgit. Fas omne abrumpit, Polydorum obtruncat, & auro vi potitur.

20 Aegystus Thyestæ filius Atreum patruum suum adultus interfecit, mortemq; Plysthenis & Tantali fratrum suorũ ab ipso Atreo interfectorum vltus est.

21 ¶ Acrisius Abantis filius quum ab oraculo accepisset se eius manu periturum, qui ex Danae filia nasceretur, natum postea ex ea Perseum iussit exponi & submergi. Cõpertus tamen in litore Perseus, à piscatore quodam nutritus est. Inde vbi adoleuit, suamq; resciuit originem, Acrisium ipsum interfecit.

22 ¶ Draomitia Bohemorum regina Ludimillam socrum Religionis obseruantissimam interfici iussit. Cuius suasu Boleslaus filius Vuenceslaum fratrẽ iam interfecerat. Autor Volater.

23 ¶ Io. Galeatius Barnabam socerum Mediolani ducem p proditionem cepit, coniectumq; in carcerẽ mori coegit. Vt eo mortuo principatum arriperet.

24 ¶ Tiberius Nero Caligulę nepotis ĩperandi libidine cõflagrãtis, astu & dolo piit, anno ætatis. 78. Impii vero. 23.

25 ¶ Albertus Imp. dux Austriæ. & filius Rodulphi imperatoris, dum suasu Bonifacii Pont. exercitũ pararet in Gallos, à Ioanne fratris sui filio interfectus est.

26 ¶ Domitianus autore Tranquillo Flauium Clementem patruelem suum (cuius filios etiam paruulos successores palàm destinauerat) interfecit.

27 ¶ Tydeus Oenei filius Alcatum & Lycothæum nepotes apud Calydonem interfecit, ac demũ Argos aufugit.

Submerſi aquis.

1 Hylas
2 Orontes
3 Leucaſpis
4 Palinurus
5 Aeſacus
6 Tyberinus
7 Anna
8 Helle
9 Icarus
10 Læander
11 Cærelia
12 Aegeus
Sappho
13 Pharao
14 Ino
Melicerta
15 Cæſari⁹ Apher
Iulianus pre/ſbyter
16 Eupolis
17 Cl. Marcellus
18 Milo
19 Menander
20 Miſenus
21 Myrtilus
22 Terentius
23 Aeneas
24 Decius
25 Argyropylus
26 Edimundus
27 Aſtorgius
28 Britona
29 Cæyx
Alcyone
30 Sigiſmundus
31 Sforria Attēdul⁹
32 Federic⁹ ꝑnoba
33 Lycas
34 Iordanes Mo/na.
35 Phronyma
36 P. Malleolus
Galeatius
Euneus
37 Marullus
38 Pœtus
39 Argynus
40 Quintianus
41 Martyres non/nulli
42 Roxana

1 Hylas Thyodamãtis filius cum Hercule (cuius erat amaſius) reliq́ſq; Argonautis Colchos nauigans, dum aquam vellet haurire, vrnæ pondere ſubmerſus eſt, multiſq; clamoribus ab ipſo Hercule, ſed fruſtra acclamatus. Virg. Aegloga. 6. His adiungit Hylam, nautæ quo fonte relictũ Clamaſſent, quum litus Hyla Hyla omne ſonaret. Iuue. Et multum quæſitus Hylas, vrnamq́; ſecutus. Item Mantuanus de fortuna Gonzagæ. Quid fruſtra Alcides, puerũ per litora & vndas. Quæris Hylam, dum te inſano clamore fatigas, Ille inter dulces vitreo ſub gurgite nymphas Dormit, & affectus ridet mens libera noſtros. Fabulantur poetæ eum à Nymphis ob formam excellentem raptum. Propertius Lib. 2. Hylas Herculis amasius.

Tandem haurire parat demiſſis flumina palmis.
Innixus dextro plena trahens humero.
Cuius vt accenſæ Dryades candore puellæ,

Miratæ solitos destituere choros,
Prolapsum leuiter facili traxere liquore.
Tum sonitum rapto corpore fecit Hylas.
Cui procul Alcides iterat responsa, sed illi
Nomen ab extremis fontibus aura refert. ¶ Ausonius.
Aspice quam blandæ necis ambitione fruatur.
Lethifera experiens gaudia pulcher Hylas,
Oscula & infestos inter moriturus amores,
Ancipites patiť Nayadas Eumėidas. ¶ Bap. Pi. li. i. Eleg.
Non tantum geminatus Hylas Tyrinthius, vrnam
Thynniacis quondam forte secutus aquis.

2 ¶ Orontes Troia diruta cum Aenea in Italiam nauigans, naufragium fecit. Virg. Lib. 1. Aeneidos. Vnā, quæ Lycios, fidumq; vehebat Orontem, Ipsius antè oculos ingens à vertice pontus. In puppim ferit, excutiť, pronusq; magister. Voluitur in caput, Ast illam ter fluctus ibidē Torquet agens circū, & rapidus vorat æquore vortex.

3 ¶ Leucaspis quoq; eadem procella obrutus est, eo dē Virgilio teste, qui Lib. 6. Aene. inquit. Cernit ibi mœstos, & mortis honore carentes Leucaspim, & Lyciæ ductorem classis Orontem. Quos simul à Troia ventosa p æquora vectos. Obruit Auster aqua, inuoluens nauemq; virosq;.

4 ¶ Palinurus gubernator nauis Aeneæ, dum obrepente somno dormitaret, incautus decidit in mare. Neq; tñ tunc primū submersus est. Sed quū portui (qui Velinus postea dictus est) adnaret, ab incolis pro belua marina obrutus est. Virgi. in fine quinti Aene. O nimium cœlo & pelago confise sereno, Nudus in ignota Palinure iacebis arena. Idē in sexto, Ecce gubernator sese Palinurus agebat, Qui Lybico nup cursu (dū sydera seruat.) Exciderat puppi me diis effusus ī vndis. Oui. in Ibin. Aut vbi vētosum superis naufragus ęquor, Cōtacta pareas, vt Palinurus humo.

5 ¶ Aesacus Priami filius ægreferens Hesperiem puellam (quā fugientē insequebať) morsu colubri in herba latentis fuisse interfectam, in aquas se demisit, mutatus postea ī Mergū, vt poetæ fabulanť. Ouidius Lib. 11. Meta. Dixit,

Æsacus in mergum.

Et e scopulo (quem rauca subederat vnda.) Decidit in pontum.

6 ¶ Iam diximus Tyberinum regē se in Tyberim præcipitasse, & fluuio (qui prius Albula dicebat) nomen imposuisse. Ouidius in Ibin. Vtq; vel Euenus torrenti flumine mersus. Nomina des rapidæ vel Tyberinus aquæ. Idem Lib. 14. Sed Capys ante fuit, Regnum Tyberinus ab illis Cepit, & i Thusci demersus fluminis vndis, Nomina fecit aquæ. Idem Lib. 4. Fasto. Accipimus regnum, post hunc Tyberinus ab illo. Dicit in Thuscæ gurgite mersus aquæ. Tyberinus (inquit Lactātius) vel Tyberis amni mersus ē.

7 ¶ Anna soror Didonis se in Numitium fluuium demisit. Causam mortis vide in eorum historia qui se occiderunt. Ouidius Lib. 3. Fastoꝝ. Corniger hanc tumidis rapuisse Numitius vndis. Creditur, & stagnis occuluisse suis.

8 ¶ Helle filia Athamantis regis Thebarum, insidias nouercæ cum Phryxo fratre fugiens, arietem aurei velleris conscendit, vt eo modo Colchos veheretur. Quos quū per mare ferret aries, contigit vt Helle puella perterrita in pontum caderet, & Hellesponto imponeret nomen. Ouidius Lib. 4. Fast. dicitur infirma cornu tenuisse sinistra Fœmina, quum de se nomina fecit aquæ. Pene simul periit, quum vult succurrere lapsæ Frater, & extentas porrigit vsq; manus. Idem in Epistolis Heroidum. Forsitan ad pontum mater pia venerit Helles, Mersaq; turbatis na ta fleatur aquis. Aut mare ab inuiso priuignę nomine dictum. Vexat in æquoream versa nouerca deam. Item. Hac Helle periit, hac ego lędor aqua. Val. Flaccus Lib. 1. Argo. Quis tibi Phryxe dolor, rapido quum concitus æstu. Respiceres miseræ clamantia virginis ora, Extremasq; manus, sparsosq; per æquora crines? Seneca in Troade. Questus est Hellē cecidisse Phryxus, Quum gregis ductor radiante villo Aureo fratrem simul & sororem. Sustulit tergo, medioq; iactū. Fecit in ponto. Propertius Lib. 1. Qualem purpureis agitatam fluctibus Hellem, Aurea quam molli tergore vexit ouis.

Tyberin[us] Albula

Item Liuius ... 1. lib. ... ab urbe cond.

Hellespontus ...

9 ¶Icarus Dædali filius à Creta cũ prẽ fugiens, fretus alarum (quas fecerat pr̃) fiducia, dum altius in auras euolaret, liquefactis à Sole pẽnis cæreis in mare cecidit, quod ab ei⁹ ruina Icariũ cœpit dici. Seneca in Hercule Oetheo. Sed dum volucres vincere veras Icarus audet, patriasq́ꝫ puer despicit alas, Phœboq́ꝫ volat proximus ipsi, Dedit ignoto nomina ponto. Ouidius: Lib. 1. Tristiũ. Dum petit infirmis nimiũ sublimia pẽnis Icarus, Icareis nomina fecit aquis. Idẽ Lib. 8. Meta. Oraq́ꝫ cœrulea patriũ clamantia nomen. Excipiunt aqua, quæ nomen traxit ab illo.

10 ¶Læander speciosus puer ex Abydo, quũ in Sestõ vrbẽ nõ multũ remotam nauigaret ad amasiã suam Ero noĩe, tẽpestate suborta periclitatus est. Ouidius Lib. 3. Tristiũ. Si tibi tale fretum quondã Læandre fuisset, Non foret angustæ mors tua crimen aquæ. Stroza pr̃ Lib. 1. Eroticon. Iamq́ꝫ procelloso positurus in æquore vitã, Hei mihi cõgeminat, Sesta puella vale. Sesta puella vale clamabat, & ecce loquẽtem Præruptus vastæ supprimit agger aquæ. Mantuanus ad Helisam. Quis natat inflatũ piceis aquilonibus æquor, Naufragus iratis inter Delphinas in vndis? Est Læander. Amor iuuenẽ sic ire coegit. Martialis Lib. 1. Quum peteret dulces audax Læandrus amores, Et fessus tumidis iam premeret aquis, Sic miser instãtes effatus dicit vndas, Parcite dum ꝑpero, mergite dum redeo.

11 ¶Cærelia mulier dum Baias nauigaret aquis obruta est. Martialis Lib. 1. Dum petit à Baulis mater Cærelia Baias, Occidit insani crimine mersa freti.

12 ¶Aegeus Thesei pr̃ se submersit. Causam vide in præcedenti capite. ¶Sappho quoq́ꝫ è Leucade Epiri promontorio se præcipitauit. Statius Lib. 5. Syl. Saltusq́ꝫ ingressa viriles. Non formidata temeraria Leucade Sappho.

13 ¶Pharao rex Aegypti dum Israelitas persequeret, mare rubrũ virga Moysis diuisum ingressus, cum toto exercitu periit & submersus est. Policianus in Nutricia, Vt rubra sicco pede transiit vndas, Demerso insignem cecinit Pharaone triumphum.

14 ℭ Ino vxor Athamantis se cum Melicerta filio demersit. Ratio iam posita Val. Flac. Lib. 8. Argon. Attonito qualis pede prosilit Ino. In freta, nec parui meminit conterrita nati. De Melicerta seu Palæmone Statius Lib. 2. Syl. Talis Isthmiacos ploratus ab æquore portus Naufragus impositа iacuit sub matre Palæmon.

15 ℭ Cæsarius Apher genere, & Iulian⁹ p̄sbyter apud Terracinā sub Claudio ī mare p̄cipitati sunt Calēdis Nouēbris.

16 ℭ Eupolis Atheniēsis poeta Comœdiographus nauigās in Hellespontum, quo tempore Lacedæmones opprimebantur bello, naufragio periit.

17 ℭ Claudius Marcellus missus ad Masanissam ī Aphricā, periit naufragio paulò ante tertium bellū Punicū. Autor Liuius. Cicero in oratione ad Pisonem. Marcus Marcellus inquit, qui ter fuit consul, summa virtute, pietate, gloria militari periit in mari.

18 ℭ Milo Tyrannus Pisæ quum subditos multis afficeret tormentis & cruciatibus, ab eisdem in mare demersus est. Oui. in Ibin. Vtq; Milo, sub quo cruciata est Pisa Tyranno. Viuus in occultas præcipiteris aquas.

19 ℭ Menander Græcus poeta Comœdiographus, dum in exiguo nataret fluuio, ibidem submersus est. Ouidius in Ibin. Comicus vt liquidis periit (dum nabat) in vndis, Et tua sic Stygius strangulet ora liquor.

20 ℭ Misenus Aeneæ tubicē, dum Tritonem deum marinū ad Tubæ certamen irritasset, ab eodē in mare deturbatus est. Virgilius Lib. 6. Aene. Quí tum fortè caua dum personat æquora concha, Aemulus exceptum Triton (si credere dignū est.) Inter saxa virū spumosa immerserat vnda.

21 Oenomaus ab oraculo monitus se tunc periturnm: quum Hippodamia nuberet, procis eā petentibus certamen p̄posuit: vt cū puella cursu cōtenderet, quæ p̄pter Harpynnæ & Psyllæ equoꝝ celeritatem videbat̄ insuperabilis. Conuenerat autē: vt victi interficerent̄, victores eam sibi haberent. Quum ergo Pelops puellam deperiret, eius aurigā Myrtilum, largitione corrupit. Quē p̄pterea Oenomaus

item ouid. in 4 art.

Iulianus

Pelops

in mare (quod ab eo Myrtoum dictum est) demersit. Alii volũt Myrtilũ ab ipso Pelope præcipitatũ, dum suæ ꝑditionis mercedē peteret. Ouidius in Ibin. Proditor vt seui periitq; auriga tyranni, Qui noua Myrtoæ nomina fecit aquę. Seneca in Thyeste. Proditus occidit. Deceptor dominæ Myrtilus, & fide. Vectus qua tulerat, nobile reddidit. Mutato pelagus nomine.

22 ¶ De publio Terētio poeta Comœdiographo & Theoxena muliere, vide Historiam præcedentem.

23 ¶ Licet Virgilius dicat Turnũ ab Aenea interfectum, sunt tñ argumēta quę inficiant, immò verò Aeneam à Turno adactũ ad mortē inferũt, submersumq; i Numicio fluuio, dũ insequentē Turnũ fugeret. Quod & apud Virgiliũ fateri videt Venus ꝓ Ascanio Iouem orans desperato iam Aenea, vbi ait. Aeneas sanè ignotis iactet in vndis. Et quãcũq; viam dederit fortuna, sequat. Incolumen Ascanii liceat superesse nepotē. Quem mortē prius Dido ei ipreca ta fuerat, vbi ait. At bello audacis populi vexatus & armis. Finibus extorris, cõplexu auulsus Iuli Auxiliũ iploret, videatq; idigna suoꝝ. Funera, nec quũ se sub leges pacis iniquę Tradiderit, regno, aut optata luce fruat, Sed cadat antè diē, mediaq; inhumatus arena. Itē Iuuenalis de Romulo fulminato, & Aenea submerso loquēs. Alter aqs, alter flammis ad sydera missus. Ouidius quoq; i Meta. sic ait. Litus adit laurens, vbi tectus arũdine serpit. In freta flumineis vicina Numicius vndis. Hũc iubet Aeneę quęcũq; obnoxia morti. Abluere, & tacito deferre sub æquora cursu. Corniger exequit Veneris mãdata, suisq;, Quicqd in Aenea fuerat mortale, repurgat. Item Tibullus Lib. 2. Illic sanctus eris. quum te veneranda Numici, Vnda deum cœlo miserit indigetem.

24 ¶ Decius Imperator à Gothis cum toto exercitu ꝓfligatus fugam arripiens paludis voragine absorptus est, nec postea inuentus. Autor Sextus Aurelius.

25 ¶ Argyropylꝰ iperator Zoæ vxoris & Michaelis Paphlagonis eiꝰ adulteri dolo, iter Balneas aqs imersus obiit.

26 ℂAtelstanus Edimundũ adolescẽtẽ Anglorum regẽ ĩ nauigio sine remige fluctib⁹ pdẽdũ exposuit, vno tm̃ comite.

27 ℂAstorgius filius Galeoti Foroliuiẽsium principis, quũ longam obsidionem Cæsaris ab Alexandro pontifice patre missi sustinuisset, ad extremum victus, & Romam ductus in Tyberim noctu præcipitatus est.

28 ℂBritona filia Martis, se in mare deiecit, vt stuprum Minois regis posset effugere.

29 ℂCæyx maritus Alcyones ad oraculũ nauigãs, naufragium fecit in auẽ postea mutatus, vt fabulant poetę. Ouidius ĩ Ibin. Nec tibi sit tumidis melior Neptunus ĩ vndis, Quã cui sunt visæ frater & vxor aues. Seneca in Agamẽnone. Licet Alcyones Cæyca suum. Fluctu leniter plãgente sonẽt. Eo mortuo, Alcyone quoq; se submersit.

30 ℂClodomyrus Frãcorum Rex Gũdebaldo Burgũdię rege supato Sigismũdũ ei⁹ filiũ vnà cũ sorore ĩ puteũ demersit.

31 ℂSfortia Attẽdus cũ vni e ministris ĩ Aterno fluuio periclitanti vellet succurrere, cum eo naufragiũ fecit. Fuit is pater Francisci Sfortiæ.

32 ℂFedericus Aenobarbus imperator ad expeditionẽ Hierosolymitanam profectus, quum aliquot Armeniæ oppida iam cepisset, in amnis transitu periit.

33 ℂLycas quũ venenatã Herculi tunicã attulisset, ab eo in mare Euboicũ deiect⁹ est. Ouid. in Ibin. Quãq dona tulit Nessęo tincta veneno, Eboicasq; suo sãguĩe tinxit aquas.

34 ℂIordanes monachus Theologus Parisiẽsis dum sepulchrũ domini viseret, tẽpestate suborta aqs obrutus est.

35 ℂPhronyma puella ab Etearcho patre rege Cretę suasu nouercæ, in aquas præcipitata est, Themisone quodã sceleris ministro. Autor Herodotus.

36 ℂDe P. Malleolo matricida, Galeatio Mantuano, Eueno patre Marpissæ (qui omnes submersi sunt) iam sumus locuti in præcedente Historia.

37 ℂMarullus poeta Pontani discipulus (qui à Politiano æmulo & hoste suo, Mabilius dicitur, & quem ipse Ecnomum vocat) in amne Cecina submersus est.

38 ¶ Propertius Lib. 3. scribit Poetũ quendã, in Aegyptum causa pecuniæ cõparãdæ nauigãtẽ, fluctibus obrutũ fuisse. Sic enim pecuniã alloquẽs ait. Tu Poetũ ad Pharios tẽdentẽ linthea portus, Obruis insano, terq; quaterq; mari. Idem. Positaq; in gurgite vita Poetũ sponte tua vilis arena tegas. Idẽ. Huic fluctus viuo radicitus abstulit vngues, Et miser inuisam traxit hiatus aquã. Hũc paruo ferri inuidit nox ĩproba ligno, Poetus vt occideret, tot coiere mala.

39 ¶ Argynus puer formosus (quem Agamẽnon habebat ĩ delicijs) itidem submersus est, Idẽ Properitus Lib. 3. Sunt Agamẽnonias testantia litora curas. Quà votat Argyni pœna minantis aquę.

40 ¶ Quintianus præses (sub quo passa est beata Agatha) dum flumen cum equis transiret, ab eorũ vno excussus, & in aquas proiectus, miseram exhalauit animam.

41 ¶ Multi quoq; ex martyribus eodẽ mortis genere extincti sunt, vt Ascla, Anastasius Aquileiensis, Florianus Hesychius, sub Diocletiano, Theogenes sub Licinio, Claudi9 Tribunus sub Numeriano, Calixtus Papa sub Alexandro Imperatore, Symphorosa sub Adriano. Itẽ Appolonius, Philemon, Bassus, Antoninus, Protolycus apud Alexandriam, Calixtus & Carisius apud Corinthum, Iocũdianus apud Africam, Palatinus & Maxima virgo & infiniti alij hac morte cœlestem meruerunt lauream.

Statyra 42 ¶ Roxana & Statyra Darii filiæ duæ fuerunt Alexandri vxores seu concubinæ. Quarum alteram Roxanam prægnantem Statyra in puteum demersit, solo ducta liuore, quod Macedones præcipuis honoribus eam cumularẽt. Autor Plutarchus in Alexandro.

¶ Qui suis casibus, aut naufragio noĩa aqs ĩposuerũt.
Aegeus Atheniensium rex mari Aegæo.
Erithra rex mari Erithræo seu rubro.
Helle soror Phryxi Hellesponto.
Icarus Dædali filius Icareo.
Myrtilus auriga Oenomai Myrtoo.
Hesperides puellæ Hesperio.

Tyrrhenus Rex Tyberi fluuio Thuscorum.
Euenus Eueno.
Marsyas tibicen Marsyæ.
Anius Rex Thuscoꝝ Anioni, q & Anienus & Anien dr̃.
Absyrtus frater Medeæ Absyrto Colchorum.

¶ Occisi & discerpti ab Equis.

1 Hippolytus	6 Neocles	11 Licini⁹ Impator
2 S. Hippolytus	7 Brunechildis	12 Pyrrechmes
3 Glaucus	8 Comminius	Abderus
5 Metius	9 Taraxippus	
4 Diomedes	10 Limone	

1 Hippolytus falsò accusatus & suspectus stupri Phedræ nouercæ illati, dum pr̃is Thesei furorem fugeret, arrepta fuga ab equis discerptus est. Ouidius Lib. 5. Meta.

Excutior curru, lorisq; tenentibus artus
Viscera viua trahi, neruosq; in stirpe teneri,
Membra rapi partim, partimq; reprensa relinqui,
Ossa grauem dare fracta sonum, fessamq; videres
Exhalare animam, nullasq; in corpore partes
Noscere quas posses, vnũq; erat oĩa vulnus, Idẽ lib. 3. Fast.
Hic latet Hippolytus loris discerptus equorum,
Vnde nemus nullis illud adit̃ equis. Idem lib. 5.
Hippolyte infœlix, velles coluisse Dionem.
Dnm consternatis diripereris equis. Ibidẽ Lib. 6.
Exciderat curru, lorisq; morantibus artus,
Hippolytus lacero corpore raptus erat. Idem in Ibin.
Vel tua (ne pœnæ genus hoc cognouerit vnus) Viscera diuersis scissa trahant̃ equis. Sabinus in Epistola Demophoontis ad Phyllidẽ. Non fratrem Hippolytum, cecidit miserabilis ille Præceps attonitis p freta raptus equis. Seneca in Hippolyto. Late cruentat arua, & illisum caput Scopulis resultat, Auferũt dumi comas, Et ora durus pulchra populat̃ lapis, Peritq; multo vulnere infœlix decor, Moribunda celeres membra puoluunt rotæ.

2 ¶ Fuit alter Hippolytus martyr Romanus, qui ꝑ Christi

nomine sub Decio principe, indomitis idem equis alligatus & discerptus spiritum deo reddidit.

3 ℭGlaucus filius Sisyphi (qui apud Potniam regnauit) dum equas humana carne aleret, ab eisdē postremò deuoratus est. Virg. Lib. 3. Geor. Scilicet ante oēs furor est in signis equarū, Et mentem Venus ipsa dedit quo tempore Glauci Potniades malis mēbra absumpsere quadrigæ.

Glaucus humana carne equas alebat.

4 ℭMetius Suffetius dux Albanorū, qm in bello Fidenatiū pactum & fœdus societatis cū populo Romano perfidè ruperat, captus postmodū viuus quadrigis in diuersa nitētibus laceratus ē, iussu Tulli Hostilii. Autor Liuius, & post Liuiū Gellius Li. 10. Cap. 1. Vnde Virg. Lib. 8. Aene. Haud procul inde citæ Metum in diuersa quadrigę Distulerāt. At tu dictis Albane maneres. Raptabatq; viri mendacis viscera Tullus, Per syluas, sparso rorabāt sanguīe vepres.

5 Diomedes rex Thraciæ, dum equos suos humana carne aleret, ab Hercule illac iter faciente equis ipsis datus est in pabulum. Ouidius in Ibin. Vt qui Threicii quondam præsepia regis, Fecerunt dapibus sanguinolenta suis. Seneca. Suisq; regem pabulum armentis datum. Claudianus. Diraq; sanguinei vertit præsepia regis, Et Diomedæos gramine pauit equos.

Diomedes humana carne equos nutriebat.

6 ℭNeocles Themistoclis filius equi morsu interiit. Autor Plutar. in Themistocle.

7 ℭBrunechildis Francorū regina, post multa flagitia spectante Clothario, indomitis equis alligata, & mēbratim discerpta est. Hoc scribit in historia Adonis Viennensis.

8 ℭCōminius à Gidica nouerca stupri falsò accusatus, metu Pōminii pr̄is currū cōscēdit, & in fuga more Hippolyti ab equis raptim distractus est. Dositheus ad Plutarchum.

9 ℭCælius Lib. 11. Lectionū antiquarū scribit Taraxippū quēdam fuisse in Isthmo ab equis interemptum.

10 ℭLimone puella adulterii comperta ab Hippomene præ data est equo famelico deuorāda. Ouidius in Ibin. Solaq; Limone pœnam ne senserit illā, Et tua dente ferox viscera carpat equus. Idem in eodem opere. Vtq; nouum passa

est genus Hippomeneia pœnæ, Tractus in Actæa fertur adulter humo. Sic vbi vita tuos inuisa reliquerit artus, Vltores rapiant turpe cadauer equi.

11 ℭLicinius Imperator quum Herinam virginem filiam suam (quod Christiana esset) equis dedisset conculcandã, ab eorum vno morsu interfectus est.

12 ℭHercules regem Euboiæ Pyrechmem Bœotiis bellũ inferentem, victum equis discerpendum exposuit apud Heraclium fluuium. Autor Plutar. in Parall.

13 ℭAbderus vnus fuit eorum, qui ab equis Diomedis Thraciæ regis interfecti sunt & deuorati. Autor Aegidius Maserius in Valerii Argonautica.

ℭMortui equorum lapsu.

1 Nipheus	3 Thymœtes.	7 Bellorophon
2 Leucagus	Amycus	8 Seleucus
Ligeris	4 Autoni'vicus	9 Philippus rex
Clonius	5 Agenor	10 Falco
Remulus	6 Bela	

1 Nipheus. Virgilius. Lib. 10. Quin Ecce Niphei Quadriiuges in equos, aduersaque pectora tẽdit. Atque illi longæ gradientem & dira fremẽtem. Vt videre, metu versi retroque ruentes. Effunduntque ducẽ, rapiuntque ad litora currus.

2 ℭLeucagus Virg. Excussus curru moribũdus voluit aruis. ℭLigeris frater Leucagi eodẽ quoque modo excussus est. Idem Virgilius ibidem. Frater tendebat inermes. Infœlix palmas, curru delapsus eodem.

ℭClonius. Ibidem. Illum infrenis equi lapsu tellure iacẽtem. Obtruncat.

ℭRemulus. Idem. Lib. 11. Orsilochus Remuli (quando ipsum horrebat adire) Hastam intorsit equo, ferrumque sub aure reliquit. Quo sonipes ictu furit arduus, altaque iactat, Vulneris impatiens arrecto pectore crura, Voluitur ille excussus humi.

3 ℭThymœtes quoque equo suo excussus i bello iterfectus ẽ. Idẽ Vir Lib. 12. Et sternacis equi lapsum ceruice Thymœtẽ.

¶Amycus. Idem Vir. in eodem. Turnus equo deiectum Amycum fratremq́ Diorem Congressus pedes, hunc venientem cuspide longa. Hunc mucrone ferit.

4 ¶Antonius Vicus. Pamphilus. Saxus. Non equus Antoni sęua te morte peremit vice, licet corpus presserit ille tuū. frena trahens, sed tu mortis tibi causa fuisti. Non poteras fato candidiore mori.

5 ¶Agenor lapsu equi inserta ori manu extinctus est. Ouidius in Ibin. Vtq́ loquax in equo est elisus gutture Agenor, Sic tibi claudat pollice vocis iter.

6 ¶Bela rex Pannoniorum, frater Andrææ, & filius Vazulis regum decessit lapsus equo membris luxatis & dilocatis, anno regni sui tertio.

7 ¶Stenobæa Prœti vxor quum Bellorophontem ad coitum non posset inducere, eum coram marito stupri postulauit, Stenobææ verbis fidem adhibens Prœtus Bellorophontem periculis obiecit, ac primum ad superandā Chimeram misit. Quam quum vicisset, elatus victoria in cœlum Pægaso equo alato voluit conscendere. Sed vlciscēte Nemesi decidit. Ouidius in Ibin. Quiq́ ab equo pceps alienis decidit aruis, Exitio facies cui sua pene fuit.

8 ¶Seleucus Calnicus Antiochi cognomento dei filius, & Syriæ rex ex equo lapsus excessit.

9 ¶Lego in historiis Gallorum Philippum Ludouici Crassi filium, equi lapsu itidem periisse.

10 ¶Fulco Andegauēsiū comes, qntus rex Hierosolymarū, equo ī caput verso occubuit, quū regnasset ānis vndecim.

¶Occisi à serpentibus.

1 Laocoon	6 Tillo	11 Orestes
2 Eurydice	7 Canopus	12 Idmon
3 Hesperic	8 Ampycide	13 Cleopatra
4 Orion	9 Demetri⁹phal.	
5 Opheltes	10 Euryalus.	

1 LAocoon, Troianus percussa in vterū fatali machina, pœnam luisse dicit̄ duobus filiis à serpentibus occisis. Quibus dum præsidio esse vellet, eadem periit morte.

Vir.

Virg. Lib. 2. Aene. Illi agmine certo Laocoonta petunt, & primum parua duorum Corpora natorum serpens amplexus vterq; Implicat, & miseros morsu depascitur artus. Post ipsum auxilio subeuntem & tela ferentem. Corripiunt, spirisq; ligant ingentibus & iam Bis medium amplexi, bis collo squamea circum Terga dati, superant capite & ceruicibus altis. Ille simul manibus tendit diuellere nodos Perfusus sanie vittas, atroq; veneno. Ouidius in Ibin. Quam puer Hypsiphiles, q̃ qui caua primus acuta Cuspide, suspecti robora fixit equi.

2 ¶ Eurydice, Orphei vxor Aristeum (à quo adamabatur) fugiens morsu colubri in herba latẽtis, interfecta est. Orpheus apud Oui. Lib. 10. Causa viæ est coniunx, in quam calcata venenũ Vipera diffudit, crescẽtesq; abstulit annos. Idem. Occidit in talum serpentis dente recepto. Idem in Ibin. Ne ve venenato leuius feriaris ab angue, quàm senis Oeagri, Calliopesq; nurus. Pontanus Lib. 3. de Stellis. Si quæras forte Eurydicen per gramina læta Errantem, atq; anguis de vulnere multa gementẽ, Paulatimq; vdo claudentem lumina somno. Itẽ. Quintianus in Cleopoli. Hic iacet eurydice calcato extincta colubro.

3 ¶ Hesperie puella Aesacum Priami filium (à quo itidem adamabat) fugiens, serpẽtis morsu periit. Ouidius Li. 11. Meta. Ecce latens herba coluber, fugiẽtis adunco Dente pedem strinxit, vulnusq; in corpore liquit.

4 ¶ Orion cum se iactasset, nullum à terra monstrum produci posse, quod non conficeret, terra ipsa peperit scorpionem, à quo interfectus est. Ouidius Lib. 9. Quis fata putaret Scorpion aut vires maturæ mortis habere? Ille minax nodis, & tetro verbere sæuus. Teste tulit cœlo victi decus Orionis.

5 ¶ Opheltes (qui alio nomine Archemorus dicitur) filius Lycurgi regis Nemeæ, dum negligenter ab Hysiphile nutrice custodiretur, serpentis morsu extinctus est. Ouidius in Ibin. Quàm puer Hysiphiles, q̃ qui caua primus acuta Cuspide, suspecti robora fixit eq. Statius Li. 2. Syluarũ.

Æsacus Priami filius.

Orio a Scorpio interfectus

Archemorus

Sic & in anguiferæ ludentem gramine Lernæ. Præcisum squamis auidus bibit anguis Opheltem. Idē Lib. 5. Theb. Occidis extremę districtus verbere caudę Ignaro serpente puer.

6 ℭXanthus Historiarū autor, tradit apud Pliniū Lib. 25. Tillonem à dracone interfectum, ac demum herba (quā Balim dicunt) restitutum saluti.

Balis. 7 ℭSulpitius in Lucanum ait Canopum Gubernatorem nauis Menelai, Aspidis morsu apud Canopum Aegypti vrbem occisum. Canopus.

Ampycides. 8 ℭPolitianus in Nutricia scribit Ampycidem in Libya serpentis morsu interfectum, vbi ait. Ampycidemq; pium, Libycis quem strauit arenis Vipera, fatifero fauces accensa veneno.

9 ℭDemetrius Phaleræus auditor Theophrasti, & præfectus Bibliothecæ Ptolemæi Soteris, excessit ex morsu Aspidis.

Euryalus. 10 ℭOuidius in Ibin scribit Euryalum quendam fuisse, qui à serpentibus fit comestus, vbi ait. Aut velut Euryali, qui sceptrū cepit ab illo, Sint artus auidis anguibus esca tui.

11 ℭOrestes furore liberatus quum Thisamenem filiū imperio Mycenarum suffecisset, serpentis itidem morsu periit. Ouidius in Ibin. Vtq; Agamenonio vulnus dedit anguis Oresti, Tu quoq; de morsu virus habente cadas.

Idmon. 12 ℭSeneca in Medea scribit Idmona à serpente in Libya cæsum, ibiq; sepultum, vbi ait. Idmonem (quamuis bene fata nosset.) Conscidit serpens Libycis arenis. Ouidius tñ scribit ab apro interfectum, vt postea docebimus.

13 ℭIam diximus Cleopatram ab Augusto superatā, mordendum Aspidi porrexisse brachium, ne in triumphum duceretur, Propertius Lib. 3. Brachia spectaui sacris admorsa colubris, Et trahere occultum mēbra soporis iter.

ℭOccisi ab Apris.

1 Adonis
2 Dædalus
3 Idmon
4 Anceus
5 Bruthes

1 Donis Cynaræ ex Myrrha filius, Veneri ob formam chariſſimus dum venaret, ab apro interfectus eſt. Ouidius Li. 10. Meta. Fixerat obliquo iuuenis Cynaræius ictu, Protinus excuſſit pãdo venabula roſtro, Sanguine tincta ſuo, trepidumq; & tuta petentẽ Trux aper inſequit, totosq; ſub inguine dentes. Abdidit, & fulua moribundum ſtrauit arena. Propertius Lib. 1. Teſtis qui niueum quondam percuſſit Adonim, venantem Idalio vertice durus aper. Pamphilus. Quẽ ferox ſyluis aper in iugoſis Dente peremit. Idẽ. Non quẽ ſæuus aper crudeli dente peremit Venantem Paphiæ vulnera ſæua deæ. Auſonius. Cædis Adonææ mala gloria fulmineus ſus.

2 ¶ Martialis Lib. 1. ait Dædalum quẽdam feris obiectum ab apro laniatum fuiſſe. Dædale Lucano quũ ſic lacereris ab apro, q̃ cuperes pennas nunc habuiſſe tuas.

3 ¶ Idmonẽ vatem licet Seneca dicat à ſerpẽte interfectũ, Ouidius tñ in Ibin, & Politianus in Nutricia, ab apro occiſum volunt. Ouidius ſic. Quiq; Lycurgidẽ laniauit ab arbore nactum, Idmonaq; audacem, te quoq; rũpat aper. Sic Politianus. Quid ve loquar te Glauce ſenex, Plenũq; parente Idmona fulminei proſtratum dentibus apri?

4 ¶ Anceus filius Aſtypaleæ Phœnicis & Neptuni filiæ, rex Sami, dum vellet occidere aprum agros ſuos vaſtantem, ab eodem eſt interfectus.

5 ¶ Bruthem Lycurgi filium ex arbore detractum aper laniauit. Ouidius in Ibin. Quiq; Lycurgidem laniauit ab arbore nactum, Idmonaq; audacem, te quoq; rũpat aper. Volaterranus tñ facit Anceum Lycurgi filium, Domitius vero Calderinus hoc ad Bruthem refert.

Dedalus

Seneca et Ouidius discordes

Volaterranus et Calderinus inter se differunt

¶ Occiſi à Leonibus.

1 Hyas
2 Paphages
3 Satyrus
Perpetua
4 Ignarus

1 HYas Athlantis ex Aethra filius dum venaretur, à leæna interfectus est. Ouidius Lib. 5. Fast. Dumq́ꝫ petit latebras fœtæ catulosq́ꝫ Leænæ, Ipse fuit Lybicæ præda cruenta leæ. Mater Hyan, & Hyan mœstæ fleuere sorores, Ceruicemq́ꝫ polo suppositurus Atlas.

2 Paphages rex Ambraciæ, dum occurrisset Leænæ Catulis suis stipatæ, ab eadem iterfectus est. Ouidius in Ibin. Fœta tibi occurrat patrio popularis in aruo. Sitq́ꝫ Paphageæ causa Leæna necis.

Perpetua. 3 Satyrus & Perpetua martyres, quum nullis tormentis, nullisq́ꝫ cōminatiōibus ab Orthodoxæ fidei cultu diuerti possent, Leonibus deuoti sunt, & ab eis deuorati. Valeriani & Galeni temporibus sub præside Tarnutio.

4 Ignatius Episcopus Antiochenus, quum neglectis tormentis constans in fide persisteret, iussu Traiani imperatoris Leonibus destinatus est, & ab eisdem præfocatus.

Occisi à canibus.

1 Linus	4 Thrasus	7 Heracletus
2 Neanthus	5 Consyngis	8 Actæon
3 Euripides	6 Diogenes	9 Lucianus

Psamata. 1 LInus filius Apollinis ex Psamata Crotopii Argiuorum regis filia, à matre apud Nemeū fluuium expositus, ibidē à canibus laniatus est. Ouidius in Ibin. Quiq́ꝫ verecundæ speculantem mēbra Dianæ, Quiq́ꝫ Crotopiadem diripuere Linum. Statius Lib. 1. Theb. Viridis nam cespite terræ. Proiectum temerè & patulo coelum ore trahētem, Dira canum rabies morsu depasta cruento Dissecat.

2 Neanthus propter chelyn Apollinis temerè affectatā, deo vindice à canibus discerptus est. Politianus in Nutricia. Improbus hanc stulte chelyn affectare Neanthus Ausus, Apollinea pendentem sustulit æde. Quem tamen indocto ferientē pollice chordas, Vindice discerpsit rictu nocturna canum vis.

3 Euripides poeta noctu rediens à cœna Archelai regis

Macedoniæ canibus à Promero quodam æmulo imissis, extinctus est. Politianus i Nutricia. Quemq; tegit rabidis lacerū pia Pella molossis. Ouidius in Ibin. Vtq; cothurnatum vatem tutela Dianæ, Dilaniet vigilum te quoq; turba canū. De eius morte vide Gelliū. Li. 15. Cap. 20.

4 ¶ Thrasus puer Delius Dianæ charissimus, à canibus itidem interfectus est. Ouidius in Ibin. Prędaq; sis illis, qbus est Latonia Delos Antè diē rapto nō adeunda Thraso.

5 ¶ Scribit Plinius Lib. 7. Consyngem reginam propter liberiorē cū marito Nicomede rege Bithyniæ ac lasciuiorem iocum, fuisse interfectam à regis cane.

6 ¶ Diogenes philosophus decessit ex morsu canis eodem die, quo Alexander Macedo in Babylone mortuus est.

7 ¶ Heracletus philosophus quum esset hydropicus, ad remedium sæuo bubulo se vnxit, atq; soli siccandū prebuit. Sepultus itaq; somno à canibus laniatus est.

8 ¶ Actæon filius Autonoes, dum inter venādū Dianā in fonte nudā cōspexisset, dea vlciscēte in Ceruum mutatus est, & à canibus suis laceratus. Ouidius in Ibin. Quiq; verecūdæ speculantē mēbra Dianæ, Quiq; Crotopiadē diripuere Linum. Idem Lib. 3. Meta. Vndiq; circūstant, mersisq; in corpore rostris Dilacerant falsi dominū sub imagine cerui. Seneca in Thebaide. Qua peragrati celer, Per saxa montis iacuit Actæon suis noua pda canibus.

9 ¶ Lucianus Sophista Samosateus, qui Traiani tēporibus floruit à canibus laniatus est, non sine diuinæ vltionis suspicione. Nā cum primum esset Christianus, à Catholica fide postea deficiens, religionē insectari cœpit.

¶ Occisi ab aliis feris.

1 Reuocatus	6 Hatto	10 Flocellus
Felicitas	7 Euphemia	11 Germanicus
2 Milo	8 Syluanus pręsul	12 Pyrene
3 Saturninus	9 Priscus	13 Gratis
4 Crathis	Malcus	
5 Basilius	Alexander	

Felicitas. 1 Euocatus & Fœlicitas martyres, à Leopardis comesti sunt, imperantibus apud Romanos Valerio & Galeno, sub Tarnutio præside.

2 ℭMilo Crotoniates, dum nimia roboris cõfidentia, arborem in geminas partes vellet diducere, manibus in medio conatu districtis ibidẽ retentus est, & à feris comestus. Pausanias apud Cęliũ ait à lupis fuisse deuoratũ, Ouidius in Ibin. Vtq; Milo robur diducere fissile tentes, Nec possis captas inde referre man⁹.

3 ℭSaturninus Episcopus Tolosanus, dũ acerrimè ꝑ christiana fide pugnaret, ferocis tauri cornibus alligatus, mẽbris cõfractis, & illiso cerebro domino spiritũ reddidit.

Crathis. 4 ℭLegimus apud Sybarim, pastorem fuisse Crathim, qui quum in libidinẽ esset procliuior, capellã oium formosissimam deperire cœpit. Quumq; veneris incendio acrius titillaret, eam frequenter inibat, ac vti amicã gratè amplexabatur, non sine multa suauiatione, Quinetiã munuscula ei offerebat, pabulum videlicet lætius, ameniusq;. Molles quoq; substernebat accubitus, quibus velut Nympha decumberet, & mollius quiesceret. Quod contemplatus dux gregis Hircus, Oestro Zelotypiæ agitatus dormientem adortus est, eiq; sinciput allisit. Hoc ex historiis Grę cis aduocant Volater. & Cælius.

5 ℭBasilius Macedo imperator, quũ annis. 20. imperasset, à ceruo in venatione percussus cornu, interiit.

6 ℭHatto Archiepš Maguntinus, à murib⁹ ĩ Rheno fluuio deuoratus ferť, nõ sine maxima diuinę vindictę suspicione, ꝙ multitudinẽ pauperũ (qbus se eleemosynã daturũ simulabat) tẽpore famis in horreo fecisset concremari.

7 ℭEuphemia virgo philophronis senatoris filia, sub Pro cõsule Prisco vrsis & leonib⁹ obiecta ab eisdẽ ĩterfecta est.

8 ℭSyluanus Tyri præsul, sub Diocletiano ĩperatore, amore Christianæ pietatis nõ grauatus est feris exponi.

9 ℭPriscus, Malcus, Alexander martyres apud Cæsaream Palestinę passi sunt, sub Valeriani persecutione, & ꝑ Christi nomine à bestiis deuorati.

10 ¶ Flocellus martyr temporibus Antonii Imperatoris passus est apud Augustudunum, & iussu Valeriani præsidis feris expositus, à quibus deuoratus est.

11 ¶ Germanicus sub M. Antonio, & L. Aurelio Smyrnæ passus est. ac post infinita propè torméta, bestiis obiectus, à qbus fractim cõminutus vitam cũ morte mutauit.

12 ¶ Pyrene puella Bebrycis filia, in Pyrenæo monte ab Hercule compressa, atq; à feris ibidẽ laniata est & sepulta. A cuius nomine monti quoq; impositum nomen.

13 ¶ Gatis regina Syriæ (quæ postea Atergatis vocata est) piscibus data & deuorata dicitur. Autor Antipater Tarsensis apud Volaterranum.

¶ Fulminati, seu fulmine percussi.

1 Enceladus	9 Autolemus	16 Zoroastres
2 Typhœus	10 Salmoneus	17 Adimanthus
3 Gygantes	11 Anastasius	18 Asopus
4 Aiax	12 Manius	19 Aureli⁹ Carus
5 Phaethon	13 Mertia M.Herennius	20 Chore
6 Remulus		21 Prester. Atraxi
7 Semele	14 Tul. Hostilius	
8 Capaneus	15 Aesculapius	22 Porphyrio

1 Enceladus gygas Terræ filius à Ioue fulminatus est cum cæteris fratribus, q Iouem ipsum cœlo detrudere voluisset, Autor Aetnę. Gurgite Trinacrio morientem Iuppiter Aetna Obruit Enceladũ, vasti quoq; pondere montis Aestuat, & petulans expirat faucibus ignes. Virg. Fama est Enceladi semustum fulmine corpus. Vrgeri mole hac, ingentem'q; insuper Aetnam, Impositam. Seneca in Hercule Oethæo. Scindetq; latus montis aperti. Nondum Enceladus fulmine victus.

2 ¶ De Thyphœo Gygante. Ouidius Lib. 3. Meta. Nec quo Centimanum deiecerat igne Typhœa, Nunc armat eo. Lucanus. Vndat apex Campana fremens, cui saxa vaporat. Conditus Inarimes æterna mole Typhœus.

3 ¶De cæteris Gygantibus Virg. Li. 6. Aen. Hic genus antiquũ terræ Titania pubes Fulmine deiecti fundo voluũtur in imo. Seneca in Agaménone. Quale canebas, quũ Titanas, fulmine misso fregere dei.

4 ¶Aiax Oileus ab expeditione Troiana rediẽs, à Pallade fulminatus est, ꝙ in eius tẽplo Cassandrã virginẽ stuprasset. Virg. Lib. 1. Aene. Ipsa iouis rapidum iaculata è nubibus ignẽ, Disiecitq́ꝫ rates, euertitq́ꝫ æquora ventis. Illum expirantẽ transfixo pectore flãmas Turbie corripuit, scopuloq́ꝫ infixit acuto. Syllius. Li 14. Qualis Oilides fulmẽ iaculãte Minerua, Surgẽtes domuit fluctus ardẽtibus vlnis. Val. Flaccus Lib. 1. Argon. Et tortum nõ à Ioue fulmẽ. Oileus. Ouidius in Ibin. Vtq́ꝫ ferox periit, & fulmine & æquore raptor, Sic te mersuras adiuuet ignis aquas. Politianus ĩ Ambra. Disiectasq́ꝫ rates, patriũq́ꝫ à Pallade missum Fulmẽ, Oilidẽq́ꝫ ignes & sulphura fixo Pectore Proflantẽ. Seneca ĩ Medea. Fulmine & ponto moriẽs Oileus.

5 ¶Phaethon Solis & Climenes filius, dũ currũ pr̃is temere regendũ succepisset, equis insolitũ aurigã nõ audientibus, fecit vt totus cõflagraret mũdus. Ac ꝑpterea fulmine ꝑcussus, ĩ Padũ cecidit, qui ab eo Phaethontæus dicitur. Lucretius Li. 5. Ignis enim superauit, & ambiens multa ꝑussit, Auia quũ Phaethõta rapax vis Solis equoꝝ Aethere raptauit toto, terrasq́ꝫ per oẽs. At pater oĩpotẽs iratum ꝑcitus acri, Magnanimũ Phaethonta repẽti fulminis ictu Deturbauit equis in terrã. Claudianus in quartum Cons. Honorii. Seuiretq́ꝫ dies, terrãq́ꝫ & stagna ꝑpinqui Haurirẽt radii. Plinius Li. 7. Padus à græcis dictus Eridanus, ac pœna Phaethõtis illustrat⁹. Idẽ Li. 37. Phaethõtis fulmĩe icti sorores mutatas ĩ arbores populos poetæ dixere, Ouidius ĩ Ibin. Vt soror Autonoes, vt cui matertera Maia est, Vt temere optatos qui male rexit equos. Idẽ Li. 2. Metã. Intonat & dextra libratũ fulmẽ ab aure, Misit in aurigã, pariterq́ꝫ animaq́ꝫ rotisq́ꝫ. Exuit, & sæuis cõpescuit ignibus ignes. Varro apud Fabium Lib. 1. Quum te flagranti deiectũ fulmine Phaethon. Vbi Phaethon posuit dissylla

bum nobis non imitandum.

6 ℭ Remulus filius Tyberini regis fulmine pcussus est. Ouidius. Lib. 14. Remulus maturior annis, Fulmineo periit imitator fulminis ictu.

7 ℭ Semele Bacchi mr̃ Iouiali fulmine tacta est quod Ioue ipsum orasset vt secũ tãtus, quãtus cũ Iunone iaceret. Propertius Li. 3. Eleg. Dicam ego maternos Iouiali fulmine partus. Ouidius Li. 3. Eleg. Tot meruere peti, Semele miserabilis arsit. Idẽ in Ibin. Vt soror Autonoes, vt cui matertera Maia est. Per sororẽ Autonoes, Semelẽ intelligit. Semele soror Autonoes.

8 ℭ Capaneus maritus Euadnes in bello Thebano fulmĩe pcussus dicit. Quod ideo fingũt poetę, qm̃ quũ scalis admotis muros vellet conscendere, iactu lapidũ ab inimicis oppressus est. Ouidius Li. 4. Tristium. Quũ cecidit Capaneus subito temerarius ictu. Idẽ Lib. 3. de Ponto. Notior est factus Capaneus fulminis ictu. Idem ad Liuiã. Hoc fuit Euadne, tũc quũ ferienda coruscis Fulminibus Capaneus ĩpauida ora dedit. Propertius Lib. 2. Aut Capanei summo grata ruina Ioui. Pontanus Lib. 3. de Stellis. Capaneus vt turrib⁹ altis, Igne Iouis ruit, atq; vstus descẽdit ad vmbras. Filthonis oniz ...

9 ℭ Marullus in Epigrã. mortem Autolemi fulmine pcussi sic describit. Dixerat Autolemo flãmas cõsultus aruspex Die cauẽdas postero. Credidit, & rerum dubius de mane, sub amnis Delituit Ethrusci vadis. Sed neq; sic fatum effugit, Nam dum innatat Arno, Ictus crematur fulmine. Autolemus.

10 ℭ Salmoneus rex Elidis quũ Iouis fulmẽ in aere mẽtiret, vt ꝑpterea crederet deus, ab ipso Ioue fulminat⁹ est Virg. Li. 6. Aen. Vidi & crudeles dantẽ Salmonea pœnas, Dum flãmas Iouis, & sonitus imitat Olympi. Quatuor hic ĩuectus equis, & lampada quassans, Per Graium populos mediaq; per Elidis vrbẽ, Ibat ouãs diuumq; sibi poscebat honores Demens, q nymbos & nõ imitabile fulmen Aere & cornipedũ cursu simularat equoꝝ. At pater oĩpotens densa inter nubila telum Contorsit, præcipitemq; ĩmani turbine adegit. Val. Flac. Lib. 1. Argon. Salmoneus nõdũ ille furens, quũ fingeret alti Quadrifida trabe, tela Iouis.

11 ¶ Anastasius Imperator quũ iam septimum & vigesimũ imperii annum ageret, ictu fulminis pcussus interiit.

12 ¶ Menius Lycaonis filius, quũ pře in lupum verso, & domo cõflagrante Iouē detestaret, ab eodē fulmine pcussus est. Ouidius in Ibin. Vt ferens Aeolides vt sanguine natus eodē. Quo genita est liquidis quæ caret Arctos aquis.

13 ¶ Plinius Li. 2. ait Martiã grauidã partu fulmine exanimato superuixisse citra vllũ corporis incõmodũ. Idē scribit M. Hereniũ decurionē, sereno die, fulmine ictũ fuisse. ¶ L. Piso apud eũdem Plinium Autor est Tul. hostilium fulmine itidem suffocatum, ꝙ quædam parum ritē fecisset, & sacrificio Iouem ipsum cœlo deuocare voluisset. Autor etiam plutarchus in Numa Pompilio.

15 ¶ Aesculapius Apollinis ex Coronide filius, Iouiali fulmine percussus est, ꝙ Hippolytum mortuum ad vitam reuocasset, vt ait Plinius Lib. 29. Cap. 1. Vnde & Virg. Li. 7. Aene. Tum pater omnipotens aliquem indignatus ab vmbris Mortalem infernis ad limina surgere vitæ, Ipse repertorem medicinæ talis, & artis Fulmine Phœbigenã Stygias detrusit ab vmbras.

16 ¶ Zoroastres rex Bactrianorum, Oromasi filius, & artis magicæ repertor, igne quoq; cœlesti absumptus credit̃.

17 ¶ Adimanthus rex Philesiorum, quum Iouem suis indignum sacrificiis iudicaret, ab eodem fulmine pcussus est. Ouidius in Ibin. Quæq; in Adimanthum Philesia regna tenentem. A Ioue venerunt, te quoq; tela petant.

18 ¶ Asopus Oceani filius, dum ꝓpter Aeginam filiã à Ioue stupratam bellum suis vndis in astra vellet gerere, ab ipso Ioue fulminatus dicit̃. Statius. Donec vi tonitru summotus & igne trisulco. Cessit, adhuc ripis animosus greges anhelis, Fulmineũ cinerē, magnæq; insignia pœnę Gaudet, & Aetnæos in cœlum afflare vapores.

19 ¶ Aureli⁹ Car⁹ quũ biēnio ĩperasset, ĩ castris supra fluuiũ Tygridē exanimat⁹ flumine, occubuit. Autor Fl. Vopisc⁹.

20 ¶ Chore fili⁹ Ysuar, cognat⁹ Mosis ex leuitarũ tribu nat⁹. quũ de sacerdotio cũ Aarone ꝯtēderet, igne cœlesti piit.

21 ¶Prester filius Hippomenis: quum deos detestaret, itidẽ fulminatus est.

22 ¶Atrax quoq; quum Dosithoen violatã à Ioue prodidisset, deo vlciscente ictus est fulmine. De vtroq; meminit Ouidius in Ibin. Aut Iouis infesto telo feriare trisulco, Vt satus Hippomene, Desithoesq; parer.

23 ¶Porphyrio filius Sisyphi paternã in deos imitatus impietatem, itidem cœlesti suffocatus est igne. Ouidius in Ibin. Vt ferus Aeolides, vt sanguine natus eodẽ, Quo genita est, liquidis quæ caret Arctos aquis.

¶Mortui suspendio & cruce.

1 Christus
2 Dismas
3 Achæus
4 Glumerus
5 Histiæus
6 Attayctes
7 Amata
8 Arachne
9 Marsya
10 Arnulphus
11 Capronia
12 Helena
13 Glaucus
14 S.Andreas
S.Petrus
15 Dorotheus
Gorgonius
16 Symeon
17 Zoe
18 Petrus Aulanus
19 Bomilcar
20 Hanno
21 Bal.Bestius
22 Polycrates
23 Sataspes
24 Leonides
25 Symon puer
26 Daphitas
27 Sindualdus
28 Alexander
Epipodius
29 Claudius
Asterius
Menon
30 S.Agricola
31 Iulia
Hemesius
Nestor
32 Enguerranus
33 Lymcabes
Biblis
Phyllis
Monyma
Calluce
Anaxarete
Auctolia
Bubalus
Silanus
Iudas
Erigone

1 Mnium qui cruce perierunt, nemo maiore ludibrio affectus est, nemo pluribus tormentis afflictus, nemo frequentioribus plagis mutilatus, q̃ intemeratę virginis innocens filius. Nulla in eo peccati scintilla reperta est, nihil deliquit vnq̃, mũdus ex mũda matre natus est. Munde vixit, iustitiam & ęqtatem verbo semper & opere docuit.

Neq; tñ puduit verpos illos & recutitos canes, liuore & inuidia tabescentes causam machinari, qua eũ morti tra/derent. Quã licet nullã reperissent, agnũ tñ primũ flagel/lis vbiq; mẽbro℞ mutilauerũt, frontẽ corona spinea pfo/rauerunt, faciem ĩmundis deformauerũt sputis, colaphis ĩmanibus totũ caput cõtuderũt, latronis more vinxerũt, vinctũ ad maiorẽ ignominiam traxerũt cõpitatim, & ad extremum inter latrones veluti latronem suspenderunt. Quod quum ad mortem non putarent sufficere, manus & pedes clauis, latus lancea confoderunt.

Illum ego de Lybica natum iurabo leęna,
  Arcadiasq; inter delituisse lupas,
Cui tua crux lachrymas non mouerit o bone Christe,
  Ille erit & ferrò durior & chalybe.

2 ¶Dismas Aegyptius natione, vnus fuit eo℞ latronũ, qui cum Christo patibulati sunt. Huic aũt dñs in cruce pepercit, & statim post mortẽ sua clemẽtia ad cœlũ euocauit.

3 ¶Achæus rex Lydiæ, quum noua tributa à populo vel/let extorquere, in factione populari suspẽsus est, pedibus sursum versum erectis, & capite ĩ aquas Pactoli demisso. Ouidius in Ibin. More vel intereas capti suspẽsus Achæi, Qui miser aurifera teste pependit aqua.

4 ¶Hading⁹ rex Dano℞ regressus è bello Suetico, vbi ęrariũ pecunia spoliisq; bellicis furto violatũ ꝓperit, custodẽ eius Glumerũ suspẽdio affecit. Autor Saxo Grãmaticus.

5 ¶Dario/ĩ Gręcos bellãte, Histiæus Milesi⁹ ab Harpago Darii tribuno capt⁹ & cruci affixus est. Autor Herodotus.

6 ¶Artayctes vir Persa Sesti præfectus ab Atheniensibus Xantippo Antiphronis filio duce captus, stipiti suffixus est. Autor idem Herodotus.

7 ¶Amata Lauiniæ mater ægreferens filiam Aeneæ copu/latam, quam contra votum pr̃is Turno nuptam dari vole/bat, seipsam suspẽdit, & vitam laqueo finiuit. Amabat enĩ Turnum, adeò vt cum existimaret eum mortuũ, ad mor/tem ipsa cucurrerit. Virgilius Lib. 12.

Infœlix pugnæ iuuenem in certamine credit

Extinctum, & subito mentem turbata dolore,
Se causam clamat, crimenq́ue caputq́ue malorum,
Multaq́ue per mœstum demens effata furorem,
Purpureos moritura manu discindit amictus.
Et nodū informis lethi trabe nectit ab alta: Sages quoq́ Turnum apud eūdem sic alloquit. Præterea regina tui fidissima, dextra, Occidit ipsa sua luceq́ exterrita fugit.

8 ❡Arachne Lydia puella lanificii peritissima, ægreferens opus suum à Pallade (qua cum certamen susceperat) confractum, laqueo iugulū præfocauit. Ouidius Lib. 6. Meta. Non tulit infœlix, laqueoq́ animosa ligauit Guttura pēdentem Pallas miserata leuauit. Atq́ ita viuce quidē, pende tamen improba dixit.

9 ❡Marsya tibicē ab Apolline victus, pepēdit laqueo. Qđ innuit Pli. Lib. 16. Cap. 45. Ibi inquit Platanus ostendit, ex qua pependit Marsya victus ab Apolline.

10 ❡Arnulphus septimus Gallorū imperator, Bergamo capta, Ambrosium eius loci principē suspēdio enecauit.

11 ❡Capronia virgo vestalis stupri comperta, suspēdio affecta est. Oportebat enim eas in virginitate persistere, quæ ministerio Vestæ allegabantur.

12 ❡Helena post mortem Menelai à Megapentho & Nicostrato filiis Orestis fugata, In Rhodum ad Polyzo vxorē Tlepolemi peruenit. Cui quum suspecta esset ob viri Zelotypiam, eiusdem mandato arbori suspensa est. Autor Pausanias apud Volaterranum.

13 ❡Alexander Macedo mortuo Ephestione (quem vnicē diligebat) Medicum eius Glaucum cruci suffixit. Autor Plutar. in Alexandro.

14 ❡Beatus Andreas & Petrus pro Christi noīe arboribus suffixi sunt. Hic sub Nerone, ille sub Aegea ꝓconsule, Hic capite deorsum versum demisso, ille sursum versum erecto. De vtroq́ Ioānes Fran. Mirādula sic scribit ī hymnis. Extēditq́ alacer, figenda quę brachia lętus. Porrigit Andræas, versaq́ sub arbore pēdet. Et caput ī terrā simili sub stipite, Petrus. Prębuit, atq́ lubens ꝓtendit ī aera plātas.

Gorgonius 15 ¶ Dorothæus & Gorgonius martyres pro Christianá pietate vitam suspendio finiuerunt sub Diocletiano imperatore, mortuorumq́ꝫ corpora famelicis canibus obiecta sunt, quæ illæsa remanserunt.

16 ¶ Symeon filius Cleophe, post Iacobum fratrem domini Hierosolymarum episcopus, sub Traiano imperatore, crucis patibulo spiritum emisit.

17 ¶ Zoe Nicostrati martyris vxori furcā erecta, ibidē cum morte vitam mutauit, partim crucis tormēto, partim fumo (quē carnifices ad arboris radicē posuerāt) suffocata.

18 ¶ Petrus Aulanus tpe Diocletiani & Maximiani imperatorꝫ, supplicio crucis vitam finiuit, Sub Seuero preside.

19 ¶ Bomilchar Amilcharis filius Pœnorꝫ dux, veniens in suspicionem Carthaginensium, cum Agathocle conspirasse, in medio foro patibulatus est. Ferunt aūt eum crucī iā affixū magnis clamorib⁹, multisq́ꝫ cōuiciis, subditorꝫ ingratitudinē obiurgasse, & iter clamores spiritū emisisse.

20 ¶ Hanno Carthaginensis (qui Philippi regis Macedonū floruit ętate) quū ob potentiā tyrānū vellet induere, captus à ciuibus virgis primū cęsus ē, deinde effossis oculis, fractisq́ꝫ crurib⁹ & manibus, cruci affixus. Autor Trogus.

21 ¶ Val. Bestius à L. Imbrico affixus est cruci, quod Rusciū ipsius Imbrici filium, suæ fidei cōmissum interfecisset, vt eius auro potiret. Autor Aristides apud Plutarchum.

22 ¶ Polycrates tyrānus Samiorꝫ, & frater Silosontis, quum tota vita fœlicissimus fuisset, ad extremū ab Orœte Persa cōprehensus, & in furcā erectus, docuit cum Solone nihil omni ex patre beatū. Autor Herodotus in Thalia & Strabo Lib. 14. Mantuanus de fortuna Gonzagæ.

Inueniens vnum (toto qui vixerit æuo
Liber ab aduersis) Saminæ telluris alumnum,
Ac dominum, tanq̄ illius fortuna fuisset
Immemor. At vitæ supremo in margine, totum
Accepit, plenoq́ꝫ hausit cratere venenum.

23 ¶ Sataspes Persa Teaspis filius à Xerxe rege cruci affixus est, quod Zopyri filii Megabysi filiam virginē viciasset,

quodq; etiam totam Africam non peragrasset, quod se fecisse ad diluendum stupri dixerat. Autor Herodo.

24 ℭ Idem Xerxes Leonidem Spartanorum regem ac principem bellica virtute clarum iussit abscisso capite in crucem tolli. Autor. Idem Herodotus.

25 ℭ Simon puer Tridentinus sedente Sixto quarto Pont. die Veneris (quo Christus pro nobis in cruce immolatus est) à Iudæis clàm comprehensus, omnibusq; tormentis prius affectus, demum cruci affixus est.

26 ℭ Daphitas Grammaticus quum reges conuiciis asper geret, & Probris notaret, cõprehensus in Thorace monte itidem erectus est in crucem. Vnde est adagium. Cauere Thoracem. Strabo apud Erasmum. *Thorax mons. Prouerbium.*

27 ℭ Narses Rex Italiæ Sindualdum Britannorum regem prius victum, donatumq; venia, quũ iterum rebellasset, captum in trabe suspendit. Autor Paulus Diaconus Li. 1. de gestis Longobardorum.

28 ℭ Alexãder & Epipodius martyres passi sũt apud Lũgdunũ sub Antonio Vero, & pro Chri noĩe patibulo crucis affixi. *Epipodius.*

29 ℭ Claudius quoq;, Asterius, & Menon, dum Christianã profiterent religionẽ, & gentilem insectarent hæresim, post multa suppliciorum genera, tandem in crucẽ erecti sunt, eaq; morte spiritum domino reddiderunt.

30 ℭ S. Agricola Vitalis magister, itidem pro fide Orthodoxa suffixus est patibulo, temporibus Diocletiani & Maximiani imperatorum.

31 ℭ Iulia virgo carthaginensis, dum idola & simulachra deorum contemneret: Christianamq; profiteret religionem, eodem mortis genere animam efflauit. ℭ Nemesius martyr sententiam Aemiliani iudicis apud Aegyptum inter Latrones patibulatus est. *Nemesius.*

32 ℭ Nestor episcopus eandem subiit mortem sub Decio imperatore, & Pollione præside.

33 ℭ Ludouicus Hutinus Philippi Pulchri filius rex Gallorum, Enguerrannum quendam inter Gallos autoritate & opibus pollentem crucifigi fecit. *Enguerrannus.*

33 ¶ Pleriq; alii vitam suspendio & furca clauserunt, vt Lycambes Biblis, Phillum, Monyma Mithridatis vxor, Calluce, Anaxarete, Auctolia, Bubalus, Silanus. T. Manlii filius, Iudas, Erigone. De quibus quoniam iam sumus locuti, nihil hic repetemus.

¶ Mortui siti & fame.

1 Erisicthon	8 Chœrilus	Felix
2 Pausanias	9 Richard⁹ secūd⁹	Silinus
3 Sisigambis	10 Cleantes	14 Murita
4 Euristhenes	11 Pomponius	15 Thales
5 Vgolinus	12 Gabinus	16 Bñdictus sextus
6 Neocles	13 Orator	17 Bonifacius
7 Aristo	Fortunatus	

1 Erisicthon, vt iam diximus, ꝓpter neglecta Veneris sacra ad tantam famem adactus est, vt ꝓpria mēbra corroserit. Ouidius lib. 8. Sic epulas oēs Erisicthonis ora profani Accipiūt, poscuntq; simul Cibus omnis in illo Causa cibi est, semperq; locus fit inanis edendo.

2 ¶ Pausanias ab Agesilao patre inedia consumptus est, ꝙ pecuniam à Xerxe accepisset, vt Spartam proderet. Autor Crysermus apud Plutar.

3 ¶ Sisigambis Darii Persarum regis mater inedia extincta est, quum cibo aliquādiu abstinuisset. Curtius li. 4. de gestis Alexandri ait eam itineris cōtinui labore, animiq; ægritudine fatigatam, inter manus filiarum cecidisse. Demum li. 9. die. quinto extinctam, quo mori statuerat, cibo & luce dedita opera sibi sustractis.

4 ¶ Euristhenes à matre inedia interfectus est, ꝙ male ī bello pugnasset. Ouidius in Ibin. Obstrictusq; famē patiaris limine tecti. Vt legē pœnę cui dedit ipsa parens.

5 ¶ Vgolinus Pisanorum comes, quum à suis expulsus patriam bello oppressisset, tandem captus per proditionē, vna cū liberis fame absumptus est.

6 ¶ Neocles Sicyonioꝝ tyrānus, à suis ob crudelitatē fame & frigore extinctus est. Ouidius in Ibin. Aut vt oliuifera

quondam

quondã Sicyone pfecto, Sit frigus mortis cã, famesq; tuę.

7 ℭAristo poeta ab Atheniensibus fame extinctus est, ꝙ suis carminibus eorum laudes fuisset insectatus. Ouidius in Ibin. Vt veprum stabili qui carmine læsit Athenas Inuisus per eas deficiente cibo.

8 Solēt luculēti scriptores his multũ gloriæ cõparare, quos suis dignant̃ monumētis. Cõtra vero inepti, qui suis modulis se nõ metiunt̃, & multa supra vires audent, tm̃ ꝓbri & ignominiæ afferũt, q̃tum illi honoris & famæ. Propterea nõ verto crimini Alexãdro, quod insulsum versificatorē Chœrilũ (quē pręconē suoꝝ dedignabat̃ facinorũ) inedia suffocauerit, dicēte eodē Ouidio. Inclususq; necē cauea patiaris, vt ille. Nõ profecturæ conditor historiæ.

9 ℭRichardus Secundus Eduardi filius, puer admodũ ab Anglis fame extinctus est, ꝙ iutilis regno videret̃. O duræ ceruicis populum, cui semper fuit moris secundũ aut tertium quẽq; regum crudeliter enecare.

10 ℭCleantes philosophus Zenonis discipulus dum cibum sibi sustraheret, vt cuidam morbo (quo laborabat) mederetur, nimia inedia se peremit.

11 ℭPomponius Atticus Ciceronis amicus, morbo quodã ĩ senectute corept⁹, seipsum abstinẽtia cibi iridẽ suffocauit.

12 ℭGabinus Presbyter ciuis Romanus iussu Diocletiani imperatoris in carcerem cõiectus est, ibiq; fame extinctus ꝙ Christianam profiteretur religionem.

13 ℭOrator, Fortunatus, Fœlix, & Silinus martyres apud Alexãdriã pro Christi noīe fame & inedia interfecti sunt.

14 ℭMurita martyr ab Elpidephoro quodã Arriano in exilium missus, ibidem fame & frigore extinctus vitam cum morte mutauit.

15 ℭVolaterranus ait Thaleta philosophum (dũ Gymnicũ certamen prospiceret) æstu & siti absumptum fuisse.

16 ℭBenedictus Sextus pontifex à Cincio ciue Romano in carcerem detrusus, ibidem fame enectus est, vel (vt alii volunt) strangulatus.

17 ℭBonifacius Octauus dũ inimicitias cum Philippo Gal-

sorum rege exerceret, rex Sciarrã Colunniensem in eum misit, qui captũ pontificẽ in carcere fame extinxit.

¶ Combusti.

1 Perillus	11 Alcibiades	22 Empedocles
2 Macedon	12 Almericus	Dido
3 Auiola	13 Crominus	Euadne
4 Cęsius Bassus	14 Creusa	Hercules
5 Eustachius	15 Erotho	Sardanapalus
Theophita	16 Phalaris	Catul⁹ Luctati⁹
6 Plini⁹ secũdus	17 Nicias	Asdrubal
7 Policarpus	18 Pythagoras	Portia
8 Valers	19 Nigrinus	Dædalion
9 Ioanna puella	20 Laurentius	Brotheus
10 Alexãder Milesius	Tyburtius	23 Pleriq; martyres
	21 Emerita	

1 PErillus rogatus à Phalaride tyrãno Agrigẽtino, vt nouũ tormẽti gen⁹ ad plectẽdos reos cõminisceret, taurũ æneũ excogitauit, quo iclusi flãmis suppositis perirent, & boũ mugitus imitaret. Quã pœnã primus exptus est. Ouidius i Ibin. Aere Perillæo veros imitere iuuẽcos, Ad formã tauri pueniẽte sono. Idẽ Li. 5. Tristiũ. Ipse Perillæo Phalaris pmisit i ære Edere mugitus, & bouis ore queri.

2 ¶ Macedon mulier (à cuius noĩe Macedonia dicta est) igne cœlesti vnà cũ marito absumpta est. Ouidius i Ibin. Vt macedon icta est rapidis cum cõiuge flãmis, Sic precor ætherei vindicis igne cadas.

3 ¶ Scribit Plinius Lib. 7. Natu. Histo. Auiolam consularẽ in rogo reuixisse. Sed quoniã subueniri non pòterat, præualente flãma viuum fuisse crematum.

4 ¶ Fãma ẽ Cęsiũ Bassum poetã lyricũ i suis pdiis ardẽte Vesęuo, lateq; vagãtibus flãmis cũ villa sua conflagrasse.

5 ¶ Eustachius Traiani aulicus, dum ceruum in venatione sectaretur, viso inter eius cornua crucis simulachro, audita q; hac voce, Cur me psequeris, statim conuersus est vnà cum Theophita vxore. Quod vbi postea resciuit Traianus, ambos in tauro æneo comburi fecit.

6 ¶Plinius secũdus quum nihil in maiore negotio habe-ret, q̃ rerum naturalium causas scrutari, periit in Vesæui montis incendio, dum rationem vellet inquirere.

7 ¶Policarp⁹ Ioãnis discipulus & Smyrnę p̃sul, p̃ Chr̃iana pietate palàm & spectãte pp̃lo ĩ Amphitheatro cõbust⁹ ẽ.

8 ¶Valẽs Imꝑator fr̃ Valẽtiniani, p̃lio superat⁹ à Gothis, in tugurio (quo spe salutis cõfugerat) ab eisdẽ crematus est.

9 ¶Carolo septimo Gallis principãte dũ barbara Anglorũ natio bonã Gallię partẽ furibũda ꝑuagaret, post aliquot calamitates, sui tãdẽ pp̃li misertus dñs, puellã ad subsidiũ misit, tãto spiritu puellã, tantaq́; virtute, vt instar Amazonis armata, & copiarum ductrix, inimicos parta elatos victoria, & iã nihil sibi nõ ꝑmittẽtes iuaserit, repressosq́; supcilio potẽter expugnauerit, factũ qdẽ primis inauditũ sæculis. Q d' licet diuina cõtigerit volũtate, neq; tñ erubuit Ioãnes Lucẽburgus, vilissimũ ĩgratitudinis mancipiũ eã inimicis ꝑdere, neq; illi flãmis impiẽ deuouere. Quod vt fine odii nota, & liuoris suspiciõe seruatã æquitate viderent fecisse, magicę artis fœminã postulauerũt, subornauerũtq; q testimoniis & iuramẽto, veneficã & sortilegam esse cõtenderẽt, & palàm faterent. Sed haud dubiẽ nõ est mirum gentem illã sæuiisse in extremos quæ suorũ quoq; vitam nunq̃ pluris q̃ porcorum æstimauit.

¶PARERGON. Quid torpetis Gallorũ ĩgenia? Quid epimenidis somnũ vestræ ĩdormitis ignauię? Nõ repẽdentis beneficiũ puellæ, quæ magno capitis sui piculo regni vestri salutem procurauit, quæ tandẽ se flãmis exposuit, vt vos ab hostili redimeret incendio? Hãc ei notã ꝑmittentis inuri? Eius nomen à mortalitate non vindicabitis? Carnificum iniquitatem nõ insectabimini? Sepultã relinquetis puellæ innocẽtiã? Nõne tantũ laudis apud vos meruit, quantum apud Romanos Chloelia? Hęc vim Porsenæ fugit, illa furias Anglorũ fugauit. Vtram maiore præconio dignã putatis? Erimus nimirum somnolẽtiores gliribus, si tm̃ facinus, tantã virginis virtutẽ in obliuionẽ cadere permiserimus. Habeo tibi gratiã Valerãde Varanie vir doctis

ſime, tuũq; nomẽ nudo ſemp capite, & multa honoris ꝑ/ ſatione reuerebor, ꝙ primus oĩum puellæ patrociniũ de/ ſumpſeris, eiusq; manes ab eoꝝ rabie (qui mortuos alla/ Prouerbiũ. trant, & cũ laruis luctant) cõſeruaris potẽtiſſime. Nõ pote ras regno vtilius & aptius tuis muſis moliri negocium.

10 ¶ Alexãder Mileſius Polyhiſtor cognominatus libertus Cor. Lẽtuli grãmaticus apud Laurẽtes ex incẽdio crema tus eſt Syllæ tẽporibus. Autor Suidas apud Volaterranũ.

11 ¶ Alcibiades Clyciæ filius dũ ĩ Phrygia ab Atheniẽſibus exularet, ꝑcuſſoꝝ (q imiſſi fuerãt) decreto viuus in cubi/ culo crematus eſt. Ouidius in Ibin. Clyciadęq; modo cir/ cũdat⁹ ignib⁹ atris, Mẽbra feras Stygię ſemicremata neci.

12 ¶ Innocẽtius tertius iuſſit Almericũ hęreticũ (q dicebat Ideas ĩ mẽte diuia creare, & creari) apud Luteciã cõburi.

13 ¶ Clotarius rex Galloꝝ, cum Conabro Britonum duce Crominus. bellũ geſſit, victumq; interfecit, & Crominũ eius filium nothum, vna cum vxore ac liberis cremauit.

14 ¶ Medea ægreferens ſe ab Iaſone relictã, ſibiq; Creuſam Creusa. ſeu Glaucã Creontis filiã ſuperinductã fuiſſe, nouę nuptę Medeæ dona. dona quædã miſit nuptialia, quę eidẽ & toti domui incẽ/ dium attulerũt. Propertius Lib. 2. Aſpice quid donis Eri/ Creusæ mors dubia. phyla inuenit amaris, Arſerit & quãtis nupta Creuſa ma/ lis. Nigidius tñ apud Maſerium ait Corinthi fontem eſſe Glauce fons. Glaucen noĩe, in quẽ ſe illa præcipitauit, quum aduerſus Medeæ veneficia ignesq; id ſibi ſperaret profuturum.

15 ¶ Saxo Lib. 7. hiſtoriarum Danicarum ait Frothonem Frotho. regem incendio conſumptũ fuiſſe, & in antro (quo con/ fugerat flãma & fumo fuiſſe ſuffocatũ.


16 ¶ Phalaris tyrãnus Agrigentinus, dum ciues ſuos multis torqueret ſuppliciis, à populo vna cum liberis & coniuge crematus eſt, & in eodẽ tauro (quo reos puniebat) lege taliõis ſuffocatus. Ouid. ĩ Ibin. Vtq; ferox Phalaris lingua pri⁹ enſe reſecta More bouis Paphio clauſus in ęre gemas.

17 ¶ Nicias fuit inter venatores quiſpiam venandi ardore cõcitatior, dũ feras immiſſis canibus ardentius inſectaret, in carbonariam præceps decidit fornacẽ. Autor Cælius.

18 ¶ Plutarchus ſcribit Pythagorā pſm viuū fuiſſe à Cylonis exuſtū. Laertius ait hoc factū fuiſſe in Nicoclis Crotoniatę domo, à quodā, quē ī diſciplinā admitter̄ noluiſſet. Pythagoras.
19 ¶ Nigrinum quendā Ammianus Marcellinus fuiſſe ſcribit, qui propter excitatum bellū viuus ſit exuſtus.
20 ¶ Laurentius & Tyburtius martyres pro Chriſti noīe incendium volentes pertulerunt. Io. Fr. Mirandula Lib. 1. Hymnorum. Iucunda incendia Laurens Suſcipit, Empyrea multū irroratus ab vnda, Atq; per ardentes prunas illęſus abibat, Maiores in corde ferens Tyburtius ignes. Tyburtius.
21 ¶ Emerita Lucii anglorum regis ſoror, pro chriſtiana itidē pietate flāmis extincta, ſpiritum domino reddidit.
22 ¶ Fuerūt & alii pmulti, qui incendio finiuerūt vitam, vt Empedocles, Dido, Euadne, Hercules, Sardanapalus, Catulus, Luctatius, Aſdrubal, Portia, Dædalion, Protheus. Quorum mortē reperies in eorum Hiſtoria qui ſe occiderunt.
23 ¶ Martyrū quoq; plurimi hoc mortis genere vitam reliquerūt, vt cœleſte ſibi cōpararēt Laureā, vt Tymeon epiſcopus, Chriſta, Calixta, Claudi⁹ Caii papę frater, Chionia Anaſtaſię ancilla, Thedulus, Alexāder, Arſenius, Anaſtaſia, Amonius Aram Tharæ filius, Apolonia, Agathon Baſſiani ſocius, Agape, Antonia virgo, Amatius, Getuli⁹, Cerealis, Aphra meretrix, Barnabas diſcipul⁹, Creſcētianus, Speuſipp⁹, Seuerianus, Symphronius, Soſthenes, Victor, Dioſcorus, Eulogius, Fructuoſus, Aemylius, Petrus Diocleciani cubicularius, Pulio, Potamiena virgo, Poleus, Fauſta, Fauſtinus, Fidentius, Hero, Heleuſippus, Hyreneus, Hylaria Aphræ mater, Nicetius, Nilus, Macarius Libycus, Meleuſippus, Moſceus, Mardonius, Muſon, Macedonius preſbyter, Modeſtia, Machabæi, Marcellinus, Marcus, & alii plus ſexcenti. Martyres qui flammis periere.

¶ Præcipitati.

1 Aſtyanax	5 Lycas	9 Theombrotus
2 M. Manlius	6 Lycurgus	Sappho
3 Theſſalus	7 Aeſopus	Timagoras
4 Tarpeia	8 Nauplius	Meles

1 
Roia diruta, Troianisq; profligatis, ne quid superesset reliquiarum, quod in posterum vrbis & populi ruinam vlcisceret, Vlysses Astyanacte Hectoris filiu͂ precipite dedit mira quidem immanitate. Ouidius Lib. xiii. Meta. Mittit Astyanax illis de turribus, vnde Pugnantem pro se, pro auitaq; regna tuentem Saepe videre patrem monstratu͂ à matre solebat. Idem in Ibin. Vt qui Thesaeae fallacia vela carinae. Vidit, & Iliaca missus ab arce puer. Idem. Et videas quod (iam quum flammae cuncta tenerent) Hectore patria vidit ab arce puer. Seneca in Troade. Praeceps vt altis cecidit è muris puer, fleuit Achiuum turba quod fecit nefas.

2 ¶ M. Manlius (qui Gallos in obsidione Capitolii obrepentes per ardua depulerat) conuictus de regno occupando consilium iniisse damnatus è saxo Tarpeio praeceps datus est. Autor apud Gellium. M. Varro. Cor. Nepos scriptum reliquit, eum verberando fuisse necatum.

3 ¶ Thessalus (à quo Thessalia nomen sumpsit) Haemonis filius, ab Euryalo quodam aduena ex Ossa monte praecipitatus est. Ouidius in Ibin. Vtque dedit saltus è summo Thessalus Ossa Tu quoque saxoso praecipitere iugo.

4 ¶ Sabinis Romam obsidentibus, quum Tarpeia virgo Capitolium prodidisset, armillarum & anulorum (quos illi gerebant) pactione, vbi in arcem introducti sunt, obsequii immemores puellam praecipitauerunt.

5 ¶ Lycas ab Hercule praecipitatus est, quod ei tunicam cruore Nessi tinctam, & veneno imbutam attulisset.

6 ¶ Lycurgus (teste Lactantio) à suis in mare praecipitatus est, quod primus mero aquam miscuisset.

7 ¶ Aesopus fabulator Phrigyus quum venisset Delphos, ibidem furti ab emulis falsò accusatus (phialam enim argenteam inter eius sarcinulas clàm posuerant) de rupe illi sons praecipitatus est.

8 ¶ Nauplius Palamedis pater quum intellexisset Diomedem & Vlyssem naufragio liberatos (quibus tamen hoc malum per insidias machinabatur) seipsum praecipitauit. Seneca. Igne fallaci moriturus Argis Nauplios praeceps cadit in profundum.

9 ℭDe Theombroto, Sappho puella, Timagora, & Melete, vide in eorum historia qui morte sibi consciuerunt.

ℭMortui scalarum ruina.

1 Elpenor 2 Philostratus 3 Asclepiades

1 Elpenor socius Vlyssis ebrius apud Circem factus, scalarum casu periit. Martialis Lib. xi. Pene imitatus obit sæuis Elpenora fatis, Præceps p longos dum ruit vsq; gradus. Ouidius Lib. iii. de Tristibus. At miser Elpenor tecto delapsus ab alto, Occurrit regi flebilis vmbra suo. Idem i Ibin. Ne ve gradus adeas Elpenore cautius altos. Vimq; feras vini, quo tulit ille modo.

2 ℭMartialis ait Philostratum, quū in balneis Sinuessanis esset, nimio haustu vini in ebrietatem lapsum scalarum casu, non tunc primum sed paulò post extinctum.

3 ℭPlinius Lib. vii. ait Asclepiadem medicum Prusiensem suprema in senecta scalarum lapsu fuisse exanimatum. Sic qui ægrotis mederi consueuerat, qui'e funere retulerat mortuum, fati insidias vitare non potuit. Asclepiades

ℭAbsorpti terra.

1 Amphiaraus	3 Val. Torquatus	Abyron
2 Curtius	4 Chore	
Anchurus	Dathan	

1 Amphiaraus vates dum apud Thebas prælia retur, terræ hiatu cum curru (cui insidebat) absorptus est. Propertius Lib. ii. Nō Amphiareæ prosunt tibi fata quadrigæ. Idem Lib. iii. Tu quoq; vt auratos gereres Eriphyla lacertos, Delapsus nusq̄ est Amphiaraus equis. Ouidius Lib. iii. de Ponto. Notus humo mersis Amphiaraus equis. Politianus in Nutricia. Quid quem impia prodidit vxor, Hosticaq; hausit humus? Sabellicus de Inuentoribus rerum. Ignibus Oiclides visis ventura canebat. Coniugis impulsus fatales visere Thebas Proditione suę, proh tristia fata, tuentem Curribus & bigis hauserūt Tartara vatē.

2 ℭQuum ingens vorago Romæ paulatim excresceret &

terrã absumeret, respósum est ab oraculo, hiatũ nó posse
Q. Curtius 2 desinere, nisi quis intrò se demitteret. Quo audito Curtius equo insidens illuc desiliit. Propertius in Li. 3. Curtius expletis statuit monuméta Lacunis. Ovi. i Ibin. Atque eques i medii mergare voragine cœni, Dũ modo sint facti noĩa nulla tui. Idem fecit Anchurus Midę regis filius, vt iam diximus in eorũ historia, qui se occiderunt.

3 Paulo Aemylio in Pyrrhũ Epirotarũ regē rebellante, quũ ab oraculo responsum fuisset Romanos fore victores, si quis eorũ in voraginē se demitteret, Val. Torquatus sponte se obtulit. Autor Critolaus apud Plutarch.

4 Chore, Dathas, & Abyrus quũ isurrexissent i Moysen & Aharonē, excitassentq; populum ad auferēdũ huic sacerdotium, illi principatum, protinus (vt scribit Numeri Cap. 16.) dirupta est terra sub pedibus eorum, & aperiēs os suum deuorauit illos cum tabernaculis suis & vniuersa substantia eorum, descēderuntq; viui in infernũ, operti humo, & perierunt de medio multitudinis.

Mortui & extincti veneno.

1 Claudius Cæsar	14 Annibal	27 L. Tubulus
2 Lotharius	15 Aratus	28 Guill's Veronē sis
Ludouicus	16 Theramenes	
3 Mahometes	17 Alexander	29 Anaxagoras
4 Constantinus	19 Ladislaus	30 Aristobolus
5 Zimisces	19 L. Vectius	31 Conradus
6 Carolus	20 Rosimunda	32 Clemēs tertius
7 Hēric⁹ Lucēbur	Helmiges	33 Carolus octau⁹
8 Britannicus	21 Antaris	34 Antiochus
9 Diocletianus	22 Cossinus	35 Themistocles
10 Ludouic⁹ balb⁹	23 Demosthenes	Lucretius
11 Socrates	24 Philopœmen	36 Cleopatra
12 Biliotus	25 Seneca	Boudicea
13 Lucullus	26 Victor	

1 Conuenit Cæsarem Claudium imperatorem veneno ab Aggrippina vxore occisum. Vbi autē, & per quem dato discrepat. Alii ab Haloto spadone præministratum,

alii domestico per ipsam Agrippinam cōuiuio, quę Boletum medicatū eidē taliū ciborꝫ auido obtulerat. Quod cōfirmare videt Martialis Li. 1. Epigrā. dicēs. Boletū qualem Claudius edit, edas. Et Ausonius. Claudius ambiguo conclusit fata veneno. Item Plinius de Boletis loquens. Optimus inquit est hic cibus, sed imenso exēplo in crimen adductus, veneno Tyberio principi p hanc occasionē ab Agrippina cōiuge dato. Quo facto illa terris venenū alterum, sibiq; antē omnes Neronem suum dedit. Cor. Tacitus Lib. XII. ait infusum delectabili cibo boletorꝫ venenum, nec vim medicaminis statim intellectam.

2 ¶ Lotharius rex Gallorꝫ, Ludouici quarti filius decessit ex veneno, ab vxore adultera (vt fertur) præministrato. Eius quoq; filius Ludouicus quintus Blanchæ coniugis opera eodem fato periit. Ludouicus

3 ¶ Mahometes ex Arabia ortus vastata Syria, expugnataq; Damasco eius regionis capite, quum Scænitas & Arabas suæ adiecisset ditioni, anno vitæ. 40. veneno à domesticis dato periit.

4 ¶ Constantinus imperator Heraclii filius, quum annum vnicum rebus præfuisset, Martinæ nouercæ dolo & insidiis venenum hausit, quo suffocatus est.

5 ¶ Ioannes Zimisces imperator post Nicephorꝫ Phocam Constantinopolim profectus, ibidem post annum imperii sextum, & sex menses potionatus decessit.

6 ¶ Carolus Caluus imperator & Gallorum rex veneno à Sedechia medico Iudaici sanguinis dato interiit, quum Mantuæ in valetudinem incidisset.

7 ¶ Henricus ex Lucelburgo īperator post Albertū à Clemente Pōtifice designatus, dū superata Hetruria, Florētinis salutē iā desperātibus imineret, veneno ī Eucharistia & pcioso Christi sanguie dato periit, anno iperii quinto. Illud autē venenū datū est opera Roberti Siciliæ regis.

8 ¶ Iulius Pollio tribunus, & venefica noīe Locusta, Britānico iussu Neronis fratris venenum dederunt bibendum. Quod ita cunctos eius artus peruasit, vt pariter & spiri-

tus eius raperet. Autor Cor. Tacitus Lib. xiii.

9 ¶ Ferūt Diocletianū è Dalmacia oriundū, post annū. 10. iperii sui veneno extinctū. Cuius aūt opera, nō constat.

10 ¶ Ludouicus Balbus dum biennio cum Carolo Crasso fratre suo imperasset, veneno sublatus est relictis Carolo simplice, & Carolo magno liberis.

11 ¶ Socrates ab Atheniēsibus iniusta de causa morti deuotus, tritū in calice venenū hausit. Cuius vis dū in pcordia & venas serperet, iacuit resupinus. Ouidius in Ibin. Sollicitoq; bibas, veluti doctissimus olim, Imperturbato quod bibit ore reus. Sidonius. Quid nō piget hausit Lumina cōdēnās, Anyto pallēte venenū. Faustus ī Panegyrico. Quē carcere tetro Sorbitio gelidę rapuit porrecta cicutæ.

12 ¶ Marullus in Epigrammatis scribit Biliotum astrologū aspersis venena boletis instar Claudii periisse, vbi ait. Dū cauet astrologus perituris sydera nautis, Dum sibi boletis non cauet, ipse perit.

13 ¶ Lucillū imperatorē clarissimū amatorio poculo periisse testis est Plinius Lib. 25. Cap. 3.

14 ¶ Annibal Amilcharis filius post multas clades Romanis illatas tandem victus, quum de Prusię regis Bithyniæ (ad quem confugerat) fide dubitaret, venenum hausit, quod in anulo gerebat.

15 ¶ Aratus dux Sicyonius, quum multos tyrannos sua virtute sustulisset, Philippo iuniori Macedoniæ regi cœpit esse formidolosus. Propterea veneno lento ac sensim dato ab eo potionatus est.

16 ¶ Theramenes Atheniensis philosophus, iussu triginta tyrannoꝝ instar Socratis in carcerē detrusus, ibidē venenum hausit. Quo hausto, propino (inquit) Critiæ, qm̄ is erat, cuius insidiis moriebatur.

17 ¶ Alexāder Macedo ab Iola pgustatore Antipatri ad regnū aspirātis filio veneno potus est. Vis aūt veneni, quod in Macedonia gignit, tāta est, vt ferrū quoq; exurat. Curtius testis est venenū illud p Cassandrā allatū fuisse, traditumq; fratri Iolæ. Conuenit inter scriptores Aristotelis in

famia & maxima nota excogitatum. Ouidius in Ibin. Nec tibi fida magis misceri pocula possint, Quã q cornigero de Ioue natus erat. Lucanus Li. 10. Illic Pellęi ples vesana Philippi, Foelix prędo iacet terrarũ vindice fato Raptus.

18 ¶ Ladislaus rex Appuliæ dum Florentinos bello aggredi, suæq; ditioni submittere constituisset, eorum opera & insidiis veneno suffocatus est.

19 ¶ L. Vectius à Cæsare subornatus, & præmiis inductus, vt se de inferenda Põpeio nece, à Bibulo, Curione, Catone, Lucullo, & Cicerone (quos oderat) sollicitatum profiteret, quum vnum atq; alterum non sine fraudis suspicione noiasset, desperato consilii euentu, ab ipso Cæsare interceptus veneno credit. Autor Suetonius.

20 ¶ Rosimunda Cunimũdi Gepidarũ regis filia, interfecto primo marito Alboino rege Longobardorũ, secundum quoq; Helmigem nomine, Rauennæ principem veneno præsentaneo perdere conata est. Cuius partem quũ hausisset, vbi sensit contagium per venas serpere, euaginato gladio eam coegit reliquam poculi partem bibere. Quo facto ambo suffocati sunt.

Helmiges.

21 ¶ Antaris Longobardorũ rex Theolindę maritus, quum sex regnasset annos, insidiis domesticorũ apud Ticinũ extinctus ẽ venenato poculo, Nonis septẽbris. Author Paulus diaconus Lib. 4. de gestis Longobardorum.

22 ¶ Cossius eques Romanus amicitia Neronis notus quũ Lichene laboraret, vocatus Aegypto medicus, vt eius morbo mederetur, quum Cantharidum potum præparasset, interemit. Plinius Lib. 29. Cap. 4.

23 ¶ Scribit Eratosthenes apud Cælium, Democritum præsidio vltimorum casuum consuesse venenum gestare inclusum, quod etiam intrepide hauserit, ne quid indignũ sua virtute, à Macedonibus pateret. Nam quum in Antipatri (qui Alexandro successit) odium venisset, sanxerat Demades, vt capite plecteretur.

24 ¶ Philopœmen seu philopœmenes, magnus Gręcię imperator, quũ apud Messenios in domiciliũ subterraneũ

neq; auras neq; lucem exterius excipiens, fuisset spacius, hausto ibidē veneno periit. Venenum autem porrexit Dinocrates Messeniorū dux, parta de illo victoria.

25 ¶Seneca à Nerone præceptore coactus, vt quod vellet genus mortis eligeret, venas medico præbuit, veneno demum in balneo hausto periit.

26 ¶Victor tertius Pont. Max. quum vnicū annum sedisset, mortuus est non sine maxima suspicione dati ab Henrico veneni in calice, dum sacrificaret.

27 ¶L. Tubulus sacrilegus ab exilio (quo ꝓpter multa flagitia missus fuerat) reuocatus, ne in carcere necaret, venenum hausit. Autor Asconius Pedianus.

28 ¶Guillermus dux veronēsium nocte quadam cum Florentinis Veronam ingressus, à Carrariensibus captus, &c. veneno sublatus est.

29 ¶Anaxagoras philosophus, quum annis. 72. vixisset, ab Atheniensibus in carcerem coniectus, q̄ Solem (quem illi reuerebantur) ignitum lapidem vocasset. ibidem epoto veneno interiit.

30 ¶Aristobolus rex Iudeæ captus à Gabinio, & Romā ductus, in carcere porrectum hausit venenum.

31 ¶Cōrad⁹ īperator Frederici filii⁹ piit veneno, qđ medici à Mãfredo (q̄ īperio successit) pecunia corrupti dederūt.

32 ¶Clemēs tertius quū annis nouē sedisset in pontificatu, opera Henrici tertii īperatoris, veneno extinctus est.

33 ¶Constans fama est, atq; etiam Volaterranus scribit Carolum octauum Gallorum regē veneno suffocatū. Quod à veritate nō abhorret, quū in Schæristerio præter spem, ac nihil sibi timens, exanimatus propè concidisse, ac paulo post expirasse dicatur.

34 ¶Laodice regina Syriæ Antiochum, Deum cognomento, maritum suum veneno extinxit, ob superinductam sibi Ptolemæi sororem Berenicē.

35 ¶Themistocles quum annum ætatis quintū & sexagesimum absoluisset, spectantibus amicis epoto sanguine taurino vitam finiuit. Autor Plutarchus in eius vita. Quod

eum fecisse dicunt,ne in patriā (quā tamen pulsus fuerat) pugnare ab Artaxerxe cogeretur.

36 ¶ De Cleopatra, Lucretio, Baudicea Britannorum regina, & quibusdā aliis veneno itidē pfocatis iam sumus locuti.

¶ Mortui morte subita.

1 Duo Cęsares	13 Terētius Corax	27 Alphonsus
2 Q. Fabius	14 Iuli⁹ medicus	28 Andebuntus
3 M. Orellius	15 Man. Torqua.	29 Aegeas
4 Vulcati⁹ Gurges	16 Dutius	30 Micanor
5 Q. Aemyli⁹ Lepidus	17 Saufeius	31 Andragoras
	18 Q. Scapula	32 Cleobis Bithon
6 C. Aufidius	19 D. Saufeius	
7 Legat⁹ Rhodiorum	20 Ofilius	33 Agamedes Trophonius
	21 Caninius	
8 Cn. Bebius,	22 Cn. Carbo	34 Guilmerius
9 A. Pōpeius	23 Sertorius	35 Petrus & calceonus
10 Iuuēci⁹ Thalna	24 Mithridates	
11 Seruilius Pansa	25 Gandericus	
12 Bebius iudex	26 Alaricus	

1 Humanæ calamitatis argumētum satis afferūt tam varii tam'q; incerti hoium casus. At in primis miraculo sunt mortes repētinæ, quas (si de futura animę salute cōstaret) non oīno dolendas, imò verò maturæ appetendas, & oīum optimas cum Plinio iudicarē. Verū qm̄ nemini nostrum cōpertū est, quò post mortē sit pfecturus, vbi aīa locum habitura, & alicubi tñ habitura, deum frequente voto multis'q; sacrificiis debemus auertere, ne tā insperato mortis genere nos icautos perimat, priusq̄ domui nostrę cōsuluerimus, habita'q; scelerū pœnitētia, quātulam'q; veniam exorauerimus. Quid enim de his sperandū, q pec catis obruti, momento & in oculi ictu vita spoliantur? Nunqd iacta videt alea? Iacta Hercule nō minus q̄ de his qui nunq̄ reuisuri portum, in Carybdim & Syrtes nescii impegerūt. Sed ad historiā, qm̄ quāuis dolore pascantur lachrymæ, nullus tñ hic polilogiæ locus relinquitur. Eos

Repentine mors.

primum loco ſpeculi nobis proponamus, quos Pli.Li.7. Cap.53. ſeriatim nominat. Nullis(inquit) euidẽtibus cauſis obiere(dum calceantur matutino) duo Cæſares, prætor & prætura populi Romani functus dictatoris Cæſaris pater, Hic Piſis exanimatus, ille Romæ.

2 ℭQ.Fabiꝰ maximus i ꝯſulatu ſuo ꝑdie Calẽdas Ianuarii.

3 ℭIn cuius locum. M. Orellius pauciſſimarum horarum conſulatum petiit.

4 ℭItem Vulcatius Gurges, omnes adeò ſani atq; tempeſtiui, vt de progrediendo cogitarent.

5 ℭQ.Aemylius Lepidus, incuſſo pollice limini cubiculi.

6 ℭC.Aufidius, quum egreſſus in ſenatum iret, offenſo pede in Comitio.

7 ℭLegatus quoq;(qui Rhodiorum cauſam in ſenatu magna cum admiratiõe orauerat) in limine Curiæ protinus expirauit progredi volens.

8 ℭCn.Bebius Pamphilus, quum à puero queſiſſet horas.

9 ℭA.Pompeius in Capitolio, quum deos ſalutaſſet.

10 ℭM.Iuuencius Thalna conſul, quum ſacrificaret.

11 ℭSeruilius Panſa, quum ſtaret in foro ad tabernam hora diei ſecunda in P.Panſam fratrem innixus.

12 ℭBebius iudex, dum vadimonium differri iubet.

13 ℭTerentius Corax, dum tabellas in foro ſcribit.

14 ℭC.Iulius medicꝰ, dũ inũgit ſpecillũ ꝑ oculum trahens.

15 ℭA.Manlius Torquatus conſularis, quum in cœna placentam appeteret.

16 ℭL.Dutius medicus Valla, dum mulſi potionẽ haurit.

17 ℭAp.Saufeius ſcriba, quum à balneo reuerſus, mulſum bibiſſet, ouumq; ſorberet.

18 ℭP.Quintius Scapula, quũ apud Aqliũ Gallũ cœnaret.

19 ℭDecimus Saufenis ſcriba, quũ domi ſuæ pranderet.

20 ℭM.O filiꝰ hilarꝰ hiſtrio, ſũpta poſt cœnã calida potiõe.

21 ℭCaninius quoq; primo die ſui cõſulatus interiit. Vnde exiit Ciceronis Iocus. Vigilantem habuimus Caninium conſulẽ, qui ſomnum in ſuo cõſulatu non vidit.

22 ℭFuit & Gn. Carbonis mors multum inſperata, qui dũ

ventre exoneraret in latrina occisus est.

23 ℭ Sertorium inter epulas incautū iugulauit, Perpenna.

24 ℭ Mithridates quoq; senior rex Ponti, morte repentina interceptus est.

25 ℭ Gandaricus rex Vandalorū dum capta Hispali Beticæ vrbe tēplum vellet pphanare, mortuus repente concidit.

26 ℭ Alaric⁹ iperator apud Cōsentiā morte subita defūct⁹ ē.

27 ℭ Alphonsus septimus rex Hispaniæ in itinere sub arbore quadam repente excessit.

28 ℭ Andebuntus rex Anglorum, in cœna nimio vini haustu cecidit extinctus.

29 ℭ Aegeas proconsul post affectum martyrio Andræam, à malo spiritu correptus, momento expirauit.

30 ℭ Nicanorem Parmenionis filium subita correptū morte scribit Curtius Lib. 5. de gestis Alexandri.

31 ℭ Periit & subita morte Andragoras, Autore Martiale, qui Lib. 6. sic inquit. Lotus nobiscū est hilaris cœnauit & idem, Inuentus mane est mortuus Andragoras. Andragoras

32 ℭ Argia sacerdos à Cleobi & Bithone filiis ad Dianæ tēplum in curru vecta, quum deam orasset, vt illis præmiū daret pro pietate, & quod homini videretur optimum, mortuos in lecto mane reperit. Quod fuit argumēto matura morte nihil esse melius. Author Cicero Li. 1. Quæst. Tusculanarum. Cleobis et Bithon.

33 ℭ Trophonius quoq; & Agamedes dum ædificato apud Delphos Apollini templo deum mercedem laboris postulassent, quodq; homini esset vtilissimum, paulò post itidem mortui inuenti sunt. Agamedes.

34 ℭ Ioannes Guilmerus Corbinicus (Corbinū oppidū est in finibus Eduorum) vir potēs opibus, augusta maiestate, & Catoniana propè grauitate, dū in tēplo ad sacrificiū & orationē se reclinaret, incerta causa & inexplorato mortis argumento, repente expirauit, iam plenus annis. Corbinū oppidū.

35 ℭ Petrus Calceonus vnus eorum, qui Ioannā puellā gallicā Anglorū expultricē flāmis deuouerūt, dū radēdā tonsori barbam cōmitteret, in ipsa Tonstrina repente decessit

¶ Valerandus Varanius. Sic & Calcedonus (qui censuit esse cremandam) Pendula dum tonsor secat excremēta capilli, Expimus cadit; & gelida tellure cadauer Decubat, vltrices sic pendent crimina pœnas.

¶ Mortui gaudio & risu.

1 Chilo	mana	7 Philemon
2 Sophocles	4 Philippides	8 Polycrata
Dionisius	5 Philistion	9 Iuuencius Thal
3 Mulier Ro/	6 Diagoras	na

1 Immodica periit lætitia Lacedæmonius Chilo, quū filium in complexibus teneret Olympiæ coronatum.

2 ¶ Sophocles & Dionysius Siciliæ tyrānus, vterq; accepto Tragicæ Victoriæ nuncio. Lucianus & Soades apud Crinitum cōtra Plinii sententiā dicunt Sophoclem acino vuæ periisse. Val. Max. tamē & Volaterra. fouent partes Plinii. Quorum Vexillū sequitur Politianus ī Nutricia scribēs. Queq; senē meritę rapuerūt gaudia palmę. nisi fortasse de Philippide itelligi malis.

3 ¶ Mulier Romana filio post cladē Cannarum incolumi viso post falsum nuncium.

4 ¶ Philippides Comœdiographus, quum in certamine poetarum pręter spē vicisset, ac propterea lętissimè gauderet, inter illud gaudium repente mortuus est.

5 ¶ Philistion Nicæus poeta Comicus (qui Socratis ætate floruit) nimio quoq; risu mortu^9^ ē. Politianus ī Nutricia. Implicitusq; Sophron, risuq; Philistio tādē Perditus.

6 ¶ Diagoras Rhodius quū tres filios Athletas eodem die vincere, & victores coronari vidisset, populusq; gratulabūdus flores vndiq; ī eū iaceret, in stadio spectāte populo ī oculis & manibus filiorū aīam efflauit prę lætitia. Autores Cicero Lib. 1. Quest. Tusc. & Gellius Lib. 3. noctium Atticarū, qbus in hac re idē ē cōsensus, pterq̄ quod Cicero duos tm̄ filios Diagoræ coronatos, tres Gellius dicit.

7 ¶ Philæmon poeta videns asinum ficus mensæ paratas comedentem,


comedentem, tanto diffluxit gaudío, vt eo expirauerit. Author Val. Max.

8 ¶ Aristoteles apud Gellium est Author Polycratã nobilem fœminam Naxo insula cognito repente insperato gaudío animam expirasse.

9 ¶ M. Iuuentius Thalna Consul, dum sacra diis exhiberet in Corsica (quam suis auspiciis subegerat) acceptis literis decretas ei, à senatu supplicationes nunciantibus, dum intento illas animo legeret, antè focum præ gaudio collapsus, mortuus humi iacuit. Author Val. Maxi.

¶ Mortui in actu Venereo.

1 Cor. Gallus	3 Phaon	6 Beltrandus
Q. Heterius	4 Speusippus	7 Rodoaldus
2 Alcibiades	5 Tigillinus	8 Ioannes. 12

1 
Or. Gallus & Q. Heterius eques Romanus I Venere obiere. Author Plinius Lib. 7. Quorsum autem (inquit Valerius) attinet eorum cauillari fata, quos non libido sua, sed fragilitatis humanæ ratio abstulit?

2 ¶ Alcibíades Atheniẽsis cũ Tinãdra meretrice à Lysãdro ĩterfectus ẽ in actu Venereo, vt credibile est, incertũ tamẽ.

3 ¶ Phaon quũ esset hoĩum pulcherrimus, à Mitylenæorũ mulieribus ardenter appetebat. Vnde factum, vt in adulterio deprehensus iugularet. Author Cælius.

4 ¶ Tertullianus in Apologetico cõtra gẽtiles ait Speusippũ philosophũ de Platonis schola in adulterio periisse.

5 ¶ Cor. Tacitus ait Tigillinum præfectum vigilum & prætorii inter stupra concubinarum & oscula, sectis nouacula faucibus inhonestam clausisse vitam.

6 ¶ Iouianus Pontanus in opusculo de obedientia ait Beltrandum cognomine Ferrerium, Barcellonæ (vrbs est Hispaniæ) in Venere expirasse.

7 ¶ Rodoaldus Longobardorum rex, in libidine deprehensus, cum matrona interfectus est.

8 ¶ Ioannes. 12. pontifex in adulterio comprehensus, itidem ĩterfectus est. Cuius mors eò turpior est, quò sanctiorem eum esse oportet, qui dignitate cæteros antecellit.

ℭ Mortui nimio cibo aut potu.

1 Archesilaus	4 Valentinianus	7 Childerichus
2 Domitianus	5 Iouinianus	8 Anacreon
3 Septimius	6 Andebuntus	

1 Rchesilaus prytanæus ĩmodico haustu vini periit, anno suæ ætatis. 75.

2 ℭ Eusebius scribit Domitiũ Aphrũ, cibi supfluitate redũdantẽ in cœna periisse.

3 ℭ Septimus Seuerus ĩperator dũ membrorũ oĩum, maximè pedũ dolorẽ pati neqret, loco veneni cibũ plurimę carnis icoctę auidiᵘ deuorauit. Quẽ dũ ꝯcoquere nõ posset, cruditatẽ passus expirauit. Author Sextᵘ Aurel.

4 ℭ Valentinianus imp. Quadorũ legationi rñdẽs, voce impetu sanguinis amissa, sensu integer expirauit. Q̃d ex intẽperãtia cibi ac saturitate qua artus diffuderat, accidisse multi detulere. Idem Author.

5 ℭ Ferũt & Iouinianũ imperatorẽ ciborũ in stomacho incoctorũ cruditate periisse. Testis Bap. Egnatius.

Andebuntus 6 ℭ Iam diximus Anglorũ regẽ Andebuntũ in cœna qñq; tm̃ vini sumpsisse, vt eo suffocatus repente excesserit.

Childericus 7 ℭ Gregorius Turonensis ait Childericũ Saxonem, quum aliquando ad ambas vsq; aures cibo se ingurgitasset, eo suffocatum fuisse, & repertũ in lecto mortuum.

8 ℭ Anacreon Teius poeta dũ aliquando liberius Baccho indulgeret, acino vuę passę strangulatus est. Politianus in Nutricia. Tandẽ acino passę cadis interceptus ab vuę.

ℭ Lapidibus obruti aut mutorum ruina.

1 Cebrion	9 Paulina Candida	18 Pyrrhus
2 Cycnus		19 Henricus rex
3 Pyrander	10 Polydamas	20 Ioãnes Pon.
4 Cynna	11 M. Posthumus	21 Clemens. 5.
5 Mardonius	12 Vatinius	22 Athenæus
6 Neocles Demopolis	13 Coes	23 Siluinus Falconius
	14 Lycidas	
7 Chrysantus Daria	15 S. Stephanus	24 Alidice Lycorides
	16 Elphegus	
8 Eusebius	17 Marty. nõnulli	25 Theatri ruina

1 CEbrion Priami filius à Patroclo in bello Troiano saxo obrutus est. Author Home.

2 ¶Cycnus Neptuni filius quũ à pr̃e habuisset, vt ferro inuulnerabilis eẽt, ab Achille apud Troiã lapide extinct⁹ ẽ.

3 ¶Atheniẽsibus in Eumolpũ bellãtibus, dum ĩmineret fames, Pyrander quęstor à populo saxis obrutus est, ꝙ tritici parce suppeditaret. Author Calisthenes apud Plutar.

4 ¶Romanis in Gallos bellum gerentibus dum annonæ caritas inualesceret, Cynna tritici largitionẽ surripiens, regnum affectasse creditus est, ac ꝑpterea saxis obrutus. Aristides apud Plutarchum testis.

5 ¶Mardonius persa (quẽ Xerxes apud Salaminẽ victus cum exercitu reliquit, vt belli reliquias confoueret) ab Arimnesto Spartiata saxo obrutus ẽ. Quo fato ꝑmonuerat eũ periturũ Amphiaraus. Author Plutarch⁹ ĩ Aristide.

6 ¶Neocles & Demopolis Temistoclis filii, quũ Athenienſiũ memoriã refricuissẽt sup legib⁹, q̃ aduersus exules fuerãt sancitę, à p̃riis inimicis lapidibus obruti sunt. Cælius.

7 ¶Chrysantus Alexãdrinus vnã cũ Daria vxore sub Numeriano ĩperatore ꝓ Catholica pietate saxis obrutus est.

8 ¶Eusebius Sardus præsul Vercellensis à Cõstantino principe factus, ab Arrianis lapidibus oppressus est.

9 ¶Paulina virgo Romana Artemii ꝑfecti filia saxis obruta ẽ sub Diocletiano, cũ Cãdida matre, idq; ꝓ Chr̃i noĩe.

10 ¶Polydamas Herculani roboris Athleta, dum sub saxo ruinã minante cũ aliquot cõuiuis cœnaret, omnesq; sibi timẽtes diffugerẽt, solus virium confidẽria remansit, fore sperans vt cadentẽ molem manibus sustineret, qua tñ oppressus est. Author Pausanias apud Volaterranum.

11 ¶M. Posthumus Regiliẽsis Equos Italię populos bellũ mouens, dum militibus vrbis prædam spopondisset, ac postea vrbe capta eosdẽ elusisset, certatim ab oĩbus saxis obrutus est. Author Liuius.

12 ¶Macrobius Author est Vatinium in ludis gladiatoris fuisse lapidatum.

13 ¶Scribit Herodotus Coẽ vnum ex Alexãdri ducibus à Mitylæneis cõprehensum, & lapidibus interemptum.

14 ℭLycidas senator Atheniensis à suis interfectus est, q̃ pecuniam à Mardonio Persa Athenarum inimico, accepisse crederetur. Author Herodotus.
15 ℭS. Stephanus martyrum primus pro Christi noĩe lapidibus oppressus est. Io, Fr. Mirandula, Et lapides Stephano dulces, torrentis amari Mancipiis scelerum.
16 ℭElphegus Cantuariensis archiepiscopus, pro Christiana pietate eandem subiit mortem.
17 ℭVitalis q̃q; Mediolanẽsis, Onesim⁹, Metran⁹, Mãmes, Magn⁹ & Cyriac⁹ martyres eodẽ oppressi sunt tormẽto.
18 ℭPyrrh⁹ Epirato dũ aduers⁹ Antigonũ Argos obsideret, tegula vel (vt mauult Trog⁹) saxo à vetula iacto ĩterfect⁹ ẽ. Oui. ĩ Ibin. Aut vt Achillidẽ cognato noĩe clarũ, Opprimat hostili tegula iacta manu. Author Plutar. ĩ eius vita.
19 ℭHenricus Alphonsi octaui regis Castellæ filius, dũ vnà cũ pueris lusitaret, tegulæ casu periit apud Palantiã vrbẽ.
20 ℭIoãnes vigesimusprimus Pont. ruina cameræ (quã ędificabat) oppressus est.
21 ℭClemente quinto pontifice Lugduni solẽne sacrificiũ celebrante, tantus agminatim cõfluxit populus, vt Ioannes Britãniæ dux cũ multis aliis muri ruina occubuerit.
22 ℭAthenæus philosophus, quum Romam venisset, ruina domus, quã habitabat oppressus est.
23 ℭSiluinus & Falconius famuli Quintiani Siciliæ præfecti, eadem morte perierunt.
24 ℭAlidice Alebæ Larissæi filia vnà cũ viro Lycoride ruina dom⁹ extincta est. Ouid. ĩ Ibin. Lapsuráq; domũ subeas vt sanguis Alebę. Stella Lycoridæ cui fuit æqua viro.
25 ℭTrãquillus ait Fidenis Theatri ruina duo & viginti hominum milia periisse.

ℭIugulati & strangulati.

1 Galba	Gabinus	9 Caudemus
2 Gandulphus	Ceparius	10 Cor. Lentulus
3 Commodus	Lentulus	11 Amalasuntha
4 Lucilla	6 Galsonda	12 Gerontius
5 Cethegus	7 Antistius	13 Apries
Statilius	8 Dinarchus	14 Albanus

1 Ergius Galba qùum Pisonem in conflatæ inuidiæ remedium adoptasset, i medio foro ab Othone iugulatus est.

¶ Gandulphus martyr suasu vxoris adulterę (cum qua diuortium fecerat) noctu ab adultero iugulatus est.

¶ Commodus post tertium decimum imperii annũ strangulatus est Læto Authore & Martia cõcubina. Sex. Aurelius ait Martiam prius tentasse, vt eum veneno pderet.

¶ Lucilla Nemesii tribuni filia, Romæ in via Appia sub persecutione Valeriani iugulata est.

¶ Cethegus, Statilius. Gabinus, Ceparius & Lentulus Catilinarii, in carcere iussu Senatus strangulati sunt.

¶ Galsonda Athanagildi Gothorum regis filia à Chilperico marito noctu iugulata est, suasu Fredegũdæ pellicis.

¶ Antistius authore Plutarcho, i senatu iugulantus est, ꝙ ob Pompeium Syllanam sequi factionẽ videret.

¶ Dinarchus Corynthius iussu Polypercontis iugulatus est. Plutarchus Author.

¶ Darius Caudemum Atheniensem (quem de apparatu sui exercitus percontatus fuerat) recta monentem, iugulari fecit. Curtius Lib. 3. de gestis Alexandri.

¶ P. Cor. Lentulus prætor vrbis cõprehensus in cõiuratione Catilinę, iussu Ciceronis iugulatus est in carcere.

¶ Amalasuntha Gothorum regina, Atalarici mr̃, à Theodato (quem mortuo filio regni sociũ asciuerat) in balneo iugulata est. Paulus diaconus.

¶ Gerontius Comes à militibus suis iugulatus est, ꝙ Constantem Constantini filiũ fecisset perimi. Idem Author.

¶ Apries ab Amasi superatus, datus est Aegyptiis iugulãdus Autor Herodotus.

¶ Abanus martyr à latronibus hoc mortis genere suffocatus est.

¶ Sagittis confossi.

1 Achilles	4 Anarcharsis	7 Sebastianus
2 Lycophron	5 Hyrene	8 Procris
3 Acron	6 Christina	


1 Chillem poetæ fabulant nullibi mēbrorum præterq̄ in talo fuiſſe vulnerabilem, q̄ eam partem mr̄ Thetis nō abluiſſet Stygiis vndis vt cæteras. Huc ergo iaculatus Paris, euerſorem Troiæ peremit. Virg. Li. 6. Aene. Dardana qui Paridis direxti tela manusq; Corpus in Aeacidæ magnas obeuntia terras. Ouidius Lib. 12. Meta. Dixit, & oſtēdens perdentem Troica ferro Corpora Peliden arcus obuertit in illū, Certaq; lethifera direxit ſpicula dextra.

2 ℭLycophrō poeta iambographus à quodā ęmulo traiectus eſt. Ouidius in Ibin. Vtq; cothurnatum periiſſe Lycophrona narrant, Hæreat in fibris fixa ſagitta tuis.

3 ℭAcron rex Ceninenſium, à Romulo victus & ſagitta confoſſus eſt.

4 ℭAnacharſis Scytha à Sauleo rege eodē modo extinct9 eſt, q̄ alienæ gentis ſacrificia imitaretur. Author Herodotus. Sunt tn̄ qui à fratre interfectum velint.

5 ℭHyrene virgo à Siſinnio pro Chriſti nomine hanc oppetiit mortem.

6 ℭChriſtina virgo ſub Iuliano hoc modo paſſa eſt.

7 ℭBeatus quoq; Sebaſtianus ciuis Mediolanenſis, ſub imperatore Diocletiano.

8 ℭDe Procride ſagittam à Cephalo confoſſa, iam ſumus locuti in parricidis.

ℭMortui morbo pediculari.

1 Honorificus	6 Alcman	10 Plato
2 Arnulphus	7 Acaſtus	11 Maximianus
3 Speuſippus	8 Caliſthenes	12 Herodes
4 Sylla	Mumius	13 Pheretrina
5 Pherecydes	9 Ennius	14 Antiochus


1 Onorificus Vādaloꝝ rex cū octo annis Chriſtianam religionem inſectatus fuiſſet, morbo pediculari miſere periit.

2 ℭArnulphus imperator poſt Carolū Craſſum, quum ad rapinas & temploꝝ ſpoliationes animum conuertiſſet, iuſta numinum ira, paulo poſt pediculari morbo interiit.

3 Speusippum Eurymedõtis filiũ Atheniẽsem philosophũ sunt qui dicant mortem sibi intulisse. Plutarchus tñ efferuescentibus toto corpore pediculis interiisse.

4 ℂPlinius Lib.7.Natura.Histo.scribit Syllam erodẽte se ipso corpore, & supplicia sibi gignente interfectum. Plutarchus scribit cõtractam carnis corruptionẽ in pediculos fuisse conuersam,adeò vt tunicæ oẽs, thermæ, lauachra, dapes illius exundãtis sordis implerent,tanta vis epullulabat.Quocirca p singulos dies ingrediebat aquá,sed nulla erat vtilitas.Celeriter enim inualescebat pmutatio, & pædoris magnitudo oĩa purgamenta superabat.

5 ℂPherecydes quoq; rex diuinarũ scriptor,eodem periit morbo,Pherecydes Syrus(inqt Plinius)copia serpẽtũ ex corpore eius erũpente expirauit. De hoc extat.Q.Sereni carmen. Sed quis non paueat Pherecydis fata Tragœdiæ Qui nimio sudore fluens animalia tetra Eduxit,turpi miserum quæ morte tulerunt.

6 ℂAlcman vnus ex clarissimis Græciæ poetis hac etiã fœditate periit, Authoribus Plinio.Lib.11. Et Plutarcho in Sylla,scribẽtẽ.Ex pósterioribus autem, Alcmanẽ(qui mirificus cõponẽdis cantilenis artifex fuit) hoc morbo periisse ferũt.Politianus in Nutricia. Ipsi etiam,patria pressi breuitate Lacones, Ascitum largo tamen ore Alcmana recensent. Quem tulit aurifros ostentans Lydia fontes, Nunc gemit heutineis artus & tabe peresum.

7 ℂFerũt ex antiqssimis Acastũ Peliæ filiũ hoc morbi genere(quẽ Phthiriasim appellãt)iteriisse.Author Plutarch⁹.

8 ℂCalisthenes quoq; Olinthi⁹ dũ carceris custodia teneretur,Præter ea & Mumius iurisconsultus eadẽ tabe passim membrórum corrosi sunt.Idem Author in Sylla.

9 ℂTraditũ est(inquit idem Plutarchus) eum qui in Sicilia belli seruilis Author fuit,Eunum noĩe, captũ Romãq; perductum,ex Phthiriasi mortẽ obiisse.

10 ℂPlatonẽ Philos. haud dubiè principẽ,sunt q dicãt in celebrãdis amici nuptiis,quũ quietus decũberet,aĩam de repente exhalasse.Nõnulli in morbũ incidisse,quẽ à corruptione pediculoꝝ Phthiriasim vocãt.inqt. Idẽ Author.

11 ℭMaximianus imperator vlcere inguinibus innato, quũ deessent remedia, nec medici ob hois imanitatem opem ferre auderent, vermibus vndiq; erūpentibus obiit.

12 ℭHerodes rex iudeæ post trucidatos innocentes, quum in apostolos domini sæuiret, ad extremum tantę feritatis luit pœnas. Eruperunt siquidē in toto corpore vermes, q dū vniuersum passim corpus eroderēt, tyrānū coegerūt, vt desperato remedio gladiū arriperet, eoq; finiret vitā.

13 ℭHerodotus in Melpomene scribit Pheretrinā Barcęorū reginā imani crudelitate fœminā deoꝝ vltione, totam vermibus putruisse, eoq; morbo miserā euomuisse aīam.

14 ℭSunt qui dicāt Antiochum Syriæ regē, quū Hierosolymas peteret, curru delapsum, in hanc sordē incidisse, vermibusq; fuisset absumptum.

ℭMortui in carceribus.

1 Iugurtha	5 Aristonicus	9 Ioānes primus
2 Aldegisius	6 Hēricus tertius	10 Ioannes.14
3 Celestin⁹ qntus	7 Agatha	
4 Syphax	8 Romanus	

1 Vgurtha Manastabalis fili⁹ nothus, Micipsæ regis Numydarum nepos ꝓpter Adherbalē & Hyempsalem fratres regni consortes occisos, à Mario bello petit⁹, vict⁹ & ī triūphū duct⁹ postremo ī carcerē ꝓiect⁹ ē vbi expirauit.

2 ℭAldegisius Desiderii longobardoꝝ regis fili⁹ à Garolo magno victus, & in carcerē ꝓiectus est, vbi & clausit vitā.

3 ℭCelestinus quintus, quū summo pontificatu se abdicasset, à Bonifacio octauo (cui rei summā cōmiserat) successore, in carcerē detrusus, & ibidē extinctus est.

4 ℭSyphax rex Numydarum, quū à Romanis ad Carthaginenses defecisset, victus à Scipione, & in triumphū ductus, Tyburi in custodia mortuus est.

5 ℭAristonicus ab Aquilio consule in triumphū ductus, & in carcere suffocatus est.

6 ℭHenricus tertius imperator ab Henrico filio captus, Et Leodii custodit⁹, pædore carceris miserā exhalauit aīam.

7 ℭAgatha virgo Catanensis sub Quintiano consule in

carcere extincta est.

8 ¶Romanus martyr sub Asclepiade præfecto in carcere præfocatus est.

9 ¶Ioannes primus Pontifex à Iustino in carcerẽ cõiectus, ibidem pædore emarcuit,& extinctus est.

10 ¶Ioãnes quartusdecimus à Romanis inedia & pędore, in carcere itidem interfectus est.

¶Mortui aut occisi in latrinis.

1 Heliogabalus	3 Fœlicula	4 Ireneus
2 Cn.Carbo	Abundius	

1 Ampridius ait Heliogabalum naturę portentum, fato à tali monstro pœnas reposcẽte, in latrina occisum fuisse, dũ vẽtrẽ exoneraret.

¶Cn.Carbo dũ in Sicilia vẽtris onus poneret, iussu Pompeii in latrina itidẽ occisus est.

2 ¶Fœlicula virgo quũ nullis tormẽtis aut pollicitationibus à Christiana religione diuerti posset, iussu Flacci comitis in latrinam detrusa est,& ibidem mori coacta.

3 ¶Valerianus Ireneum & Abundium martyres in cloacã detrudi, & ibidem emori fecit, ꝙ sanctę concordiæ corpus inde extraxissent.

¶Excoriati.

1 Marsyas	2 Manes	3 Bartholomæus

1 Marsyas ab Apolline (quem ad tibiæ certamẽ ꝓuocauerat) victus & excoriatus est. Ouid.ĩ Ibin. Mens quoq; sic furiis vecors agiteť, vt illi. Vnũ qui toto corpore vulnus habet. Idẽ. Nuda ve direpta pateãt tua viscera pelle, vt Phrygii, cuius nomina flumen habet.

2 ¶Manes hæreticus (qui diuinam solum in Christo naturam ponebat) à rege Persarum cute direpta intefectus est, ꝙ eius filium morbo laborantem interfecisset, quem tamen sanaturum se promiserat. Author Suidas apud Volaterranum.

3 ¶Bartholomæus Apostolus regis Syriæ filiꝰ iussu Astyagis excoriatus est. Vnde Mirandula in Hymnis. Hinc etiã pellem Ptolemæi filius ardens Deposuit.

¶Suffocati vaporibus aut fumo.

1 Minos Rex 3 Zoe
2 Luctacius 4 Thurinus

1 MInos rex Cretæ quũ Dædalũ ad Siciliam vſq; perſe- queretur, à Cocalo eius loci rege (quem Dædalus multis obſequiis ſibi demeruerat) per proditionẽ captus, & in thermis ſuffocatus eſt. Ouidius in Ibin. Vel tua matu ret, ſicut Minoia fata, Per caput ĩfuſę feruidꝰ humor aquę.
2 ¶Q. Luctatius Catulus orator, collega Marii in cõſula- tu, ab ipſo Mario mori iuſſus, incluſus in cubiculo candẽ- tium carbonũ vapore ſuffocatus eſt. Author Val. Max.
3 ¶Zoe Nicoſtrati martyris vxor à beato Stephano ad Ca tholicam inducta pietatem, crinibus ſuſpenſa, fumo ſub- ter ſuffocante periit.
4 ¶Thurinum fumi venditorem fumo necatum fuiſſe ſcri bit Eraſmus ĩ illiꝰ adagii explanatiõe, Termeria mala.

¶Mulieres mortuæ partus dolore.

1 Tulliola 2 Athena.

1 TVlliola Ciceronis filia Dolobellę primum lo cata eſt, demum Piſoni Craſſipedi, ſub quo in partu diem obiit.
2 ¶Author Cathalogi ſanctoꝶ ſcribit Athe- nam Catadi epĩ matrẽ in partu expiraſſe, & infantẽ natũ ſine alicuius auxilio ſe erexiſſe, ſuoq; ample- xu ſuſcitaſſe mortuam. Nihil derogo potentiæ diuinæ.
¶PARERGON. At hoc fabulæ propius q̃ veritati mi- hi videt. Crudelis eſt, q de pietate Chriſtiana pperam ſen tit. Verũ etiã ridiculus, & anxiẽ nimis ſupſtitioſus, q ſom- niorũ credulitatẽ induit. Reperies paſſim in eo ope mille nugamenta, & deliria maiore excipienda riſu, & ſolutio- re cachino ſuſpendẽda, q̃ Demorgonis ortũ ex terræ vi- ſceribus, armatos hoĩes ſerpẽtinis dentibus natos, muta- tamq; in ſaxum Niobẽ, aut ſorores Phaethõtis in pplos. Pium eſt beatoꝶ reuereri ſanctitatẽ, & miracula ceremo- niis ꝓſequi. Cõtra verò hiſtrionicũ mẽdacia quædã cõſue re, & rerũ inauditarũ fidẽ poſteris ĩculcare. Hoc olet parẽ tẽ fabularũ Græciã. Erũpamus in ꝑconia ſanctoꝶ, modo nihil cõminiſcamur. Volumus eis gratulari nr̃is Mytho

logiis? Satis erit nobis negocii, eos meritis tenus cōmēdare. Nihil est audēdū vltra, Adhuc sub primo onere fatiscemus. Quid videnť tibi dicere Turcę, dū legūt tot tāq; ꝓdigiosa in nobis Phantasmata? Quā in eos triagulā torquemus, eadē nos referiūt. Rident à nobis, ꝙ Tripodas cōsulāt, oraculis adhibeāt fidē, locutos sibi fingāt Dæmogorgonas. Et nos nō pudet dicere deū nrīs sanctis dormientibus locutū, angelos organicis instrīs cœlestis glorię typū exhibuisse, delatā à virgine filii crucē, fluuiosq; qnq; miraculis exaruisse, arbores in media bruma floruisse, mansisse multos annū itegrū sine cibo & potu ieiunos, alios ministerio serpētū vsos, & quosdā serpētibus iperasse. Hęc faciūt, vt religionē suā nrā multo meliorē putēt. Dicet aliquis. Putas sanctissimos ecclesię doctores voluisse quicq̄ de sanctis scribere, qđ nō esset plane verū? Perfacile est respōdere. Quēadmodū hoies suapte natura prenimis meticulosi, dū p syluas trāseūt, ex foliorum strepitu, apri aut leonis aduētum & insultū arguūt, ita quoq; supstitiose nimis religiosi miraculo qnq; & veritati ascribūt, quod vel imaginosum est & phantasticū, aut fabulosum planè. Praeterea scitū est ex philoꝝ libris, ceruicibus vacuis somnia facilè obrepere. Illi boni pr̄es, q clitellas barbarismis onustas habuerūt, dū cerebro multis ieiuniis exhausto noctu dormiētes aliqd somniabant, experrecti mane vertebant in historiam. Si p somnium vidissent oēs hortoꝝ lactucas à porcis deruorari, sensu ad arbitriū detorto mane dixissent se vidisse oēs aīas à Diabolo absorberi. Adeò ridicula est nimia sanctitas, adeò puerilis credulitas nimia. Neq; hic error à somniis tm̄ ꝓdiit, sed ab his ēt, q in vnaquaq; re nouum cōminiscunť sensum. Verbi gratia. Sit sermo de arbore, dicent p ramos intelligi virtutes, p radices vitia. Speculo fractim cōminuto, Christi corpus simile faciēt, Geminos fontes in vnū alueū coeuntes patri & filio, ex quoꝝ vtroq; pcedit spiritus sanctus. Causam pcontare, clypeabūt se ꝓtinus illo Psalmicini ꝓphetæ verbo. Extendā cœlū sicut pellē. Tales sunt histrionū ncathedraliū ad pplm̄ sermoēs. Quo fit vt vetulę neq; Tropologicū, neq;

Qustio in responsione.

Philosophorum dictum.

anagogicũ intelligentes sensum. hoc oraculi habeant loco. Ego hoc genus nugas, & portentosa miracula nō pluris facio, q̃ meras veneficarum præstigias. Neq; tamen deteriorem mihi puto q̃ illis esse opinionem.

Decollati.

1	Alebas	6	Margarita	11	Didius Iulian⁹
2	Cantharus	7	Sp.Melius	12	Macrinus
3	Philipp⁹ Maria	8	Theodora	13	Patricius
4	Sp.Cassius	9	Timagoras	14	Martyres
5	Iulia	10	Victor		

1 
Lebas rex Larissę vrbis Thessaliæ, à suis satellitibus ob crudelitatem obtrūcatus est. Ouid. in Ibin, Quosq; putas fidos, vt Larissæus Alebas, Vulnere non fidos experiare tuo.

2 Cantharus fuit quispiam Atheniensis caupo, quē Athenienses ipsi ob maleficia, & īposturas supplicio capitis affecerūt. Author Zenodotus apud Erasmum.

3 Philippus Maria dux Mediolanēsis Italianū foroliuiēsem vnū ex suis ducibus securi pcussit, ꝙ cum Florentinis (in quos bellū gerebat) diceret clam consentire.

4 Sp. Cassius affectatæ dominationis suspectus, supplicio capitali affectus est, domo eius diruta.

5 Iulia comes Eulaliæ sub præside Daciano capite trūcata est.

6 Margarita virgo Antiochena sub Olymbrio, eadem morte affecta est.

7 Sp. Melius ordis equestris largitiōe frumēti ex Ethrutia aduecti in plebem facta, ad regnum aspirare creditus est, ac ꝓpterea à Seruilio Hala obtruncatus.

8 Theodora virgo Antiochena sub Diocletiano hac extincta est morte.

9 Timagoras Atheniēsis capitali supplicio affect⁹ ē, ꝙ Dariū (ad quē legatus missus fuerat) more Persaꝶ adorasset.

10 Victor præsul Carteiæ vrbis Hispanię sub Maximiano nō procul Mediolanum hoc supplicio vitam finiuit.

11 Didius Iulianus impera. à Septimio Seuero successore suo in abditas palatii balneas ductus, extenta dānatorum

modo ceruice, decollatus est. Author Sextus Aurelius.

12 ¶Opilius Macrinus ab Heliogabalo victus, quinquagenario maior obtruncatus est.

13 ¶Patricius Senēsis i factiōe vrbis Romę securi pcussus ē.

14 ¶Pleriq; martyrū hoc supplicio vitā finiuerūt, vt Ansanus, Agathon, Abundius, Annonaria, Argeus, Audiface, Anastasius monachus, Apronianus, Aquilinus, Asterius, Apollonius Pergamenus, Antias Eleutherii mater, Apollonius senator, Adelbertus eps, Antymus, Andeolus subdiaconus, Antonius, Archileus, Anolinus, Anastasi⁹, miles. Abdon, Antonius custos Agathi, Admetus, Antidius eps Turonēsis, Antiochus, Andulphus, Apuleius, Andronicus Ephesius, Asclepiades eps, Amaranthus, Barbara, Crispina, Basilius eps, Barbarus, Basilides, Bonus, Tarson, Theodora virgo, Tiburtius, Valerianus, Tertulinus, Timotheus pres byter, Terētianus, Theonistus, Porphyri⁹, Pelagius, Calanicus, Citon, Colūba, Concordius, Clerus Diaconus, Cāti⁹, Cantian⁹, Cātianilla, Cyrinus, Cyrillus, Christophor⁹, Cucuphans, Carpophorus, Corneli⁹ papa, Caprasius, Crispinus, Crispinianus, Chrysogonus Cerbe rus Adriani præfectus, Saturninus, Sisinnius, Satyrus, Sabinus, Serenus monachus, Sulpitius, Simon archiepiscopus, Simplicius, Susanna, Sixtus, Secundus, Secundianus, Symphorianus, Sabina, Seraphia, Darfosa, Desyderius eps, Donatus, Dionysius, Doninus, Eulalia, Eugenia, Emitterius, Eleutherius, Epipodius, Prisca, Patroclus, Phylleas, Phylloronius, Parmenias, Primus, Pancratius, Pontius episcopus, Procopius, Piaton, Plato, Prothus, Hyacynthus, Fuscianus, Felix Pres byter, Felix episcopus, Fabianus papa, Faustinus, Fandilla, Flora, Flaccus, Firminus, Fides virgo, Felicianus, Felicitas, Faustina regina, Georgius, Gordianus, Genesius, Gurias, Vincentius, Valentinus episcopus, Hermolaus pres byter, Hermes, Hyacynthus Eunuchus, Iulianus, Iuliana virgo, Iulius, Ianuarius, Iacobus minor, Iosias, Iustus, Nereus, Nazarius, Lucianus, Longinus, Lucilla, Leodegarius, Leonides pater Origenis, Marinus, Martina, Marcissus, Marius, Martha,

Marinus miles, tres Martiani, Marcellinus, Mutius, Margareta, Marcellianus, Ruffinus, Romanus, Reparata virgo, Quirianus, Largus, Crescentianus imperator, Iuliana, Euthyanus, Diomedes, Chariton, Philadelphus, Agapes & alii propè infiniti.

¶ Mortui diuersis morbis.

1 Antipater Sidonius
Antonius monachus
Guido petramala
Colūbanus
Serena
Tacitus impe.
T. Vespasianus
Ant. pius.
Leo
Gotfredus rex
Alexāder Pon.
2 ¶ Traianus
Henricus ipe.
3 Septimius ipe.
Iustinus impe.
4 ¶ Heracli⁹ ipe.
Michael Paphlago
Crantor
5 ¶ Domiti⁹ Calderinus
Fatius
Zoe
Cōstantinus
S. Ludouicus
Alphonsus
Antonius imp.
Michael maurocenus
Furius Camillus
Oppian⁹ poeta
Hostilianus
Paralius
Xantippus
Io. Andræas
Lucius Pont.
Hermolaus
6 ¶ Valentianus
Paulus Pont.
L. Annius
Fr. Petrarcha
Gaspar
7 ¶ Grimoaldus
Alexāder imp.
Attila
8 ¶ Lycon
Tyrannion
9 ¶ Albertus dux
Theophil⁹ imp.
Michael Balbus
Sanson
Austrigildis
10 ¶ L. Crassus
Bonifacius.

¶ Mortui febre.

¶ Antipater Sidonius die suo natali semper febre labora
1 bat, eoq; morbo periit vltima senectute.
¶ Antonius monachus febre itidem correptus quieuit in domino, ætate beati Gregorii.
¶ Guido petramala Vbertinorum princeps, apud Nigrū montem hoc itidem morbo expirauit.
¶ Columbanus monachus cœnobii Luxouiensis itidē.
¶ Serena Diocletiani vxor dolore martyrū à marito interfectorum in febrem incidit, qua extincta est.
¶ Tacitus imp. Apud Tarsum febri itidem absumptus est. Author Sex. Aurelius.

Titus vespasianus in agro Sabino.

Antonius Pius duodecim milibus passuum ab vrbe, apud Loricos in villa sua.

Leo Cōstātini Capronymi filius eodē periit morbo.

Cotfredus primus rex hierosolymæ, anno vno post ipsam vrbem captam.

Alexander Iudęorum pontifex quartana.

Ventris profluuio.

Traianus dum rediret ex Syria, ex profluuio decessit, anno imperii. 10.

Henricus septimus imperator itidem.

Morbo articulari.

Septimius Seuerus imperator decessit morbo articulari, septuagenario maior.

Iustinus iunior graui pedum dolore, anno imperii sui vndecimo.

Morbo intercutis.

Heraclius imp. periit intercutis morbo anno īperii. 31.

Michael Paphlago eo morbo laborans Michaelem Calaphatem hæredem instituit.

Crantor Solēsis? Xenocratis auditor eadē pīit morte.

Mortui peste.

Domitius calderinus pria Veronensis, natus annos. 30. decessit ex pestilentia.

Fatius quoq; Pisanorum comes vir iustissimus, eodem periit morbo.

Zoe imperatrix, & constantinus Monachus, eius maritus eodem ferè tempore pestilentia interierunt.

Volaterranus ait beatum Ludouicum à secunda expeditione in Saracenos redeuntem, pestilentia passim castra occupante vnà cum Ioanne filio periisse.

Alphonsus vndecimus rex Hispaniæ dum Saraut & Zibatar oppida obsideret, eodem periit morbo.

Antonius imperator decessit pestilentia, sexta quàm ægrotasset die.

Michael Maurocenus dux Venetoꝝ eodē periit mō.

Furius Camillus octogenariꝰ, pestilētia Romę interiit.

¶ Oppianus poeta (qui de piscibus scripsit) Roma in Ciliciam patriam reuersus ibidem ingruente pestilentia suffocatus est, anno ætatis. 30.
¶ Hostilianus Perpenna paulo post assumptum imperiũ eodem periit fato.
¶ Cęli⁹ scribit Paraliũ & Xãtippũ eodẽ suffocatos exitio.
¶ Ioannes Andræas Ioannis Calderini præceptor decessit Bononiæ ex peste.
¶ Lucius secundus sum. pont. anno sui pontificatus vndecimo peste consumptus est.
¶ Hermolaus Barbarus, eodem modo Romæ expirauit, & in fata concessit.

¶ Mortui Apoplexia.

6 ¶ Valẽtinian⁹ imp. cõtra Sarmatas (q Pãnoniã occupauerãt) ꝓfectus, voce aliquãdiu amissa Apoplexia mortu⁹ ẽ.
¶ Paulus secundus pontifex, dum post cœnam cum Architecto Aristotele sermonem haberet, obruente crapula repente ex Apoplexia mortuus est.
¶ L. Annius verus à M. Antonio ad imperii partem accitus, dum inter Altinum atq; Concordiam iter faceret, Apoplexia itidẽ extinctus est. Author Sex. Aurelius.
¶ Fr. Petrarcha in agro Patauino, Apoplecticus itidem mortuus est.
¶ Caspar Theologus, trium Cæsarum cancellarius, mortuus est in Bohemia ex Apoplexia.

¶ Mortui sanguinis fluxu.

7 ¶ Grimoaldus decimus Longobardorum rex post Fleubotomiam in brachio factam, dum sagittam in colũbam direxisset, erũpente cõtinuo sanguine expirauit.
¶ Alexãder imp. Basilii fili⁹ erũpente naribus sanguine.
¶ Attila rex Pannoniæ multo vino potus, dum quiescere teruptione sanguinis (qui ei de naribus solitus erat effluere) suffocatus est. Author Paulus Diaconus.

¶ Podagra.

8 ¶ Lycon seu Glycon philosophus Socraticus periit podagræ morbo annos natus. 74.
¶ Tyrannion Grammaticus (qui tria librorum milia fert habuisse)

habuisse) decessit iam senex morbo podagræ.

¶Dysenteria.

9 ¶Albertus Austriæ dux, Pannoniæ & Bohemiæ rex, dũ à Turcis in Austriã rediret, Dysenteriæ morbo decessit, postq̃ biennio imperasset.

¶Theophilus imperator post Michaelem Balbum, Dysenteria itidem periit anno.12.imperii sui.

¶Eodẽ quoq; morbo periit eius pater Michael Balbus, seu Thraulus.

¶Sansonem Chilperici regis filium Dysenteria expirasse testis est Gregorius Turonensis.

¶Idem scribit Austrigildem reginã eodẽ modo periisse.

¶Dolore laterum.

10 ¶L.Crassus orator, questor iteriit ex dolore laterũ, quũ in senatu contra Philippũ consulẽ acerrime declamasset.

¶Bonifatius nonus anno.14. & mense.9. sui pontificatus, eodem periit fato.

¶Mortui diuersis aliis casibus.

1 Aeschylus	12 Amos	23 Attili⁹ Regulus
2 Arrius	13 Anatholia	24 Arcadius
3 Constantinus	14 Gregori⁹ pont.	25 Andronicus
4 Orpheus	15 Leucippas	26 Bassius
5 Pius.3.pont.	16 Ioãnes Scotus	27 Corona
6 Diodorus	17 Psammenitus	28 Minutia
7 Eupolis	18 Carol⁹ magnus	29 Oppia
8 Lacydes	19 Ibycus poeta	30 Hely
9 Pericles	20 Ioãna regina	31 Adrianus
10 Procopius	21 Alexander	
11 Timagenes	22 Dirce	

AEschylus poeta in Sicilia mœnibus vrbis (in qua morabat̃) egressus aprico in loco resedit. Super quem Aquila testitudinẽ ferens, elusa splẽdore capitis (quod erat capillis vacuum) eandem perinde ac lapidi illisit, vt fractę testudinis carne vesceret̃. Quo ictu mortuus ẽ poeta. Author Val.Maxi. & Policianus in Nutricia. Aeschylus aeriæ casu testudinis ictus,

2 ℭArrius Alexādrinus Armodii filius dum suam heresim (qua filiū ab ęterna pr̄is substātia conabat̄ abducere) passim disseminasset, acriusq; serperet, & eundo vires acquireret ipsum cōtagiū, suæ tādē ipietatis pœnas luit. Etenim dū Cōstantinopoli secessum peteret, vētris exonerādi cā, fluentibus in foricā intestinis, miserā euomuit vitam, eius postea iudiciū experturus de quo pperam senserat.

3 ℭConstantinus Capronymus periit Elephantiasi quum annos. 35. imperasset.

4 ℭOrpheus Calliopes & Apollinis filius quū ꝑpter liberalē formā à mulieribus adamaret̄, ac nihilominꝰ amore sui captas auersaret̄, vel quod esset castissimus, aut (vt aliquibus placet) ꝓcliniore in mares libidine, à Męnadibus iter Bacchi sacrificia occisus ē. Qui q̄ saxa & arbores cātu duxerat, & leones exarmauerat, duras mulierum ceruices emollire nō potuit. Ouid. Li. 11. Inde cruētatis vertunt̄ in Orphea dextris Cōiciūt thyrsos nō hęc i munera factos, Hę glebas, illę direptos arbore ramos. Pars torq̄nt silices.

5 ℭPius Tertius ponti. Maxi. vlcere cruris (quo diu laborauerat) ad extremum periit.

6 ℭDiodorus Cronus sapientiæ dialectic̨ ꝓfessor pudore expirauit, lusoria quæstione non ꝑtinus ad interrogationem Stilbonis dissoluta. Author Pli. Lib. 7.

7 ℭEupolis poeta Niciæ Athenienfis filius primo die nuptiarum ruina lecti vna cū vxore interfectus est. Ouidius in Ibin. Sit tibi coniugii nox prima nouissima vitæ Eupolis hoc periit & noua nupta modo.

8 ℭLacydes philosophus Cyrenæus excessit ex paralysi circa Olympiadem. 134.

9 ℭPericles Athenienfis Thucididis æmulus in administrā da rep. excessit morbo lento.

10 ℭProcopius tyrānus insurgēs cōtra Valentē principem, apud Natoliam Phrygiæ ciuitatem victus, reflexis ꝑ vim arborum truncis alligatus & discerptus est.

11 ℭThimagenes Alexandrinus sub Pompeio captiuus Romam ductus, periit ex vomitu post cœnam.

12 ℭAmos ꝓpheta ab Oxia filio vecte per tp̄a trāsfixus est.

13 ¶ Anatholia virgo iussu Faustiniani præsidis gladio per latera transuerberata est.

14 ¶ Gregorius vndecimus Pontifex Max. dum annis octo sedisset, intolerabili vesicæ dolore concessit in fata.

15 ¶ Cæli⁹ scribit Minyę cuiusdã filias eo furore percitas, vt humanis carnib⁹ vescerent, imò ẽt filios ad eãdẽ sortiret, ac Leucippã Hippasũ filiũ (quẽ petierat sors) laniauerint.

16 ¶ Ioãnem Scotum Christianæ Theologiæ disciplina p̃stantem (dum erudiẽdis in Britannia pueris operã daret) facta conspiratione discipuli sui graphiis occiderunt.

17 ¶ Scribit Herodotus Psammenitum Aegypti regẽ poto sanguine taurino suffocatum.

18 ¶ Carolus magnus Aquisgrani (vbi templum. S. Martini extruxerat) decessit pleuresi.

19 ¶ Ibycus poeta à latronibus correptus spe p̃dæ dum cultros iugulo vidit instare, p̃teruolantes grues obtestatus est. Aliquanto post tpe dum homicidæ sederent in foro, rursumq; grues superuolarent, per iocum inter se susurrabant in aurem. Adsunt Ibici vltores. Quo sermone audito, homicidii suspectos habuerunt qui audiuerant, correptosq; tormentis ad verũ coegerũt, & ex eo quæstionem exercuerunt. Atq; re comperta scelus vlti sunt. Ausonius. Ibycus vt periit, vindex fuit altiuolans grus.

20 ¶ Carolus paruus Roberti Siciliæ regis filius Ioãnã fratris sui Andreæ vxorem puluillo ori iniecto enecauit, q illa maritum suum interfecisset.

21 ¶ Alexander Macedo Bessum Bactrianoꝝ ducem bello victum curuatis per vim arboribus alligauit, quas demum tanto impetu concitatas remisit, vt laniata passim membra disiecerint. Author Plutarchus.

22 ¶ Dirce mulier dolens maritum suum Lycum Antiopæ amore captum Antiopam ipsam tauri cornibus alligauit, ad cuius vociferationem protinus accesserunt Zethus & Amphion eiusdem filii, qui ad vlciscendam iniuriam matri factam, tauro indomito Dircẽ alligauerunt, eaq; morte extinxerunt. Propertius Lib. 3. Tu reddis pueris matrẽ, puerisq; trahendam Vinxerũt Dircẽ sub trucis ora bouis.

23 ℭ Attilius Regulus Xantippi ducis Lacedæmonioꝝ insidiis ab Asdrubale captus, missusq; ad pplm Romanum legatus, vt ex se vno & sene Carthaginensiũ captiui pensaretur, dato in cõtrariũ cõsilio ad inimicos iuxta præstitam fidẽ rediit. A qbus in arcam ligneã coniectus clauis introrsum adactis, efferatam Barbaræ gẽtis sæuitiã expertus est. Demũ palpebris oculoꝝ inferne & sursum versum consutis, Soli expositus, aliisq; postmodũ multis tormẽtis lẽto peremptus fato. Claudianus, Prorogat æternã feritas tibi Punica palmam Regule.

24 ℭ Arcadio martyri manus primum, demum pedes, eoq; modo cætera mẽbra seriatim amputata sunt.

25 ℭ Andronicum martyrẽ Maximus Præses circa ventrem papyris inflãmatis fecit exuri, incensos clauos eius digitis apponi, ignitũ ferrum in os imitti, dentes excuti, cõfractis maxillis linguã abscindi, ad extremum capite puniri.

26 ℭ Bassius eps à Perẽnio pside in eculeo primũ suspẽsus, demũ laminis ardẽtibꝰ circa latera appositis excruciatꝰ, fustibꝰ & scorpiõibus cæsus, i ignẽ missus duobus postremo verubꝰ à talo ad verticẽ capitis ꝯfixꝰ, spiritũ deo reddidit.

27 ℭ Corona mulier sub Antonio Impe. arboris ramis per vim reflexit alligata, eisdẽ in aera remissis discerpta est.

28 ℭ Minutia Vestalis suspecta libidinis ꝓpter elegantẽ corporis cultũ, viua defossa est.

29 ℭ Oppia quoq; vestalis cõperta stupri, obruta est terra. ℭ Hely sacerdos quũ in filioꝝ Ophni & Phinees delictis cõniueret, eosq; relinqueret ĩpunitos, de sella cadens fracta ceruice expirauit, dño dissimulationẽ vlciscẽte.

30 ℭ Aprianus quoq; martyr extinctus est crucifragio, sub Maximiano imperatore.

ℭ Mortui qui reuixerunt.

1 Auiola	4 Corfidius	7 Aesopus
2 L. Lamia	5 Gabienus	8 Palici
3 Cælius Tubero	6 Glaucus	9 Athena.

1 Auiola vir consularis, authore Plinio in rogo reuixit. Et qm̃ subueniri non poterat, præualente flãma viuꝰ crematus est. Idem de L. Lamia traditur.

Cælium Tuberonē functum præfectura à rogo relatū idem ait ex testimonio Messalæ.

4 Ait & Corfidium funere locato reuixisse, & locatorem funeris ab eo elatum.

5 Gabienus fortissimus classiū Cæsaris à Sex. Pompeio captus eiusdē iussu incisa ceruice iacuit in litore tota die. Deinde quū aduesperauisset, petiit vt Pompeius ad se veniret, testatus se ab inferis remissum habere, quod nūciaret.

6 Ferūt Glaucum quēpiam mortuum præter oīum expectationem gustato mellito pharmaco reualuisse. Alii multis accurrentibus medicis, herba (quam draconē vocant) vitæ restitutum dicunt. Author Erasmus in explanatione illius adagii. Glaucus poto melle resurrexit. Draco herba. Prouerbium.

7 Aesopū ex Phrygia fabulatorē, Tyndareum quoq; & Herculē reuixisse, Testis ē Cęli° Li. 8. Lectionū antiquarū.

8 Aeschylus apud Volaterranum scribit Palicos Iouis & Thaliæ filios mortuos vel iterum reuixisse. Palici.

9 Athena Cataldi (q postea fuit eps) mr̄ i partu mortua, ab ipso Cataldo primū nato ad vitam solo amplexu reuocata est. Qd̄ si Veꝝ ē, mirū i eo futurę sctitatis fuit ostētū.

Qui in mortuos sæuierunt.

1 Septimius Seuerus in Clodium Albinum	9 Tullia in Seruium tulliū patrem
2 Achilles in Hectorem	10 Antonius & Fuluia in Ciceronem
3 C. Rabirius in Apuleiū Saturninum	11 Sylla in Marium
4 Thomyris in Cyrum	12 Ptolemæus in Cleomenem
5 Cambyses in Amasim	13 Andebunthus in Aroldū fratrem
6 Cambyses in Sysamenē	
7 Amathusii in Onesilum	
8 Parthi in Crassum	

1 

Eptimius Seuerus Clodio Albino (quē Cæsarem dixerat) tumultuanti caput abscidit, reliquumq; eius cadauer equo refugienti dedit conculcandum.

2 Achilles Hectorem Patrocli sibi charissimi interfectorem occidit, occisum ter circū Troiæ muros ra

puit curru. Quumq; instar frendentis beluæ immanitatē expleuisset, Priamo patri venale cadauer exposuit. Propertius lib. 2. At postq̄ sera captiua est reddita pœna. Fortem illum Hemoniis Hectora traxit equis. Virgil. Ter circū Iliacos raptauerat Hectora muros. Et alibi. Raptatus bigis vt quondam quaterq; cruento Puluere, perq; pedes traiectus lora tumentes.

3 ¶ Apuleius Saturninus Tribunus plebis, quum Græcorū leges Agrarias vellet asserere, à C. Mario & L. Valerio cōsulibus in Capitolio obsessus, deditionem tandem facere coactus est. Captus autem, fustibus & saxis coopertus ibidem expirauit. Mortui caput C. Rabirius senator per conuiuia in ludibrium circūtulit.

C. Rabirius

4 ¶ Cyrus rex Persarum, quum Sargapisem Thomyris Scytharum reginæ filium bello captum ad mortē impulisset, irata mulier non prius finem fecit furori, q̄ mortuum vlta sit. Contractis itaq; copiis ita conflixit, vt maximā inimicorum partem cum ipso etiamnum rege occiderit. Nec tamen hoc euentu ꝓpterea emollita est animi rabies. Mortui enim caput in vtrē humano cruore plenum demisit, his verbis insultans. Filii mei sanguinē hausisti, & meū sitiuisti Cyre. At ego è cruore saturabo. Author Herodotus.

Thomyris

5 ¶ Cambyses rex Persarum mortuo Psammenito Aegypti rege (quem victum ad haustū cruoris taurini coegerat) è Memphi in vrbē Sain abiit, ibiq; Amasis cadauer è cōditorio reuelli, reuersum verberibus cædi & vellicari, stimulis deniq; pungi, & cōtumelia infestari, ac postremò cōburi iussit. Herodotus Author.

6 ¶ Idem Cambyses Sisamenem iudicē (q̄ iniuste pecunia corruptus iudicasset) interemit, īterempto coriū detraxit, detractū in lora concidit, eoq; tribunal (in quo perperā & inique iudicauerat) operuit. Atq; Otanē eius filium ibidem sedere iussit, & periculo patris, ab iniquo iudicio cauere. Idem Author.

7 ¶ Onesilus Gorgii Salaminiorū regis frater, qm̄ Cyprios induxerat, vt Dario se submitteret, cōprehensus ab Amathusiis (q̄bus id volebat ꝑsuadere) obtruncatus ē. Eiusq;

Amathusii

caput supra vrbis portas suspēderūt, Author Herodotus.

8 ¶ M. Crassus facile docet inexplebilem hoīum auiditatē nullis auri cumulis: nulla bonoꝝ myrmecia aut drachmæ grandine expleri, sed crescere semper & augeri copia. Nā quum esset ditissimus Romanoꝝ, haberetq; tm̄ agri, q̄tū nec miluus obetret, sibi tn̄ modum præscribere, aut tēperare nō potuit, quin Parthos (quoꝝ opes sitiebat) aggrederet. A quibus cū toto exercitu fusus, imodice libidinis dedit pœnas. Non solum enim à Pomaxarte occisus est, verum mortuo quoq; insultarūt inimici. Causam si quidē agnoscentes, qua bellum susceperat, in caput interfecti aurum liquauerūt, hisq; irriserunt verbis. Aurū sitisti Crasse, Aurum ad saturitatem bibe.

9 ¶ Tarquinius Superbus Seruiū Tulliū sextū Romanorum regem (vt regno succederet) morti dedit, cuius filiā noīe Tulliam in vxorem prius duxerat. Scelerata mulier eadē regnandi libidine qua maritus pruriens, vbi intellexit patrem interfectū, vehiculo se ꝓpere ferri iussit, vt interfectori gratularet. Quum autē inter eundū, cōperto cadauere, equi & auriga cōstitissent, erubescerentq; mortuū cōculcare, mulier nefaria currū super faciē mortui parētis duci iussit. Vnde Seneca ī Octauia. Dedit ifandi Sceleris pœnas cū Tarquinio Tullia cōiunx, quæ p cæsi mēbra parentis, Egit sæuos impia curr⁹, Laceroq; seni Violēta rogos nata negauit. Ouidius in Ibin. Infamemq; locum sceleris quæ noīe fecit, Præssit & inductis mēbra paterna rotis.

10 ¶ Odio Ciceronis vsq; adeò exarsit Antonius, vt mortui caput in mensa apponi voluerit, perq; diem illud aspexerit, quousq; tali spectaculo aīum exsatiasset. Author Appianus Alexandrinus. Antonii quoq; vxor Fuluia caput ipsum maledictis primum, ac diris execrata est. Deinceps īspuēs, gremio suo apposuit, acriusq; despiciēs, linguam illi faucibus extraxit, eamq; acicula plerūq; cōfixit. Vnde Quintian⁹ ī Cleopoli, Latiā foderet nec Fuluia linguam.

11 ¶ Sylla rerū potitus corpus Marii iam defuncti reuellit, atq; disiecit. Quapropter talionē formidans corpora cremari instituit. Authores Plu. & Cice. Lib. 2. de Legibus.

12 ℭClemenes dux Spartanorum fugatus ab Antigono, ad Ptolemeum se recepit. A quo benignè primum exceptus, mox Nicagoræ cuiusdã calũnia insidiarũ suspectus, se interfecit. Interfectũ rex pelle nudauit, crucique affixit.

13 ℭAroldus rex Anglorum Cuntonis filius nothus patri successit. Quod ægreferens Andebunthus (q erat legitimus) mortuum Aroldũ refodi iussit, refossum in mare proiici.

ℭDe vano inhumandi ritu.

ℭInexpiabile quondã scelus creditũ est sepulchra violasse, adeò vt lex sacrũ esse locũ iusserit, vbi corpus hois demortui iaceret, diceretur(que) minxisse ĩ patrios cineres, cui oia sinistrè cadebãt & inauspicatè. Apud nos quoque, Christianis dãnat ceremoniis, q aut lotiũ in sepulchretis egesserit, aut aliquid aliud ibidè fecerit imundum. Neque hoc ipsum apud nos solũ religiosum est. Nã nulla prope tam efferata gens est, quę nõ senserit habendã sepulchrorum rationem præter paucos Barbaros, qui quũ beluino propè ritu inter se degant, nihil mirum, si aliorum vestigiis nequaquã insistant. Nunc de vtrisque loquendũ, his scilicet quibus nulla est funerũ cura, & illis qbus maxima.

ℭLothophagi suos in mare defunctos abiiciũt, asseuerãtes parũ interesse, humõne, an aqua, aut igne absumant.

ℭAlbani olim nefas putabãt curam mortuorum agere.

ℭSabæi corpora defunctorum eodè quo stercus modo, ducebãt. Quin etiam reges reiiciebant inter sterquilinia.

ℭTroglodytæ mortui ceruicem pedibus alligabant, & raptim cum iocis & risu efferebant, nullaque habita loci ratione, mandabant terrę.

ℭScytharum verò mos longè melior, qui mortuos inter epulas, vorare causa honoris consueuerant.

ℭHyrcani nõ ad aliũ vsum nutriebant canes, q̃ vt eis functos vita vorandos obiicerent. Author Cicero.

ℭAtheniensibus tanta fuit sepulchrorum cura, vt si qs dux bello peremptos, sepulchro honestare neglexisset, capite plecteretur.

ℭMacedonibus nullũ fuit tam solène militiæ munus, q̃ suos sepelire.

¶Apud hebræos cautum fuit lege, ne insepultum hostē relinquerent.

¶Antiquitus nemini licebat in vrbe Roma sepeliri, nisi his tm̄, qui optime de Rep. meruissent. Propterea ferunt Adrianum imperatorem aureorum quadraginta pœnam statuisse in eos, qui in ciuitate sepulchrum fecissent.

¶Aegyptii in domorum ędificatione negligētes miro sum ptu, superbaq́ magnificētia cōstruere sepulchra cōsueue rant, operæq́ pdigiosæ Pyramides, ꝙ existimarēt defun/ ctorum domos sempiternas. Viuorum verò domicilia eē velut vitæ momēto transeuntis diuersoria. Iidem mortuos con diūt, & eos domi seruāt. Author Cicero Li. I. Quęst. Tusc.

¶Persæ cæra circunlitos itidem condiunt, vt magis diu/ turna sint cadauera. Author Cice.

¶Mos erat Magorum, non humare corpora suorum, nisi prius à feris laniata. Author Cice.

¶Pleraq́ Assyriorum corpora in locis palustribus fuisse condita feruntur.

¶Apud Gerros Scytharum populos, quum rex fato con cessit corporis auferūt intestina, positisq́ inibi aromaticis herbis ventrē demum consuunt. Gerri

¶Persarum in luctu mos est detondere in lugubri veste coniuges ac liberos.

¶Indi pulchrū putāt diē fati præuenire, imò verò se vi/ uos cremari iubent. Coronatiq́ deorum laudes concinunt. Nullus honos solutis senectute corporibus exhibetur.

¶Solebant pleriq́ Ethnici diebus nouē mortuos flere, vnde Nouendalium sacrorum manauit consuetudo.

¶Apud Tauros quum rex morit̄, charissimi quiq́ spon/ te simul commoriuntur.

¶Sindi tot pisces, in sepulchra mortuorum, mittunt, quot hostes interfecerunt.

¶Phryges marmoribus pro sepulchro suspendunt.

¶Massagetæ eos q morbo pereūt, tāq̄ ipsos canib᷒ dant ī pdam. Bello verò īterfectos honore maximo psequunt̄.

¶Mos fuit plerisq́ populis mulieres conducticias (præ/ ficæ vocabantur) comparare, quæ in eorum morte luge/

rent, quibus deessent parentes.

¶ Mortuo apud Græcos vel principe, aut quouis alio magnæ authoritatis viro, duodecim hostes velut victimæ occidebantur, quemadmodum quosdam Troianorū Patroclo contumulauit Achilles.

¶ Syli⁹ Italic⁹ li. 13. varios funerādi rit⁹ describit his vsib⁹.

tumuli, & cinerum sententia discors.
Tellure (vt perhibent) is mos antiquus Ibera,
Exanima obscœnus cōsumit corpora vultur.
Regia quū lucem posuerunt membra, ꝓbatum est
Hyrcanis adhibere canes. Aegyptia tellus
Claudit odorato post funus stantia saxo
Corpora, & à mensis exanguem haud separat vmbram.
Exhausto instituit Pontus vacuare cerebro
Ora virum, & longum myrrhata reponit in æuum.
Quid, qui reclusa nudos Garamantes arena
Infodiunt? Quid, qui sæuo sepelire profundo
Exanimes mandat Libycis Nasamones in oris?
At Celtæ, vacui capitis circundare gaudent
Ossa (nefas) auro, & mensis ea pocula seruant.
Cecropidæ ob patriam Mauortis sorte peremptos,
Decreuere simul communibus vrere flammis.
At gente in Scythica suffixa cadauera truncis
Lenta dies sepelit putri liquentia tabo.

¶ Porrò lege fuit olim sancitū, ne q̄s sepulchrum faceret operosius, q̄ ꝙ decē hoīes triduo possent absoluere.

¶ Demetrius lege sanxit, vt mortui ante lucē efferrent.

¶ Funerare ī bello corpora primus docuit Hercules.

¶ In exequiis cupresso fores ornare fuit moris, ꝙ hæc arbor sit Plutoni sacra.

¶ Solon mortē suā lugeri, iussit, ꝯtra verò Ennius vetuit.

¶ Cyrus apud Xenophontem inhibet, ne corpus suū auro aut argento includat, sed terrę mandet ꝓrinus.

¶ Tobias sepeliendis mortuis vacabat.

¶ Machabe⁹ inimicoꝝ iterfectoꝝ cadauera sepeliri iussit.

¶ Alexāder Darii īterfecti corp⁹ mrī tumulādū præbuit.

¶ Pauli Aemylii cadauer Annibal hostis sepeliuit.

¶Bruta aliaq; aīalia honorata sepulchris aut statuis.
¶Alexāder equum habuit Bucephalum noie, qui regio instratus ornatu, nullum alium ab Alex. sessorem admisit, alios passim reiiciens. Propterea rex defuncto duxit exe/quias, vrbemq; muro circūdedit nomine eius. Bucephalus
¶Cæsaris quoq; dictatoris equus neminē aliū dorso recepit. Idem hoīs similes pedes habuisse fert, hac effigie lo/catus ante Veneris genitricis ædem Author Plinius. Sta/tuam eius graphicē describit Statius Lib. 1. Syluarum. Equus Cesaris
¶Equus Augusti Cęsaris mortu⁹, tumulo honoratus est. Equus Augusti
¶Agrigenti complurium equorum tumulis superpositę sunt Pyramides.
¶Cimon Atheniensis equabus (quibus in olympico cer/tamine tertium vicerat) sepulchra erigi propē suum mo/numentum iussit. Author Plutarchus.
¶Romæ fuit Coruus qui humano sermoni assuefactus, omnibus matutinis euolans in rostra, Tyberium, Germa/nicum, & Drusum Cæsares noīatim, mox transeuntē po/pulum salutabat. Quem quū postea nescio quis ira pcitus occidisset à populo factum ægreferente, saxis obrutus est, Funusq; aliti innumeris celebratum exequiis. Coruus
¶Xantippus dux Lacedęmonioꝝ canes familiares ac do/mesticos curauit humādos. Vnū pręcipuè in arce, cui loco Cynotaphiū extitit cognomentū. Author Plutarchus. Canis
¶Saxo Lib. v. Danicarū historiarū scribit Arsuitū Biorno nis filium cū cane & equo fuisse humatum.
¶Ceruus Syluię (qui vulnere violatus, causa fuit belli in/ter Troianos & Latinos) rosis & tumulo ornari meruit. Ceruus
¶Herodotus scribit Feles mortuas magno luctu defleri ab Aegyptiis, demū ad sacra tecta deferri, vbi salsæ sepeliū/tur in vrbe Bubasti. Canes quoq; in sua quisq; vrbe tumu/lant sacris in locis. Vrsos q sacri sunt, & lupos nō multò vul/pibus grādiores eo sepeliunt loco, vbi iacētes inueniunt. Crocodiliū (vbi morte obiit) sale conditum sacris in vrnis sepeliunt. Viuenti gēmas & inaures appendunt. Fe[illegible] Canis Vrsi, lupi Crocodilus
¶Lethargus Hippamonis equus mortuus cum mortuo domino inhumatus est. Le[illegible]

Aura ¶ Auram Atalantæ catulam, quum Calidonia sus pemisset, bruto ab indigenis sepulchrum erectum est.
Gargitios Geryonis canis Gargitios Cerberi frater, ab Hercule cæsus, in Iberia monumentum habuit.
Corn ¶ Marthes rex Aegypti cornicē habuit impendio mitē, adeoq; cicurem, vt quocunq; fuisset imperatum literas deferret, sciens quò transuolandum, vbi sidendum, quiescendū ve foret. Propter quod obsequiū adeò mite, nulliusq; stipendii indignū, rex dignā putauit cui erigeretur tumulus. Quod qm̄ apud auditores ægrè capit fidem, si cui videor hoc finxisse, videat Cælium Lib.xiii.Cap.58. qui ex Græcoꝝ monumentis hoc ipsum aduocat.
Equi. Molossi. ¶ Apud Persas equi, apud Molossos canes sepulchra & exequias meruerūt. Vnde Statius Lib.ii. Syluarum. Gemit inter bella perēptū Parthus equum, fidosq; canes fleuere Molossi, Et volucres habuere rogum, ceruusq; Maronis. Item Stroza filius. Suos de more Molossa vetusto Cōdit terra canes, cineres nec lædit opertos.
¶ PARERGON. Ingrati qui Colūbarum instar parentes rostris impetūt, & pabulo spoliant: quiq; more viperarū ꝓ vita rependūt mortē, hac historia speculū sibi faciāt, discantq; Ciconias imitari, quæ parentibus senio confectis, victū ministrant insigni pietate. Proponāt suis oculis antiquitatem, quæ nullū obsequii genus incōpensatū, ac sinē mercede reliquit, nec ipsis qdem brutis aīalibus suū vectigal derogauit. Et sanè crudelis est animi, eū nō agnoscere, cuius opera tibi fuerit emolumēto. Propterea Porcius Cato vir alioqui laudatissimus, magno crimini se fecit obnoxiū, multumq; maculæ in tota posteritate sibi contraxit, q seruos ætate & senio confectos ablegauerit prinus. Quasi verò bobus emeritis pabulo sit interdicendū. Aut nulla prius eoꝝ sit habenda ratio, quos fixis ad Herculis postē armis iam donatos Rude, inualida ætas & vires iā defectæ cogūt quiescere. Aut quasi sublata ab hoībus vtilitate, nihil amplius humanitatis tribuendū sit. Atheniēsis populus publica alimēta ꝯstituit mulis, quoꝝ opera vsus fuerat in ædificio publico, solutosq; vinculis per pascua

libere errare permisit, velut libertate donatos. Quinetiã maximo datũ est ꝓbro, si quis boué aratro iam senii causa inutilem, vel reiecisset, vel exposuisset vænalé. Et nos nõ pudebit deoꝝ imortalium obliuisci, qbus tamen corpus, ipsamq́ꝫ adeò vitam & aiam debemus? Pro nihilo habemus parétes aspernari, qui & nos genuerũt, quibus vagitibus nr̃is (dũ in cunis essemus) toties aures obtudimus, toties interpellauimus somnũ, quosq́ꝫ tã frequẽter à cibo aliisq́ꝫ deliciis auertimus, & ad cõgregãdas nobis diuitias antè Auroram surgere, vespertinos lectum petere, corpus ventis, vitã periculis exponere, fraudare geniũ, ac totos desyderio habẽdi prurire & inęstuare fecimus. Quid aũt de præceptoribus? quos licet extremo memoiẽ loco, meritis tñ eoꝝ responderi posse nõ puto. Cur aũt non puto? Qui erudiendi munus aliqũ ꝓfessi sunt, nõ inquirũt causam, At rerũ imprudentes & imperiti rẽ putant esse leuissimam, neq́ꝫ præceptoꝝ vigilias aut labores æstimant pluris q̃ edentulas obstetrices. Qui tñ si aures veritati nõ occluderẽt & sano iudicio, in tota mortalium vita nullã reperirent ꝓfessionem pluribus vigiliis, & maiore animi tædio laborantẽ. Videbor cõminisci fabulas, nisi verbis amplioribus me verũ, & velut ex Tripode loqui probauero. Primum oĩum vt & maiora taceã, & de leuissimis tñ loquar, quot inter legendum scrupi & inexplicabiles nodi passim occurrũt, qui nõ semitarios ludi magistros, sed etiã præcipiendi peritos, rarissimæq́ꝫ notæ præceptores, suspẽsos diem ꝑpetuũ remorant? In quibus si nulla pateat sensus coniectura, tũc eos rationem oportet cõminisci, qua coràm nasutis auditoribus (si quos habeãt tales) suã dissimulent ignorantiã, vt neq́ꝫ reperisse nodũ, neq́ꝫ salebram offendisse videant. Sed vt sint planè docti præceptores, Credis ꝓpterea nullas habere furias, aut semp esse pecto re curis expedito? Imò vero maniam cæteris grauiorẽ sustinent. Nam quo excellentiore sunt ingenio, hoc aĩo in bilẽ ꝓcliuiore. Hoc aũt maiorem còtrahũt bilem, quo certius exploratam habent discipuloꝝ inscitiam. Hoc demũ certius habẽt exploratã, quo eminẽtioribus florẽt literis.

Quã preceptoribus debeamus.

Præterea rabiem medullis induunt, dum vident ignaros priore loco haberi. Et tum ea penè emoriunt, dũ ab ignaris sibi vident iperari. Nec ego inexpertus dico. Vidi enim plerosq; planè isulsos, agrestes, illepidos, gemẽtibus Musis & inuita Minerua natos, qui nec Aesopum quidẽ triuerant, qui tñ (ꝙ auribus Gymnasiarcharum ꝓbè seruiebãt, ac de eorũdem crumena videbant soliciti) aliis egregiè literatis, seriaq; doctina hoibus, sed caput domini cõfricare nescientibus, habebant chariores, ac amplioribus cumulabant obsequiis. Neq; tñ huiusmodi imperiti. Didascali suas non habent furias. Nam præterq̃ ꝙ nihil sciunt (quod est tormenti genus inauditum) multò magis torquent in explicandis nodis, q̃ qui sunt claro ingenio, doctrinaq; non vulgari. Mãdunt, remandũt, ruminãt, adhuc tñ crudum inueniunt, quicquid stomacho inculcãt. Vide quomodo cõcoquent rudes adhuc pulli, quod asini iam ꝓuecti nequeunt. Sunt insuper tyrãnis similes. qui vt potentissimos vrbiũ semper habẽt suspectos, Ita quoq; indoctis hoc genus magistellis apprimè sunt suspecti, quibus ĩ schola amplior est igenii vel doctrinæ thesaurus. Metuũt enim, si qñ aliquod verbũ congrue loqui velint, ne tertio quoq; solœcismi ac barbarismi cõperiant, & accusent. Et qm̃ suæ ignorantiæ sunt intus sibi cõscii, neminẽ esse putant, qui de hoc non somniet, nedum fabulet. Adeò suã ipsi mentẽ reformidant, furiasq; vltrò sibi parturiunt. Nec minus cruciant animi, dum in media eruditoꝝ turba soli cogunt mussare, soli nihil dicere, ne suã barbariẽ amplius euentillent. Sed quod vtrisq;, doctis scilicet & indoctis cõmune est malum, nõ minorem parit crucẽ. In primis furorem affert, & mortem Crambe bis repetita. Lectiones tot verboꝝ cumulis explanatæ, nec dum discipulis intell... torquẽt plus culeo, & furca. His accedit varius pedagogorum gustus, quoꝝ alius vult alũno suo Virgilium, hic Horatium, Iuuenalem ille in schola prælegi. Oibus satisfieri nõ põt. Acquiescas vni, impinges in odiũ alteri⁹. Des breuem infirmioribus ingeniis lectionẽ, reclamabit à præclaris. Primis rudimẽtis innutere, aderũt ꝓtinus qui non sine

tŏuitis dolebūt tādiu liberos suos humi serpere. Sequa-re semp ardua, nō deerūt qui calūnient implumes adhuc pullos prouocari ad volatum. Quid in tāta rerū ambiguitate facias? Qua verò fronte ferendæ sunt parentum querimoniæ? quoq; & clamores in finem diuersum tendunt. Pleriq; patrū volunt acri censura in suos animaduerti. Matres lachrymis & adulationibus hoc deprecant, quarū tñ liberi ea fortè sunt natura, vt sine stimulo nihil oino possint ꝑficere. Demum quū toto trienio nihil aut parū promouerunt, Hic præceptoris furor, atq; vtriusq; parentis, Hic orit dura grauior qrimonia furca. Accidit ite sæpenumero, vt si primoribus digitis ictum (quo nec pereat musca) puero incusseris, accedat ꝓtinus mater, dicatq; te in filii caput colaphis grandinasse, aut pedibus cōculcasse ad mortem. Hæc tñ auribus surdis bibēda sunt. Neq; alia tuis laboribus aderit merces. Quæ oia mihi stomachum non mouerēt, nisi discipulos erudire, sordidum planè, & velut mēdicitatis quędam species videretur, adeò vt illiberales quædam matronæ & Proserpinæ vitam præceptoris sibi deberi putent, si villissimo hospitis Calabri munere eum donauerint. Abite in malam crucem edētulæ venenatæq; Aspides, Abite cum vestris obolis & quadrantibus. Existimatis ꝑpetuum totius anni laborem vestris pēsari xeniolis, aut nullū propterea liberis vestris non deberi studiū, quum vnica fortasse lecti palæstra maius præmium iuuenculæ acceperitis, q̃ ad annuam liberorum culturam erogetis? Oppianus poeta scripto de piscibus opere, tot ab Antonio Seueri filio accepit nummos aureos, quot illic erant carmina. Vendidit Isocrates orationē talētis viginti. Pamphilus pictor neminē minoris talēto docuit. At vos tū egregiè & magnificè vobis videmini fecisse, si vel caprinum caseolū, aut mellitā dederitis placentā. Mihi tñ propter hoc ipsum nō displicet erudiēdi conditio. Doleo tm̄ nullam haberi laboribus gratiā. Neq; aliquid præter Cymices & pediculos ibidem cōparari. Præceptores assiduo clamore exhauriūt pulmonē, & ad Rauī vsq; vociferant, fusosq; Parcarū improbo qnq; labore sibi accelerāt & vi-

tam faciunt breuiorē. Apud discipulos tñ interim ſtitim gratia. Absit aũt, vt hæc mihi inurat macula, tantæq; infamiæ carbone, tanta imundicia nigrescat meũ nomē. Ferreus sim & emoriar, & (vt cũ Horatio loquar) merdis caput inquiner albis Coruorũ, si quis vnq̃ huius sceleris me conuincat. Si ab eorũ recordatione vel vnguē latum recessero, qui meipsum doctrina excoluerũt. Nec de iis tm̃ loquor, qui ætate iam ꝓuectum docuerunt, Illos etiā includo, sub quibus ipsa didici elementa, quiq; primis rudimentis (quę si spreuissem, nõ fuisset maioribus locus) me more nutricis pauerunt. Antē oēs, q̃diu viuam, habebo & reuerēbor loco numinis, pueritiæ meæ doctissimum Aurigam & impœnitendum præceptorem. HVGONEM VITVRELLVM, cui quicquid est in me frugis refero acceptum, Fuit enim artifex fundamentorũ meorũ in prima ætate, quo tpe Corbini (id est oppidũ non ꝓcul Augustuduno) degebam cũ Guillermo Laterano hospite meo viro honestissimo, & amantissimo literarũ. Docebat me q̃ta maxima poterat diligentia, neq; patiebat in schola mihi somnũ obrepere. Negligentiā meam q̃nq; puniebat ferula, Cuius qm̃ videbat me timidissimum, animaduertebat modice, idq; cum risu, Verbisq; frequentius terrebat q̃ verbere. Et quod oīum ꝓbo maximē, nõ solum mihi ꝓderat eius doctrina, sed inculpati quoq; mores, honestissimę vitæ speculum ꝓponebant & exēplum. Nullum vnq̃ verbũ ex eius ore ꝓdibat impudicũ. Quomodo autē ꝓdiisset, quum quid esset ipudicitia nunq̃ periculũ fecisset? Quod ego posito in vadimonium capite affirmare ausim. Nec loquor vt eius seruiā auribus, sed qm̃ ita se habet veritas. Nam multis annis (quos erudiēdis iuuenibus īpēdit hactenus) nunq̃ eius maculæ fuit suspectus. Nec ipse [illegible]cionis malæ præstitit occasionem. Nemo vnq̃ scin[illegible] Veneris potuit in eo augurari, q̃uis nec vxorem duxerit, nec sacris sit initiatus. Inculpata eius vita nullo melius argumento cognoscit, quam ꝙ ꝓpensa in deterius hoīum iudicia, & linguæ in mendacia procliues, nihil vnq̃ in eo sordidum & inhonestum potuerint cōminisci, nedum reperire.

reperire. Nec porrò suspicādum est eum in aliis moribus esse deteriorem. Quoquo te verteris, nihil nisi mundum reperies. Est in primis honesta ī discipulos grauitate, modesto in omnes colloquio, præcipua in sacris locis religione. Temperatè viuit. Parcè in conuiuiis loquitur, nec nisi de virtute. Parcissimus est somni & epularū, Messe tenus viuit. & suo se pede metitur. Et quum nemini detrahat, detractores odio prosequitur Vatiniano. Cæterum quoniā Authore Plinio, nihil est in rerum natura, quod exemplo dierum ac noctium aliquas feriarum vices non postulet, fatigatum studiis & labore spiritū, quādoq; refouet ludo, gaudetq; venandi studio & sagittandi. Quod mea sentētia non est damnandum, quum pleriq; grauissimi & multa laude præsignes viri, ludis vel etiam puerilibus qñq; indulserint. Ferunt Iouis & Alcmenæ filium Herculem puerulis interdū collusisse. Sed & ab Alcibiade quandoq; deprehēsus ē Socrates cū Lāprocle infante Iocans. Magn⁹ Agesilaus cum infantulis nonnunq̄ in arundine longa eqtabat. Quare nec vertēdum est crimini, si ille feria, & quæ virum decet, recreatione interim oblectetur, & se sibi reddat, quum hi nuces etiam repetiuerint, Vt semel finiam, quotiescūq; Hugonis mei reminiscor, videre videor tetrīcum illum cū sua maiestate Quintilianum, virtutis & eloquentiæ præcepta dictantem, discipulosq; moribus pascētem, non minus q̄ doctrina, Reminiscar tui Hugo doctissīme, tibiq; assurgam vt parenti, Dum memor ipse mei, dū spiritus hos reget artus. Et si quando fortuna melior Copiæ cornu mihi suppeditauerit, & me vtraq; māma lactauerit, tu ambabus (quod aiūt) manibus, plenisq; calathis ex meo granario (velut Alcmæon ex ærario Crœsi) hauries & demetiere. Quod dico, vt intelligas me nō esse ex eorum numero q nō agnoscūt bñficia, quiq; vbi primum nidum reliquerunt, euanescente statim gratia præceptoribus faciunt, quod calceis & vasis solet, quę vbi vsu fracta sunt & attrita, abiiciunt̄ ꝓinus. Non erat animus huc digredi, nisi tulissem ægrè opas brutoꝝ melius olim fuisse compensatas, q̄ nunc studia literarum.

¶Pestilentiæ memorabiles.

1 ¶Leone Isauro iperāte, tāta ī vrbe Roma sequitū ē clade, vt trecēta & amplius ciuiū milia peste & fame ↄsumpta sint.

2 ¶Anno à virginis partu. 1400. Florētię pestis triginta hominum milia absumpsit, Porrò scribit Plinius Locris & Crotone pestilentiam nunq̄ fuisse.

¶Damnati Suppliciis apud Inferos, secūdū poetas.

1 Tantalus	3 Ixion	5 Belides	7 Theseus
2 Sisyphus	4 Titius	6 Prometheus	

1 FAbulant poetę Tantalū diis hospitio susceptis, Pelopē filiū apposuisse comedendū, vt eo℞ experiret diuinitatē, Ac ꝓpterea ad inferos ꝑpetua siti ac fame torqueri, aquis & pomis ori imminentibus, quę nō possit arripere.

2 ¶Sisyphus Aeoli filius qm̄ ex hospitibus alios saxo perimebat, alios calce in aquas præcipitabat, hanc apud inferos luit pœnam, vt relabentem semper scopulum ad verticem montis cogatur voluere.

3 ¶Ixionem Thessalum rota perpetua volui dicunt, ꝙ se Iunoni gloriaretur concubuisse.

4 ¶Tityus Iouis filius ꝓpter tētatā stuprí Latonā, ab Apolline sagittis cōfossus est. Hoc aūt supplicio nūc torqueri dicit, vt renascētes eius fibras, iecurq́ꝫ vultur semp dilaniet.

5 ¶Filiæ Danai (quæ ab auo Belo dicunt Belides) propter maritos noctu excepto Lino interfectos perforatis vrnis, aquas apud inferos æternum hauriunt.

6 ¶Prometheus Iapeti filius ꝓpter ignē Ioui surreptū, formatum'q́ꝫ luto hoiem, à vulturibus rodit sub Caucaso.

7 ¶Theseus Aegei filius ꝑpetuo dānat ocio, ꝙ cū Pirithoo Proserpinam rapere voluisset. Virgilius Lib. 6. Sedet, æternum'q́ꝫ sedebit Infœlix Theseus.

8 ¶Superest vt oīa testimoniis poetarū cōfirmemus. Ouidius Lib. 4. Meta. inquit.

Viscera præbebat Tityus lanianda, nouem'q́ꝫ
Iugeribus distractus erat. Tibi Tantale nullæ
Deprenduntur aquæ, quæ'q́ꝫ imminet, effugit arbor.
Aut petis, aut vrges rediturum Sisyphe saxum.
Voluitur Ixion, & se sequiturq́ꝫ fugitq́ꝫ.

Moliriq; suis lęthum patruelibus ausæ
Assidue repetunt, quas perdunt Belides vndas.
Idem Lib. I. de Ponto.
Sic inconsumptum Tityi, semperq; renascens,
Nō perit. vt possit sæpe perire iecur. Idem in Ibin.
Sisyphus est illic, saxum volensq; petensq;,
Quiq; agitur rapidæ vinctus ab orbe rotæ,
Quæq; gerunt humeris perituras Belides vndas,
Exulis Aegysthi turba cruenta nurus.
Poma pater Pælopis præsentia quærit, & idem
Semper eget liquidis, semper abundat aquis.
Iugeribusq; nouem qui summus distat ab imo,
Visceraq; assidue debita præbet aui. Tibullus Li. I.
Illic Iunonem tentare Ixionis ausi
Versantur celeri noxia membra rota.
Porrectusq; nouem Tityus per iugera terræ,
Assiduas atro viscere pascit aues.
Tantalus est illic & circum stagna, sed acrem
Iam iam poturi deserit vnda sitim.
Et Danai proles (Veneris quæ numina læsit)
In caua Lethęas dolia portat aquas. Proptius Lib. 2.
Hoc si quis vicium potuit mihi demere solus,
Tantaleæ poterit tradere poma manu.
Dolia virgineis idem ille repleuerit vrnis,
Ne tenera assidua colla grauentur aqua.
Idem Caucasea soluet de rupe Promethei
Brachia, & à medio pectore pellet auem. Idem Li. 4.
Sisyphe mole vaces, Taceant Ixionis orbes,
Fallax Tātaleo corripiare liquor. Horatiꝰ i Epodo.
Optat quietem Pelopis infidis pater,
[illegible]ns benignæ Tantalus semper dapis.
Optat Prometheus obligatus aliti,
Optat superno collocare Sisyphus [illegible] (rente.
In mōte saxū [illegible] vetāt leges Iouis. Seneca i Hercule fu
Rapitur volucri tortus Ixion rota,
Ceruice grande saxum Sisyphia sedet,
In amne medio faucibus siccis senex

Sectatur vndas,abluit mentum latex,
Fidemq́ꝫ quum iam sæpe decepto dedit,
Perit vnda in ore,poma destituunt famem.
Præbet volucri Tityus æternas dapes,
Vrnasq́ꝫ frustrà Danaides plenas ferũt. Idẽ in Thyeste.
Stat lusus vacuo gutture Tantalus,
Et pendet capiti plurima noxio
Phinæis auibus præda fugacior. Idem in Hippolyto
His repositum degrauet fessas manus
Saxum,senis perennis Aeolii labor.
Me ludat amnis ora vicina abluens,
Vultur relicto transuolet Tityo ferus.
Meumq́ꝫ pœnæ semper accrescat iecur.
Et tu mei requiesce Pirithoi pater.
Hæc incitatis membra turbinibus ferat
Nunq̃ resistens orbe reuoluto rota.
Dehisce tellus,recipe me dirũ chaos. ¶ Idem in Medea.
¶ Rota resistat mẽbra torquens,Tangat Ixion humum,.
Tantalus securus vndas hauriat Pyrenidas,
Grauior pœna sedeat coniugis socero mei,
Lubricus per saxa retro Sisyphum voluat lapis,
Vosq́ꝫ vrnis quas foratis ludit irritus labor,
Danaides abite. ¶ Idem in agamẽnone.
¶ Vbi ille celeri corpus euinctus rotæ
In se refertur.Vbi per aduersum irritus
Redeunte toties luditur saxo labor.
Vbi tondet ales auida fœcundum iecur.
Et inter vndas feruida exustus siti,
Aquas fugaces ore decepto appetit.
Pœnas daturus cœlitũ dapibus graues. ¶ Idẽ in Octauia.
¶ Tantali vincat sitim
Ixionisq́ꝫ membra rapientem rotam.

¶ Qui suis inuentis perierunt.

1 Trasius — 5 Diomedes
2 Perillus — 6 Scyron
3 Phalaris — 7 Icarus
4 Pymalion — 8 Aruncius paterculus.

1 THrasius seu Thrasillus quũ ad exorãdas à Iove pluuias Busyrim docuisset hospites imolare, ĩterfectus ẽ oĩum primus. Oui. ĩ Ibin. Vt q post annos sacri monstrator iniqui, Elicuit pluuias victima cęsus aquas. Idẽ Li. 1. de arte.
Dicitur Aegyptus caruisse iuuantibus arua
Imbribus, atq; annos sicca fuisse nouem.
Quum Thrasius Busirin adit, monstratq; piari
Hospitis effuso sanguine posse Iouem.
Illi Busyris, fies Iouis hostia primus,
Inquit, & Aegypto tu dabis hospes aquam. Item Claudianus Lib. 1. in Eutropium.
Sic multos fluuio vates arente per annos,
Hospite qui cæso monuit placare tonantem,
Inuentas primus Busyridis imbuit aras.
Et cecidit sæui (quod dixerat) hostia sacri.

2 ℂPerillus quoq; in tauro æneo (quẽ ad reos torquendos excogitauerat) à Phalaride cõbustus est Ouidius in Ibin. Aere Perillęo veros imitere iuuencos, Ad formã tauri cõueniente sono. Idem Lib. 4. De arte amandi. Et Phalaris tauro violenti mẽbra Perilli Torruit, infœlix imbuit author opus. Idẽ in Tristibus Perillũ primo, dein phalarim sic ĩducit loquẽtes. Vt munus munere pẽses, Da p̃cor ingenio munera digna meo. Dixerat, & Phalaris pœnę mirande reptor, Ipse tuũ p̃sens ĩbue dixit opus. Claudian⁹ Li. 1. ĩ Eutropion. Sic opifex tauri tormẽtorũq; reptor, Qui funesta nouo fabricauerat ęra dolori, Primus ĩexpertũ Siculo cogẽte tyrãno. Sensit op⁹, docuitq; suũ mugire iuuẽcũ.

3 ℂPhalaris quoq; tyrãnus eodem postea tauro inclusus & crematus est, quo alios prius suffocauerat. Oui. in Ibin. Vox Phalaris lingua prius ense resecta. More bouis Paphio clausus in ære gemas.

4 ℂPygmalion frater Anthęi quũ ĩmolationem hospitum docuisset. deoꝝ aras suo sanguine instar cæteroꝝ imbuit. Ouid. in Ibin. Frater vt Anthæi quo sanguine debuit, aras Tinxit, & exemplis occidit ipse suis.

5 ℂDiomedes ab Hercule datus est in pabulum suis equis,

quos humano prius sanguine ipse pauerat. Oui. in Ibin. Vt qui terribiles programen habentibus herbis, Impius humano viscere pauit equos.

6 ℂSciron latro in Attica à Theseo in mare præcipitatus est, quo prius hospites ipse deturbabat. Cuius ossa mutata dicuntur in scopulos.

7 ℂIcarus pater Erigones, quum Atticos vsum vini docuisset, ab eis in ebrietate lapsis iterfectus est. Ouidius in Ibin: Muneribusq; tuis lædaris, vt Icarus, in quem Intulit armatas ebria turba manus.

8 ℂAegestã Siciliæ fuit oppidũ, ĩ quo principatus ẽ Aemylius Cẽsorinus, q noui tormẽti inuẽtores muneribꝰ cumulabat. Cui quũ Arũtius Patercul⁹, equũ ex ęre factũ ad fontes pimẽdos excogitasset, eiusdẽ iussu prim⁹ eo cõiect⁹ ẽ, & ibidẽ enecat⁹. Author Aristides Milesi⁹ apud Plutar.

ℂPARERGON. Vtinã ætate nr̃a pari lege in eos aĩaduerteret, q nouoꝝ scelerum sunt rimatores. Nullũ est mihi frequentius votũ, q̃ vt latrones illos pecuniæ publicæ quæstores, nouercãte aliqñ fortuna, & vlciscente Nemesi suis inuentis perire videã, culeoq; & furca luere aut mutato ꝓsperitatis Fauonio bonis oĩbus spoliari, manũ ad stipem porrigere, & hostiatim victũ emẽdicare, q credulis & ipẽritis rerũ principibus rodẽdæ plebeculæ exigẽdorũq; nouoꝝ semp vectigaliũ artẽ demonstrãt, Quos iã hactenus edocuerũt, vt exhaustis ingeniis, vltro ꝓgredi nõ possint, nec si ĩponat nouũ stipẽdii nomen, ꝓpl̃s sit soluendo. Quod enim extorquẽdi æris cõmẽtũ dari queat, quo regum aures nõ calleãt, quod nõ teneant tanq̃ suos vngues sceleratissimo hoꝝ latronũ cõsilio, qbus nõ est horrori ciues vrbiũ, & ruris incolas quouis mõ ad cutem vsq; radere, & ad medullas exsugere, vt priuę studeant crumenã domesticumq; thesaurũ semper adaugeant? Putas ne eos inopum viduarũ, aut pupilloꝝ rationem habere, quos vident laceros, nudos tanq̃ ex matre, siti & inedia macros, humectari pluuia, frigore totos tremere, & nullas nõ sentire miserias, nullo nõ languere tormẽto? Vident rapacissimi hoc genus vultures, quãta sit agricolarũ paupertas, q̃

flebilis vita,q̄ modica facultas. Sunt enim quorũ integer thesaurus est casa straminea,fictilis hydria, Abacus longo vsu tineis foraminatus,duo aut tres vrceoli,faginus Cantharus,biniq; nec amplius porculi. In quos sæuiũt non minus,q̄ in eos qui drachmæ grandine operti sunt,& bonorum habent spaciosum mare. Qui si non habeant vnde soluant,prægnantibus etiam vxoribus auferetur culcitra lecti. Videret hoc Cicero,& non exclamaret in tyrannidẽ regum? Viderent Gracchi,& ad asserendam libertatẽ non excitarent populum? Videret Lycurgus, & imoderatum hoc rapinæ genus lege non comprimeret? Nihilominus oportet pati,neq; est q præ metu hiscere aut mouere linguam audeat. Et quò liberius hominũ furor ac libido sibi indulgeret, veritati oibus locis atq; etiã theatris & tẽplis interdictum est. Nemo est qui potentiorꝫ rapinas & adulteria audeat obiurgare. Nemo qui spoliatę ecclesiæ patrocinari, Nemo qui de populi paupertate verba facere, Nemo qui exulatem cleri nutricẽ Leoni eripere. Et iã Theologi nostri,quorũ refert ad rauim vsq; verbis fulminare, mussant, relictoq; Theosophiæ studio ad grammaticorũ nugas redeunt. Omnes enim ad vnum veritatem declinare discunt,ne iugulum inclinent. Propterea qm̄ leges cõprimendorꝫ scelerum funditus perierunt,non est mirũ si durius iugum quotidie incũbat populo,si nostri quæstores,ærariiq; publici custodes infidelissimi nouos rapinæ modos annuatim cõminiscanť,& ex aliena miseria ad arbitrium sibi suisq; oibus fortunam fabricent. Sed iam tacẽdum est,ne quis diẽ perduellionis mihi dicat, & in ius me vocet,aut veritas ipsa professori suo detrimentũ afferat.

¶ Morbi diuersi.

1 Alh[illegible]	8 Arquatus	15 Anchurisma
2 Alopecia	9 Alphon	16 Anorexia
3 Angina	10 Arthritis	17 Atrophia
4 Amphimerinon	11 Apopthosis	18 Acrocordona
5 Apoplexia	12 Amaurosis	19 Aposthema
6 Argema	13 Amplyopia	20 Branchus
7 Aurigo	14 Aphthæ	21 Bubonocele

22 Batrachus
23 Bulimus
24 Cærium
25 Cancer
26 Carbunculus
27 Carcinoma
28 Cephalæa
29 Condyloma
30 Cordapſus
31 Coriago
32 Coriza
33 Cynanche
34 Chiragra
35 Chemoſis
36 Crethe
37 Chalazia
38 Cophoſis
39 Cion
40 Calculus
41 Cardiacus
42 Cœliachus
43 Cirſocele
44 Catoche
45 Caros
46 Cachexia
47 Comitialis
48 Dyſenteria
49 Dyſuria
50 Dypſnæa
51 Diſcoia
52 Dracontium
53 Diabetes
54 Elephantus
55 Enchantis
56 Epialos
57 Epiphora
58 Epinyctis
59 Ectropia
60 Emphiſma
61 Epicauma
62 Epulis
63 Empyema
64 Enterocelæ
65 Epneumatoſis
66 Emphyſima
67 Erotes
68 Ephialtes
69 Febris
70 Ficus
71 Furunculus
72 Gangilion
73 Gemurſa
74 Glaucoma
75 Gomiorrhæa
76 Gangrena
77 Hecterocranea
78 Hydron
79 Hydrocephalæa
80 Hydrops
81 Herculanus
82 Hydrocelæ
83 Hypiſphaſma
84 Hyptaſmus
85 Harpe
86 Hemorrhois
87 Icterus
88 Ileos
89 Impetigo
90 Intetrigo
91 Ignis ſacer
92 Lepra
93 Lichenes
94 Lithiaſis
95 Lyenteria
96 Lippitudo
97 Lagophthalmia
98 Leucomata
99 Lycantropia
100 Lethargus
101 Leontiaſis
102 Mentagra
103 Melathea
104 Nephritis
105 Nauſea
106 Narce
107 Ozena
108 Otalgia
109 Pernio
110 Perigo
111 Phrenetis
112 Phthiriaſis
113 Pituita
114 Pleuretis
115 Podagra
116 Porrigo
117 Priapiſmus
118 Puſtula
119 Pterigium
120 Ptiloſis
121 Pſorophthalmia
122 Phthiſis
123 Polypus
124 Parotide
125 Paulis
126 Pariſthmia
127 Pneumonia
128 Phymoſis
129 Pſora

130 Paralysis	138 Synanche	146 Scotoma
131 Recluuium	139 Sonticus	147 Satyriasis
132 Ramex	140 Syriasis (mia	148 Sphacelus
133 Regius	141 Solerophthal-	149 Struma
134 Stranguria	142 Synchisis	150 Scirrum
135 Sacer	143 Sympysis	151 Therioma
136 Sotrophos	144 Spsmus	152 Tormina
137 Sycosis	145 Synthexis	153 Tussis



Voniã morbi sunt famuli mortis (de qua huiuscuſq; ſimus locuti) optimo iure fiet vt domină velut ancillarioli à tergo ſubſequant. De qbus,ppter ea ſi qd dixero mihi quęſo nő irascant medici, ꝙ falcē in alienă meſſem iniecero,ꝙq; vltrà crepidā ſutor, vltra telā Textor iudicauero. Sola ſubiiciă fragmenta ex peritiſſimo naturalium rerum Plinio,aliquotq; aliis non pœnitendis ſcriptoribus,ne qs calūnietur me priuata opinione aliquid cōmentū fuiſſe. Sed rem aggrediamur ex ordine lrarum.

1 ℭAlbugo eſt macula quædam in oculo,à colore ſubalbido,qui ex glutinoſa pituita ,pcedit. Plinius. Qua alligata oculo,albugines tolli dicunt.

2 ℭAlopecia morbus eſt in capite humano ex vicio humorum ,pueniens,dictus à vulpe,quă Græci Alopeca dicunt,ꝙ crebro hoc genus morbi patiat, vel ex ,ppríetate vrinæ eius animalis qua vt aſpſæ herbæ areſcunt,neq; renaſcunt nouæ,ita quoq; pilos decutit hic morbus, q poſtea non ſuccreſcunt. Vocat aliter Alopeciaſis.Et Alopecades vafer ſeu vulpio dicit. Plinius ait hunc morbū linguæ ſcribæ radice combuſta & trita,emendari.

3 ℭAngina morbus eſt acutiſſimus fauces occupans & ſtrangulans,qui aliter Tonſę ſeu tonſillæ dicit, ab Hippocrate & Galeno Synanche. Tracto Ethymo ab ango verbo, ꝙ hoiem angat.Plautus.Vellem me in angină verti, vt huic aniculæ fauces præoccuparem. Fit autem qñ nec tumor, nec rubor vllus apparet,ſed corpus aridum & vix ſpiritus trahit.Arethæus medicus dixit morbum hunc ex frigore frigidisq; potionibus generari, Anginæ genera tria ſunt,

Synáche, Çynanche, Parasynáche. Iulius modestus apud Macrobium testis est Angeronæ deæ olim sacrificatū, ꝙ populus Romanus hoc morbo, ꝓmissis votis liberatꝰ sit.

¶ Amphimerinon febris est quotidiana, quæ ex humoribus corruptis, ac præsertim pituita coalescit.

5 ¶ Apoplexia seu Apoplexis dicit̃ subita ꝑcussio, & velut quædam cōsternatio, quā qui patiunt̃, dicunt̃ Apoplectici. Hoc morbo periit Valentinus subiti sanguinis eruptione. Si fiat in parte corporis tm̃, Hemiplagia dicit̃, hūc morbum latini stuporē vocāt. Galenus ait in Apoplexiis totū corpus sensu priuari ac motu, solūq; superesse anhelitū, qui si ꝓhibeat̃, maxima est & acutissima Apoplexia. Fit autē hic morbus interdū fulminis ictu, interdum morbo.

6 ¶ Argema est morbus oculoꝝ, quū Vlcus circulum oculi infestat. Itim Græci & Leucoma à candore noiant, Latini albuginem. Fit autem qn̄ ex plaga tenui venis fractis sanguis suffundit̃ toti oculo, deinde nigrescit.

¶ Aurigo morbus est, qui aliter Regius dicit̃, nomen habet à colore auri, quem bilis per totum corpus diffusa representat. Quo qui laborant, auriginosi vocantur.

8 ¶ Arquatus morbus dicit̃ à varietate colorum arcus cœlestis, quos affectoꝝ facies reddit. Plinius scribit hūc morbum & Ictericū eundē esse cum regio morbo, ab Icterone aue, quā nos galgulum dicimus. De hoc Lucretius Li. 4. Lurida præterea fiunt quæcūq; tuent̃ Arquati, quia luroris de corpore eoꝝ Semina multa fluunt, simulachris obuia rerū, Multaq; sunt oculis in eoꝝ deniq; mixta, Quæ contage sua palloribus omnia pingunt.

9 ¶ Plutarchus scribit Alphon morbum eē quendam, quo ꝗuis laboraret Atossa Artaxerxis filia, nihilominus à patre in vxorem ducta est.

10 ¶ Arthritis dicitur articulorum affectio, sicut Pleuritis, costarum & Nephritis renum.

11 ¶ Apophrosis dr̃ pruritus palpebrarū, quū pili earū decidūt, quaꝝ Diabrosis, Distochiasis, Phthiriasis ēt sunt vitia.

12 ¶ Amaurosis morbus est visum impediens incolumi pupilla, ferè citra vllum dolorem.

13 ¶Amblyopia idem propè est cum amaurosi, quando ita premuntur oculi, vt exerti perseuerent, & plus iustò patē-tes sunt, vt contingit athletis in certamine compressis.

14 ¶Apthæ vlcera sunt in ore summo, Infantibus plerūq; peculiaria vicio lactis (quo nutriunt) calido humore corrupti. Oriuntur & in puectis ætate, quando humoribus calidis concurrentibus tumescunt ora aspectu sanguineo.

15 ¶Ancurysma tumor est arteriæ præclusæ è sanguine, & spiritu causam trahens. Fit autem quum vulnerata arteria pellis nequaq̄ superinducitur.

16 ¶Anorexia est morbus quidā, quo affecti cibū respuūt & fastidiūt, pelliturq; olfactu aceti & aliis odoribus acutis.

17 ¶Atrophia morbus est maciem cōtrahens, qn̄ corpus nō alit, continuò aliqbus decedētibus & nullis succedētibus.

18 ¶Acrocordona vlcera sunt verrucis similia, vbi sub cute coit aliquid durius, & interdum paulo asperius.

19 ¶Aposthemata dicuntur corruptiões carnium, musculorum, venarum, & arteriarū, quæ initio rubra & dura sunt, demum quū maturuerunt, multam emittunt saniem.

20 ¶Branchus species est Catarrhi, guttur arripiens, quādo fauces arteriarum asperitate læsę sunt.

21 ¶Bubonocele morbus dicitur, quando intestinum vsq; ad inguen dūtaxat eruperit, aut decubuerit.

22 ¶Batrachus est tumor sub lingua maxīe pueros īfestans.

23 ¶Bulimus dicitur morbus, quum ob famē stomachus deficit, paulatimq; adeò frigescit, vt extremę partes destituātur. Curatur autem aceti aut panis calidi olfactu, aut si extrema membrorum calida aqua abluantur.

24 ¶Cærium genus est vlceris, dictum à faui similitudine, quam habet. Plinius. Ramorum fici teneri cauliculi cum melle vlceribus (quæ cæria vocantur) illinuntur.

25 ¶Cancer canceris, morbus est nascēs in oībus ferè corporis partibus, sed maximè in māmis mulierū, qnę naturali mēstruo nō purgant. Ouidius. Vt malū latè solet imedicabile Cācer Serpere, & illæsas viciatis addere ptes. Cato de Re rustica Cācer cancri ponit i masculino. Eadē (inqt) brassica vulnera putrida Cācrosq; purgabit. Aliter Carcinoma

ſeu carcinus dicit̃. Crinitus ait Cancrũ differre ab Elephã-
tiaſi, ꝙ cancer vnicũ dũtaxat mẽbroꝝ occupet, Elephãtia
ſis verò vniuerſum corpꝰ ſuo paſſim ꝯtagio depaſcat̃.

26 ℭ Carbũculus eſt tuber ſeu viciũ, ꝓueniẽs ex inflãmatiõe, Diciturq́ʒ ab igneo carbone ꝓpter inflãmationem. Super eũ puſtulæ eminent maximè nigræ. Interdum ſubliuidæ aut pallidæ. In quibus ſanies eſſe videt̃. Hunc morbũ Græci Anthracem vocant. Plinius Lib. 26. ait Carbũculum in Italiam primũ veniſſe L. Paulo & Q. Martio cenſoribus, ac eſſe peculiare Narbonẽſis prouinciæ malum.

27 ℭ Carcinoma ſunt qui idẽ eſſe putent cum cancro, niſi ꝙ maximè in ſuperioribus partibus circa faciẽ, nares, & aures ꝓuenit. Cato ait hunc morbum ſanari braſſica trita.

28 ℭ Cephalæa morbus eſt acutus & peſtilens, qui totùm caput infeſtat. Qui dimidia ſolũ capitis parte laborant, hemicranici dicuntur. Cephale caput ſignificat.

29 ℭ Condyloma tuberculũ eſt inſanabile, naſcens circa coronam podicis, prouenìens ex inflãmatione. In quo ſunt eminentes tumores, figura, rotunda, nunc molles, nunc duri. Tres autem præcipui podicis morbi ſunt Rhagadia, Hæmorrhois, Condyloma.

30 ℭ Cordapſus morbus tenuioris inteſtini, quem iuniores Iliacum nominant.

31 ℭ Coriago morbus eſt pecoris bubuli, quum pellis ita tergori adhæret, vt apprehenſa manibus à coſtis deduci nequeat. Prouenit hic morbus, ſi bos ex aliquo languore maciem contraxerit, aut ſudãs in ope, poſtea refrixerit.

32 ℭ Coriza morbꝰ humore naſum obturãs, latine grauedo.

33 ℭ Cynanche dicit̃ pituita craſſa in fauces & ceruicẽ delata, qua maxime laborant canes. Vnde etiam tractũ Ethymum. Tum vox nihil poteſt exprimere.

ℭ Chiragra dicit̃ manuũ morbꝰ, quo q laborãt, Chiragrici dicunt̃. Horatius. Nodoſa corpꝰ nolis ꝓhibere chiragra.

35 ℭ Chemoſis morbus eſt oculoꝝ, qñ ex tumore vehemẽti, vtraq́ʒ palpebræ connectunt̃, vt vix liceat cõniuere.

36 ℭ Crethe eſt tuberculũ, quod naſcit̃ in palpebra, hordei ſimilitudine, Vnde & Hordeolum vocatur.

37 ℭChalazia,morbus est precedenti similis, qñ tuberculũ album modo grandinis innascitur.

38 ℭCophosis aurium morbus surditatem afferens.

39 ℭCion seu Cionida tumor est in gutture, qñ scilicet ex/crescens caro in faucibus ex Rheumate impedit vocem.

40 ℭCalculus morbus est in renibus,proueniens ex defectu cōcoctionis.Fit ēt in vesica,tunc appellatur Lithiasis.

41 ℭCardiacus morb⁹ ē i ore vētris,q accidit cū febre acuta & motu arteriaꝝ frequēti,Recreaturq́ꝫ flabelli vētilatiōe.

42 ℭCæliacus vētris morbus, quum emollita aluo, liquida egerunt̃ causa debilitatis. Causa morbi est supfluus & fri/gidus cibus.continua frigora,aut calores vehementes.

43 ℭCircocele morbus est coleoꝝ, quum tumescētes venæ scrotū implent,fitq́ꝫ testiculoꝝ alter maior altero.

44 ℭCatoche & Cathalepsis morbus est inter Lethargū & Phrenesim medius, melancholico humore cum febre ve niens,quum affectus oculos quandoq́ꝫ apertos, quādoq́ꝫ concretos & immobiles habet sine sensu.

45 ℭCaros species est Lethargi vehemētē somnū inducēs,

46 ℭCachexia ē malus corpis habit⁹ oē alimētū corrūpēs, qñ corpus longo morbo extenuatū refectionē ob debili/tatē nō accipit. Prouenit ēt qñqꝫ à retentione excremēti.

47 ℭComitialis,morbus est tantā animi cōsternationē affe/rens,affectumq́ꝫ adeò mente alienatū & attonitū reddēs, vt tremētibus mēbris,venisq́ꝫ palpitantibus in terrā deci/dat.Vnde & caducus dicit̃.Vocatur ēt Herculeus,ꝙ eo la/borauerit Hercules.Item morbus sacer,ꝙ in eam maxime partem sæuiat, quæ sit sanctissima. Comitiales autem,ꝙ primus Romanorum(qui eo laborauit)affectus sit in co/mitiis. Huic morbo præcipuè sunt obnoxii viri qui atra bili vexantur,& ingenio clarent.

48 ℭDysenteria est intestinoꝝ exulceratio, qua q laborant, vocant̃ Dysenterici. Latine tormina dicuntur. Prouenit qñqꝫ ex cibo,aut acuto,aut minime concocto.

49 ℭDysuria vocat̃ vrinæ difficultas,dum vesicæ passiones vrinam ipsam supprimunt.

50 ℭDyspnæea est difficultas spirandi.

51 ℭDiſcoia appellatur difficultas auditus.

52 ℭDracōtiū morb⁹ ē apud Indos & Aegyptios, ꝓueniēs ī mēbris muſculoſis, vt gutture, brachiis, coxis, cruribus.

53 ℭDiabetes eſt morbus renum, qui inueteratus ex paruo humore congeſto maximam inducit ſitim. Curatur ſuper flui humoris euacuatione.

54 ℭElephātus, elephāria, ſeu Elephātiaſis, morb⁹ eſt ſilis lepræ crebras in ſumma corporis parte gignens maculas, ac tumores rubore paulatim ſeſe in atrū vertēte. Hoc affectis morbo oēs corporis partes r. ꝗuulis qbuſdā rubris inflant. Nomē tractū ab elephāto aīali, cuius cutis vlceroſis valli/ bus exarat. Scribit Plinius morbum hūc in Italia nō fuiſſe antē Cn. Pōpeii tēpora, De hoc Lucretius Li. 6. ſic inquit. Eſt elephas morbus, ꝓpter flumina Nili Gignit Aegypti ī medio, neq; preterea vſq̄. Galenus Elephātiaſim inter in fantiles morbos numerat. Differt à lepra, qm̄ lepra habet cutis impetiginē quandā & velut ſcabiem. Elephantiaſis verò nō cutem ſolum, ſed neruos & oſſa viciat.

55 ℭEncāthis morb⁹ ē oculoꝶ, quū ī ipſoꝶ angulo tubercu lū ē, qđ palpebras paꝶ diduci patit. Eſt aūt nautis freq̄ns.

56 ℭEpialos ſpēs eſt febris ex pituita frigida ꝓcedens.

57 ℭEpiphora morbus ē oculoꝶ, quū humoris deſcenſu an gunt oculi. Plinius ait carnem peponum Epiphoris ocu/ lorum prodeſſe. Columella Magudarim contuſam con/ ſperſa polenta ipſum morbum ſupprimere.

58 ℭEpinyctis vlcus eſt aciem hebetans, & in cingulo oculi perpetim humor emanans, quem morbum ait ſanari illi/ tis porri ſectiui foliis.

59 ℭEctropia morbus eſt oculoꝶ Lagophthalmiæ contra/ rius, dum palpebræ deorſum conuertuntur.

60 ℭEmphyſma ſeu Sympyſis dicitur tumor & inflatio pal/ pebrarum.

61 ℭEpicauma vlcus eſt ſordidum, ex cuius purgatione hu mida, quæ ſunt intus effluunt.

62 ℭEpulis tumor eſt iuxta dentē genuinū, qn̄q; cū febre & dolore vehemēte, adeò vt hiſcere hoiem prohibeat.

63 ℭEmpyema morbus eſt Thoracis, ꝓcedēs vel ex ſangui/

ne cõmaculato, vel alicuius visceris vlcere.

64 ℭEnterocelæ morb⁹ est itestinorũ diffluentiũ i testiculos. Martialis Lib. 10. Enterocelarũ fert Podalyrius Hermes.

65 ℭEpneumatosis dicit ventris inflatio humoribus pituitosis in vapores resolutis ex mediocri calore.

66 ℭEmphysma est spiritus inflatio sub cute. Fit quandoq; in ventre & in interaneis.

67 ℭErotes morb⁹ ē melãcholiæ, ex nimia amoris ægritudine pueniẽs, q curat vini potatione, balneis, spectaculis, & aliis rebus iucundis mentẽ ab eo tormẽto auocantibus.

68 ℭEphialtes morbus est, quo affecti noctu se strangulari putant, aut membris aliquibus detineri, aut ex alto cadere, aut voce & parata venere prohiberi. Hic si inueterauerit, Apoplexiam, aut Epilepsiam afferet. Prouenit ex atra bile, & crassis humoribus ad cerebrũ tendentibus.

69 ℭFebres sunt variæ. Quotidiana, quæ accidit pituitosis, qñq; pueris hyemali tpe, & senibus ob nimium cibũ, vel in vita maxime ociosa. Hæc certũ habet periodũ, & aliqñ desinit. Hanc Græci vocãt Ephemerinã. Putris febris cognoscit ex pulsu arteriarũ inæquali, calore magno & fumoso. Hæc sanat missione sanguinis & humoris euacuatiõe. Cõtinua nõ habet remissionẽ. Febris acuta cognoscitur lingua affecti nigra, siccis excrementis, lutea & vehemente siti, ingete nocturna, & mẽtis alienatiõe. Tertiana vno die pstat, tertio postea redit. Habet originem à flaua bile, horroremq; ac sitim infert ab initio, ac pperea tpe æstiuo pleruq; venit. Curat alui decoctione, vrinæ puocatione, & potiõe apii. Quartana orit è frigido humore & atra bili. Calore tertiana iferior ē. Propterea pleruq; solet eẽ autũnalis. Sanat diæta, vino tenui & albo, ac tribus ciceris granis quotidie ex aqua sumptis. Dicit ãt febris à feruore. Ea affecti dicunt febrire, febricitare, & febricitari.

70 ℭFicus vicium est oculis adnascens, quod non facile põt auelli. Nasciturq; ex nimio pruritu in his maximè partibus quæ pilis conteguntur.

71 ℭFurunculus tuberculum est cum inflammatione & dolore, quod in pus veniat.

72 ℭ Gangilium est morbus in capite, quum humor quidā includit. Est etiam nerui alicuius contorsio.

73 ℭ Gemursam. Plinius lib. 26. ait morbum eē inter digitos pedum nascentem.

74 ℭ Glaucoma genus est morbi Cristallini humoris mutatī in colorem glaucum.

75 ℭ Gomiorrhea est emissio vrinę minime volūtaria, ex debilitate ꝓficiscēs, cui occurrit abstinētia rerū inflantium.

76 ℭ Gangrena est quædam scabies curatu difficilis, qū itidem tumor ingens afficit aliquod membrum.

77 ℭ Heterocranea morbꝰ ē capitis, quū caput ipm īęqualit̄ dolet tumetq́, & īter pilos rotūda & tūida surgūt vlcera.

78 ℭ Hydron seu hyderon genus est morbi, quum distenditur aqua cutis.

79 ℭ Hydrocephalęa ē capitis morbꝰ, vbi humor cutē īflat.

80 ℭ Hydrops seu hydropisis est morbus aqueus subcutaneus, qñ scilicet sub cute est aqua, quæ facit vētrem turgescere & inflari. Quo morbo qui laborant, explere sitim nequeūt. Horatius. Crescit indulgens sibi dyrus hydrops. Nec sitim pellit, nisi causa morbi. Fugerit venis, & aquosus albo Corpore languor.

81 ℭ Herculanus morbꝰ est ex eoꝝ numero, qbus nulla medicoꝝ ope succurri pōt. Nasciturq́ quoties caro ī humorē crassum & spumidū colliquescit. Vocat̄ aliter diuinꝰ seu sacer, q̄ diuinā .i. rationalē animi partem violet.

82 ℭ Hydrocelæ morbꝰ ē, quū ītestina defluūt ac colligunt̄. Martialis Lib. 12. Omnes quem modo colei timebant. Dicentem tumidas in hydrocelas.

83 ℭ Hypisphasma dicitur ruptio venæ ex ictu & vena plerūq́ procedens.

84 ℭ Hyptasmus ē cōuersio stomachi ex humore īperan--

85 ℭ Harpe est humor ex flaua bile proueniens, qui totum corpus late corripit.

86 ℭ Hæmorrhois genus morbi, quo affecti sanguinis fluxū patiunt̄. Plinīꝰ ait. Allium potu, vel cibo, vel illitu priuatim contra hæmorrhoidas prodesse.

87 ℭ Icterus est diffusio bilis ꝑ totum corpus, quę interdum nigra,

nigra, interdũ flaua ẽ. Diciturq; ab ĩctero aue, cui⁹ aſpectũ ſanať. Cognoſciť hic morb⁹ ex colore oculoꝝ, qñ quod album eſt fit luteũ. Procedit tã ex ſplene affecto, q̃ ex hepate. Eo laborans nulla ſibi appetẽtia moueť, alba egeriť excremẽta. Vocať aliter Regius, arquatus, & aurigo. Martialis Lib. 11. Dicet & ĩctericã ſi forſitan altera mœcha.

88 ℭIleos morb⁹ gracilioris inteſtini, q̃ affecti dicunť Ileoſi.

89 ℭImpetigo eſt fœdatio cutis cũ pruritu. Affert aũt morbũ ſquamoſum ſcabiei ſimilẽ totũ corpus dehoneſtantẽ. Seren⁹. Si verò viciũ eſt qđ ducit ab ĩpete nomẽ, Hoc matutina poteris cohibere ſaliua. Aliter Petix & Petigo dr̃,

90 ℭIntetrigo fit quando nerui in aliqua corporis parte cõtrahuntur. Cato ait morbum hunc ſanari poſſe ſi ſurculus abſinthii pontici, feratur ſub anulo.

91 ℭIgnis ſacer numerať ĩteř mala vlcera. Cuius duo genera. Alterũ ſubrubicundũ, quod fit in pectore, laterib⁹, aut plantis. Alterũ in ſumma cutis exulceratione, ſed ſine latitudine diciť ſacer, ꝑpter admirationẽ, ꝙ nihil habeat cum aliis morbis ſimile, vel ab Hercule, qui eo laborauit.

92 ℭLepra morbus eſt idem cũ Elephantia, aut nõ multum diſſimilis. De quo intellexiſſe videť Horatius, dicens. Vt mala quem ſcabies, aut morbus regius vrget. Hunc allio exulcerari, ſanariq; cum origano teſtis eſt Plinius Lib. 20. Similitudinem habet cum Pſora, ſed altius aliquantò penetrat, pulmonemq; adeo corrũpit & putrefacit, vt eo affectiraucescant, ægreq; loquanť, & reſpirent.

93 ℭLychenes maſculini gñis dicunť oris vlcera, furfurẽ cutis excitãtia, latine Mẽtagra dr̃. Martialis Li. 11. Nõ vlcus ãcre, puſtulæve lucẽtes. Nec triſte mẽtũ ſordidiq; Lychenes. Fuit hic morb⁹ Romanis ignot⁹ vſq; ad principatũ Tyberii Authore Plinio Li. 26. Cap. 1. Alr̃ ẽt vocať Lychen.

94 ℭLithiaſis vocatur morbus calcularis. Alii ocularem faciunt in conuerſis palpebris. Si in renibus accidat, aut veſica, procedit ex defectu concoctionis.

95 ℭLyẽteria vocať ĩteſtinoꝝ diſſolutio, quũ cib⁹ nõ ꝑficiť, ſed egeriť ĩcoctus. Lyenteriã q patiunť, dicunť lyenoſi.

96 ℭLippitudo vicium eſt oculorum, humorẽ & lachrymas

emittentium, quo Horatius fatet̃ se laborasse, vbi ait. Hic oculis ego nigra meis collyria lippus Illinere.

97 ¶Lagophthalmia morbus est oculoꝝ, qñ contractis superne palpebris apertis dormitur oculis instar leporis.

98 ¶Leucomata maculæ sunt profundæ in oculis.

99 ¶Lycáthropia species est melancholiæ, quũ more luporũ affectus noctu in somnis vlulat.

Veternus. 100 ¶Lethargus morbus est Phrenesi cõtrarius, dormitãs, & ex atrabile ꝓueniẽs. Cui ꝯsanguineus veternus, alter obliuione, alter somno semisepultus. In lethargo ꝑter somni appetentiã, est qdã mẽtis alienatio, & rerũ ꝓpe oĩum obliuio. Boetius. Lethargũ patit̃ cõem illusarũ mẽtiũ morbũ, sui paulisper oblitus est. Hoc affecti dicunt̃ Lethargici. Lethargici.

101 ¶Leontiasis capit̃ pro Elephantiasi, ꝙ hoc mordo affecti frontem Leonis modo corrugatam habeant.

102 ¶Mentagra est faciei morbus, nomẽ sortitus à mento, à quo orit̃. Occupatq́; interdũ totos vultus, oculis tñ imunibus. Descẽdit nonnunq̃ in colla, pectusq́; ac manus fœdo cutis furfure. Vocabulo græco Lychen seu Lychenis dicit̃. Mẽtigo vero morbus est pecorum. Lychen. Lychenis. Metigo.

103 ¶Melatheã Plutarch⁹ in Phociõe ait eẽ morbũ, q̃ laborauerit Dimarch⁹ Corinthi⁹. Morbi tñ nõ exprimit q̃litatẽ.

104 ¶Nephritis est renum morbus, qui inter acutos numeratur, de quo forte intellexit Horatius, dicens, Si latus, aut renes morbo tentantur acuto. Nephritici dicũtur omnes, qui hoc morbo laborant. Nephritici.

105 ¶Nausea vocat̃ stomachi fastidiũ, ob circũstantẽ prauum humorẽ. Cui ꝓpe similis Anorexia .i. ciboꝝ inappetẽtia. Anorexia.

106 ¶Narce est alicui⁹ mẽbri torpedo, seu labore, seu frigore stupescentis. Narcodes dicit̃ qui hoc patit̃. A narco pisce hoc malum inferente, qui & torpedo appellatur. Narcodes. Narcosis. Torpedo.

107 ¶Ozenia morbus est, quũ multa vlcera, ac crustę fiũt circa nares, quæ fœtidũ reddunt odorẽ, & olfactũ ĩpediunt.

108 ¶Otalgia est auriũ morbus, quũ intus fiũt quidã soni.

109 ¶Pernio morbus est pedũ ex frigore proueniens, & maximè calcaneũ infestans, quem rapo domestico, si feruens imponatur, sanari testis est Plinius.

110 ℭPetigo maculosus est morb⁹, totū plerūq; vultū prçter occulos occupans. Aliter vocat impetigo ab impetendo.

111 ℭPhrenesis morbus est cōturbās mētē, & insaniā plerūq; excitans. Fit autem quū quis vanas imagines accipit. Possidonius scripsit Phrenesim tumorem esse mēbranaɋ circa caput cum febri acuta, qui mentem alienat. Prouenit autē ex flaua bile. Si humida est, sommos facit pfundos. Si sicca, vigilias. Si humida cum paruo frigore, stultitiam.

112 ℭPhthiriasis appellatur morbus pedicularis, quo Sylla, Pherecydes & alii pleriq; (vt iam diximus) perierunt.

113 ℭPituita est morbus capitis pueniens ex Catarrho. Græce Phlegma dicitur. Est autem origo omnium languorū, qui ex distillatione fiunt. Quum expirat extrinsecus, varios tumores producit. Intrinsecus verò cohibita, vrentes edacesq; morbos parit. Horatius in epl'is. Prçcipuè sanus, nisi quū pituita molesta est. Pituitosi hoc morbo affecti.

114 ℭPleuritis seu Pleuresis est dolor Laterum, quo affecti dicuntur pleuretici. Quo morbo periit L. Crassus eloquentium iurisperitissimus, Affert plerunq; febrem, tussim, & anhelitus difficultatem.

115 ℭPodagra est dolor pedum, quo affecti dicuntur podagrici. Martialis. Litigat & podagra Diodorus Flace laborat. Plinius ait hunc morbum rarum fuisse in Italia patrū, auorumq; memoria, suaq; etiam ætate. Nec esse incurabilem. Nam in multis sponte desinit, & in pluribus curatur. Vide remedia. lib. 10. Cap. 11. Quāuis Ouidius lib. 1. de Ponto dicat, Soluere nodosam nescit medicina podagrā. Si est in genu, vocatur Gonagra ab Hippocrate.

116 ℭPorrigo genus est morbi, q crescēdo porrigit & extenditur, Vnde nomen traxit. Nascitur in capillo, barba, & supercilio. Lucilius. Tristē & corruptū scabie & porrigine plenū. Qui hoc infestantur, dicuntur porriginosi.

117 ℭPriapismus morbus est, quo genitale membrū citra rei venereæ cupiditatem extendit. Cui rebus frigidis occurritur, quo periit Michael Verinus poeta Hispanus.

118 ℭPustula, est tuberculum nascens in summitate cutis. Plinius Pustulas vocat eruptiones pituitæ. Quādoq; tamen

pustula significat bracteam argenti. Martialis. Lib. 8. Et niueum felix pustula vincit ebur.

119 ¶ Pterygium mēbranula ē neruosa, oriēs sub angulo oculi, quæ interdū ita augescit, vt pupillā operiat. Si inueterata sit, Chirurgi manu indiget. Si mediocris tm̄, collyriis.

120 ¶ Ptilosis oculorum morbus, quum pili superioris palpebræ connectuntur, vel quum decidunt, aut ordine duplici supernascuntur ex crassitudine palpebrarum.

121 ¶ Psorophthalmia dicit̄ pruritus palpebrarum.

122 ¶ Phthisis morbus itidem oculoꝝ, quando pupilla angustior fit, aut latior ex aliquo capitis morbo, ex quo obiecta apparent esse maiora quā sint. In hoc morbo fit exulceratio pulmonis, ex pituita distillante à capite.

123 ¶ Polypus est nariū morbus, ita dictus à similitudine Polypi aīalis. Qui vt acetabulis venātes īuadit, ita quoq; nares iste occupat vsq; ad sermonis & anhelitus īpedimētū. Ponit̄ inter Carcinomata pene incurabilia. Polyposi sunt quoꝝ nasus polypo morbo in fœdam magnitudinē excrescit. Martialis. Nasutum volo, nolo Polyposum.

124 ¶ Parotides morbi sunt nariū, qui nascunt̄ ex capitis humore huc descēdēte & aggesto. Sūt & qn̄q; sine tumore.

¶ Parulis, dicitur tumor gingiuarū cui nisi per pharmaca occurratur, in pus veniunt.

126 ¶ Paristhmia morbus est gutturis & faucium, qn̄ loca gulæ angusta præcludunt̄, aut nimia vini potiōe, aut haustu subito alicuius rei acorem habentis.

127 ¶ Pneumonia morbus est pulmonis, quando tumescit, ꝓueniens interdū ex vehementi Catharro, vel pleuritide.

128 ¶ Phymosis vicium est mēbri genitalis, quando nudum est, aut contectum nudari non potest.

129 ¶ Psora spēs ē lepræ, q̄ ī sūma pelle versat̄. Hac q laborātes, vlcera siue pustulas supramodū ꝑtingere & scalpe cupiūt.

130 ¶ Paralysis dicitur neruorum dissolutio & viriū defectus, aliter paresis. Hoc morbo qui laborant, vocant̄ Paralytici. Arguitur autē in hoībus, quum rectū seruare incessum nō valent, & crura velut ardua conscendentes attrahūt, & in sinistrum qn̄q; dextra circūferūt, qn̄q; ē diuerso.

131 ℭRecluuium morbus, quum circa vngues cutis se soluit. Huic filis ē Rediuia, quā lana succida sanat ex aq̄ frigida.

132 ℭRamex spēs ē herniȩ. Hoc affecti morbo vocant Ramicosi. Sanat sylvestri ruta cū Axūgia, authore Plinio li. 10.

133 ℭRegius morbus idem est cum Arquato, Aurigine, & Icterico, vide in præcedentibus. Appellat autem Regius, ꝙ eo morbo affecti, apparatu regio, vt conclauí cultiore, ludisq; & lasciuia sanentur.

134 ℭStranguria vocat vrinȩ difficultas, qn̄ guttatim egerit. Latine dicitur substillum. Author Cato de re Rustica.

135 ℭSacer morbus vocatur comitialis seu caducus, ꝙ eo laborauerit Hercules.

136 ℭStrophos appellatur intestinorum dolor.

137 ℭSycosis morbus est, qui aliter ficus seu Marisca dicitur. Vide in dictione ficus. Fit qn̄ caro excrescit.

138 ℭSynāche morbus est spiritū, & fauces occupās, & strangulans Angina latine dr̄. Demosthenes pecunia à Milesiis corruptus, cū postridie à cōcione flagitaret, vt in eos orationē hr̄et, excusauit Synanchē. Vnus aūt è turba suspicatus, id quod erat, exclamauit nō synanchen eum pati, sed Argyrāchen, quasi dicas argētanginā. Quibꝰ verbis significauit silētiū Demosthenis pecunia à Milesiis emptum.

139 ℭSonticum morbum veteres ꝓ vehemēti, ac grauissima ægritudine acceperunt, quam Plinius ait suffitu lapidis (qui vocatur Gagates) deprehendi. Habet autem vim nocendi grauissimè. Nam Sontire verbum, est vehementer nocere. Hinc & Sontes rei appellantur.

140 ℭSyriasis morbꝰ est pueroꝝ, & iflāmatio circa cerebrum, vnde sequit syncipitis & oculoꝝ incuruitas, cū pallore & siccitate corporis. Plinius lib. 22. scribit Heliotropii folia, [illegible] distillationibus, qd̄ Syriasim vocāt, illita mederi.

141 ℭSolerophthalmia est oculoꝝ morbus, qn̄ præ duricie palpebræ vix e somno aperiuntur, & sordes in oculis siccȩ remanent, oculiq; propterea fiunt subruffi.

142 ℭSynchysis est oculi confusio, ob plagam aliquā, ex qua pupilla turbatur.

143 ℭSympysis tumor est & inflatio palpebrum.

℄Spaſmus morbus eſt, q̃ concreto ferè toto corpore, naſcitur è frigido humore maximè circa ſpinam muſculoꝝ. Ex anteriore corporis parte Hemeproſtoton & poſteriore Epiſtoton. Signa morbi ſunt, difficultas anhelitus, motus arteriarũ paruus, ac tenuis, Rubor ĩ vultu, oculi tumidi, vrina ferè aquea, vel ſanguinea. Spaſtici dicunť, qb⁹ aliquid intus cõuulſum eſt. Et Spaſmus nihil eſt aliud, q̃ neruorum diſtentio ſiue rigor procedens è ſiccitate nimia in euacuato corpore.

145 ℄Syntexis morb⁹ eſt vẽtris, qñ humorib⁹ eo deſcẽdẽtib⁹, filẽ qddã flauæ bilis excreať. Generať à febre, vrente oẽm intrinſecus humorẽ. Hoc qui laborãt, dicunť Syntectici.

146 ℄Scotoma eſt morbus, quẽ nos vertiginẽ appellamus, quum tenebræ ob oculos voluuntur. Procedit autem ex vaporibus ad cerebrum delatis. Affectis ſolet eſſe oculoꝝ hebetudo, aurium ſonitus, ſemiſurditas. Accidit plerũq;, quum ſurgitur è ſomno, vel quum fit circumactio corporis, aut ex ebrietate nimia, & ſaturitate.

147 ℄Satyriaſis morbus eſt de ſpecie Elephantiaſis. Quo affecti, vlceribus ſcatẽt, tetro ſunt aſpectu, ore ſqualẽti nõ ſine dolore & pigritia. Neq; vlla cibi aut potus voluptate mouenť. Sic aut dicit́, vel ꝙ laſciuis hoĩbus (quales ſunt ſatyri) eueniat, vel ꝙ ora ſatyroꝝ pictorum referant.

148 ℄Sphacelus morbi genus eſt, quod ex ĩmodica defatigatione ſolet accidere. Quidam putant eſſe tormina articulorum, quidã oſſium tabẽ, quũ ſcilicet mẽbrum aliquod vſq; adeò ſcabie corruptum eſt, vt ſine ſenſu maneat.

149 ℄Struma eſt tumor, ſub quo concretæ quædam ex ſanie & ſanguine quaſi glandulæ naſcuntur, maximè in ceruice, ſub alis, & vnguibus manus.

150 ℄Scitrum tumor eſt ꝑdurus in ſenſibilis, vixq; curabilis.

151 ℄Therioma vlcus ẽ viriliũ, ĩterdũ ẽt aliaꝝ partiũ, dũ multò ac nigro ſanguĩe mali odoris, atra fit caro & corrodiť.

152 ℄Tormina morbus à torquẽdo ſumpſit nomen, quũ dolore torquenť inteſtina, exulceratione. Ex his cruor manat, frequens deiiciendi cupiditas, dolor eſt in ano. Signũ tunc eſt mortiferũ, ſi carnes egeranť. Nonius Tormines di

xit in masculino. Medici dicunt Tormina nõ esse aliud, q̃ quum permordet aluus in intestinorũ anfractibus. Si circa vmbilicum affigit & lumbos, nescit medicinam.

153 ℭ Tussis morb⁹ est arteriarum, q gignit vel ex frigore, vel ex pituita in pulmonẽ descendẽte. Prouenit quoq; ex vehemẽti conatu vocis. Interdũ & ex calore febris. Inueterata difficile tollit. Sanat herba, q̃ ꝓpterea vocat tussilago.

154 ℭ Trichiasis est eruptio pilorũ præter naturam in ordine palpebrę ex Reumate procedens.

155 ℭ Trachoma vocatur palpebrarum asperitas.

156 ℭ Tonsillæ morb⁹ est fauciũ, carne durata circa guttur. Dicunt tonsillę. In hoĩe, in sue glãdulæ. Authore Plinio.

157 ℭ Tympanites morbus est de genere Hydropisis, quo affectus tumet, & tympani modo inflatur.

158 ℭ Veternus morb⁹ est, somnũ & marcorẽ ĩducẽs ex nimio ocio & torpore. Hic ꝓ pigritia & somno plerũq; ponit.

159 ℭ Vnguis morbus ẽ oculorũ, q à Græcis pterygiũ dicit.

160 ℭ Vomica tumor est excrescẽs in corpore, saniem plerũq; emittẽs. Vomicã Plautus crumenã vocauit plenã pecunia.

161 ℭ Vredo morbus herbarũ, arborũ, fruticũ, q in vitibus dicit carbunculus, in cæteris rubigo. Plinius. Adurit lactescẽtes germinũ oculos, quod in flore carbunculũ vocant.

162 ℭ Vermina sunt dolores corporis, qui quodã minuto motu, & q̃busdã veluti stimulis vermiũ instar scindere & pungere vident. Verminare est vermib⁹ scatere. Celsus. Nihil perniciosius pueris, dum verminant.

163 ℭ Verrucæ sunt tumores in vultu, quos Gręci myrmecias vocant. Festus Cossos appellat, Serpunt vsq; ad ceruicem, quandoq; dolorem afferentes & pruritum.

164 ℭ Xerophthalmia est oculorum pruritus, tracto nomine à siccitate. Est enim arida lippitudo, quũ nec tument, nec fluunt oculi, sed grauescunt.

ℭ Auctarium.

ℭ Alii sunt morbi numero ꝓpè infiniti, q non doctrinam tm̃ & elegãtiã in scriptore postulãt, sed experiẽtiã quoq;. Nã plerĩq; oẽs qui de his loqmur, fumũ solũ attingimus, & nebulas pingimus in pariete. Nõ est hęc nostra messis.

Et dum hoc scribēdi argumētū sumimus, nihil aliud asse-qmur, quā qđ peritoꝝ linguas ī nos ipsos acuimus. Multi dū suæ doctrinæ ac famæ dilatere volunt pomœria, min⁹ multò merenť laudis, ꝗ si quos nouerūt, remos ipellerent. Quo fit, vt his relictis ad mea licia redire velim. Neq; hoc ipsum de morbis (ꝗtulumcūq; est) delibassem, nisi fuisset aius his quadā tenus satisfacere, q ex oī dolio alīqd studēt pitissare, quiq; nihil īdiscussum relinqui sibi volūt. Pergamus ergo, & finē facturi, breue auctarium consuamus.

Morbom quondā denominatio unde ·¶ Morbis indunť noīa quandoq; ab affecto membro, vt pleuritis à latere. Peripneumonia à pulmone. A causis, vt maniæ, melancholię. A similitudine, vt elephas, Leo, Cancer. Ictericus. Polipus. Ab artifice, vt Chironiū Vlcus. Ab his qui laborarunt, vt Tylosis, Herculanus.

¶ Appellationes eoꝝ, qui variis laborāt morbis.

APoplectici, Auriginosi, Anorectici, Apostematici, Asmatici, Alsiosi, Aluini, Carbunculosi, Carcinomatici, Chiragrici, Chalaziaci, Calculosi, Cardiaci, Cœliaci, Comitiales, Colici. Dysenterici, Elephantiaci, Epiphoretici, Ectropici, Emphysmatici, Entheroceli, Erotici, Eliosi, Febriculosi, Glaucomatici, Hydropici, Hydrocephali, Icterici, Impetiginosi, Ischidiaci, Ischiaci, Leprosi, Lyenterici, Lippi, Lagophthalmi, Leucomatici, Lycātropyci, Lethargici, Lymphatici, Mentagrici, Melancholici, Narcodes, Opistonici, Orthopnoici, Phrenetici, Pthisici, Pituitosi, Pleuretici', Pedicosi, Podagrici, Porriginosi, Pustulosi, Psorophthalmi, Polyposi, Pneumonici, Paralytici, Peripneumonici, Suspiriosi, Splenetici, Stomachici, Stranguriosi, Sontici, Spastici, Syntectici, Scotomatici, Strumosi, Torminosi, Tetanici, Veternosi, Verminosi, Verrucosi, Xerophthalmi.

¶ Qui morbis aliquibus infecti & affecti fuerunt.

1 Eunomi⁹ ꝯsul	6 Andragasina	11 Pto. phiadelphus
2 Galla	7 Maria	
3 Plotinus	8 Iulius viator	12 C. Mecœnas
4 Froila	9 Medeius	13 Antipater
5 Aristarchus	10 Metrodorus	14 Manili⁹ Cornu.

15 Serui⁹ Clodius
16 Ennius
17 Cosmus
18 M.Crassus
19 Vatinius
20 Cambyses
21 Hercules
22 Cęsar
23 Liuius Drusus
24 Io.Venetus
25 Theopompus
26 Diodorus
27 Amedeus
28 Carolus rex
29 S.Genouefa
30 Beniamin anachor.
31 Heracletus
32 Matthæus Aquilanus

1 EVnomius præsul Cyzicenus Arrianæ hæreseos secta/tor (qui sub Valēte iperatore floruit) lepra & morbo regio laborauit.

2 ℭ Galla vidua Romana Symmachi viri patricii filia, la/borauit ex Carcinomate in mamilla.

3 ℭ Plotinus philosophus Platonicus, natione Aegyptius, morbo sacro fuit obnoxius.

4 ℭ Froila secũdus, Alphonsi magni filius, Lepra correpť, ærunnosa morte vitam clausit.

5 ℭ Aristarchus grāmaticus Alexandrinus (qui floruit sub Ptolemæo Philometore) Hydropisi laborauit.

6 ℭ Andragasina virgo vxor Ausberti cuiusdā, qui fuerat domesticus Vandeginsilli comitis palatini, Lepra labo/rans, Cœnobio se inclusit.

7 ℭ Maria filia Amedei Sabaudię ducis vomica laborauit, ac propter ea Philippo Mariæ vice comiti marito suo nunquam congressa est.

8 ℭ Iulius viator eques Romanus coętaneus Volaterrani, laborauit morbo intercutis.

9 ℭ Medeius vnus ex his, q Ioānam puellā Gallicā anglorũ domitricē flāmis adiudicauerāt, Lepra infectus misere ex/pirauit. Valerādus Varanius. lib. 4. Medeius siqdē lōgo ser mone ꝓfatus Astruit eē īcel⁹ flāmis & morte piādū, Mul/taq; adulādi studio cõfingit, vt Anglos sic sibi cõciliet, sed paucis inde dieb⁹ Corpus tabifico respergit vlcere lepræ.

10 ℭ Metrodorus Phs, Epicuri soci⁹, laborauit Tympanite. Est aũt Tympanites species Hydropiseos, vt iā diximus. Tympanites

11 ℭ Ptolemę⁹ Philadelph⁹ rex Aegypti podagrico morbo fuit obnoxi⁹. Plini⁹ li. 7. ait & vomica laborasse vulnera/toq; pectore, (quũ mortē ī acie qreret) medicinā iuenisse.

11 ℭIdem Plinius ſcribit perpetuam fuiſſe febrem C. Mecenati, cui etiam triennio ſupremo, nullo horæ momento contigerit ſomnus.

13 ℭAntipater Sidonius poeta oĩbus annis vno die Natali tm̃ corripiebatꝰ febre, & ea ꝯſumptus ẽ ſatis lõga ſenecta.

14 ℭManilius Cornutus Mentagra laborauit. Ad cuius remedium inueniendũ ducenta ſeſtercia elocauit.

15 ℭSeruius Clodius eques Romanus Podagra laborauit, cuius dolore coactus eſt veneno crura perungere. Quo facto ſenſu protinus caruit.

16 ℭEnnius poeta itidẽ fuit Podagricus, neqꝫ tñ propterea abſtinebat à muſis.

17 ℭCoſmus florentinus morbo podagræ coactus eſt domi ſe continere.

18 ℭFerunt. M. Craſſum ſurdaſtrum fuiſſe. Author Cicero lib. 5. quæſtio. Tuſcula.

19 ℭVatinius authore Macrobio, quãuis podagra laboraret, volebat tamen videri vicium diſcuſſiſſe, & mille paſſus ambulare ſe gloriabatur.

20 ℭCambyſes ab ineunte ætate morbo ſacro afflictatus, nunq̃ poſtea ſatis conualuit. Nam pleroſqꝫ ſibi familiares per inſaniam occidit.

21 ℭIn eundẽ morbũ (qui ꝓpterea dictus eſt Herculanus) incidit Hercules vel ꝓpter imenſos labores, aut imittente Iunone, adeò vt in ipſa animi demẽtia filios iterficeret.

22 ℭIulius Cæſar extrema ętate, animo linqui cõſueuit, atqꝫ etiam per ſomnium exterreri. Comitiali quoqꝫ morbo bis inter res gerendas correptus eſt. Authore Tranquillo.

23 ℭLiuius Druſus Tribunuſple. quum eo morbo laboraret, Anticyram profectus, ſumpto ibidem Helleboro conualuit. Author Gelli.

24 ℭIoannes Venetus diſcipulus Theodori Gazæ Podagra plerũqꝫ laborabat.

25 ℭTheopompus Phthiſi morbo laborans, ab Aſclepiade medico ſanatus eſt.

26 ℭDiodorum podagricum fuiſſe docet Martialis dicens. Litigat, & podagra Diodorus Flacce laborat.

27 ¶ Amedeus secundus filius Ludouici Sabaudiæ ducis, morbo Comitiali ad mortem vsq; laborauit.
28 ¶ Carol⁹ rex Pānonię articlari morbo plerūq; afficiebat.
29 ¶ Volaterranus ait Beatam Genouefam, ob vitę abstinentiam multis annis ex lepra laborasse. Quod ego impium & fabulosum puto.
30 ¶ Beniamin Anachoreta (q annis. 80. durauit in Eremo) fuit hydropicus.
31 ¶ Heracletus Philosophus hydropisi quoq; laborauit. neq; tamen vti voluit medicis.
32 ¶ Pontanus scribit Matthæum Aquilanum pedibus & manibus captum fuisse, Neq; tamen à Theologiæ & Philosophiæ professione destitisse. Matthæus Aquilanus

¶ Muti.

1 Q. Pedius   3 Zoe.
2 Atys   4 Aegles.

1 Q. Pedius nepos Q. Pedii consularis fuit natura mutus. Quem propterea Messala orator pictura docēdum censuit. Author Plinius lib. 35. Cap. 4.
2 ¶ Atys, Crœsi filius à principio mutus, vbi vidit irruentē in iugulum patris sui Cyrum, O homo inquit, ne interficias patrem, Author Herodotus & Gellius lib. 5. Cap. 9.
3 ¶ Zoe vxor Nicostrati martyris septem annis muta fuit ex morbo. Demum à Beato Sebastiano curata.
4 ¶ Aegles Athleta, quū sortitiōe īter pugiles facta vidisset fucū sibi fieri, ac dari verba, repentè in eū qui id faciebat, sese videre qd faceret, magnū iclamauit. Author Gellius.

¶ Homines malè Olentes.

1 Euripides   2 Gorgonius   3 Ruffinus

1 Euripides poeta oris graueolentia laborauit, Quod quū ei obiectū fuisset à Dechānico Archelai aulico, excanduit poeta grauius, q̄ opinaretur quispiam.
2 ¶ De Gorgonio & Ruffino, Martialis. Pastillos Ruffin⁹ olet, Gorgonius hyrcum.

¶ Lippi.

1 Eurytus   Aristodemus   2 Horatius

1 Herodot⁹ ī Polyhymnia scribit Euritū & Aristodemū ob extremā lippitudinē è castris à Leonida remissos.

2 ¶Horatius Flaccus variis in locis lippũ se fuisse docet, vt Satyra.5. Hic oculis ego nigra meis collyria lippus Illine/re. Item. Lusum it Mecœnas, dormitum ego, Virgiliusq;. Nãq; pila lippis inimicum & ludere crudis.

¶Quatuor cõplexiones (vt dicit) humani corporis.

¶Phlegma, Cholera seu Bilis, Sanguis, Melencholia.

¶Strabones lusci & monoculi.

1 Polyphemus	3 Phylenis	5 Philippus macedo.
2 Cocles	4 Acatius	

1 POlyphemus Neptuni ex Thosa filius, quũ duos Vlysfis comites deuorasset, ab ipso Vlysse simulata amicitia inebriatus est vino, & altero (quia prius erat monoculus) priuatus oculo. Tibullus. Lib.4. Cessit & ætneæ Neptunius icola rupis, Victa Maronæo fœdatus lumina Baccho. Virgilius. Lib.3. Aen. Et telo lumẽ terebramus acuto, Ingens quod torua solũ sub fronte gerebat. Idem. Monstrum horrẽdũ, informe, ingens, cui lumen ademptũ. Sidonius. Atq; Ithaci ingenio fraudatum luce Cyclopam.

2 ¶Cocles Romanus alterum in bello oculum amisit, nomen propterea inde sortitus.

3 ¶De Phileni lusca, Martialis Li.1. sic iqt. Oculo Philenis semp alero plorat. Quo fiat istud q̃ritis mõ? Lusca est.

4 ¶Acacius orator socius Lybani sophistæ vnico tantum vidit oculo.

5 ¶Philippus macedo ab Astere milite sagitta pcussus, alterũ amisit oculum. Vnde & Aristides Philippum ipsum hoc ridebat scommate. Arimaspis cognatus es. Arimaspi enim populi sunt monoculi.

¶Cæci & excæcati.

1 Tyresias.	9 Hypseas	16 Homerus.
2 Antipater	10 Thamyras	17 Cedonius.
3 Appi⁹ Claudi⁹	11 Stesichorus	18 Xenarchus.
4 C.Drusus	12 Asconius pedianus.	19 Sesostris.
5 Gn. Aufidius		20 Pheron.
6 Diodorus	13 Daphnis.	21 Amisis.
7 Asclepiades.	14 Didymus.	22 Anchises.
8 Democritus	15 Lucilla.	23 Salaberga.

24 Phœnix
25 Oedipus
26 Phineus
27 Phinidæ
28 Polymneſtor
29 Polyphemus.
30 Iſacius imp.
31 Polirelus.
32 L.Metellus.
33 P.Cornelius.
34 Phanus
35 Timoleon.
36 Ophioneus
37 Callinicus
38 Conſtantinus.
39 Cōſtātinus alter
40 Irene
41 Haraldus Gormo.
42 Ariberthus
43 Nautulphus
44 Beliſarius.
45 Lippus florentinus.
46 Ilus
47 Metellus
48 Val.Beſtius.
49 Epizelus.
50 Keilla.
51 Endra.
52 Bela.
53 Colomanus.
54 Fara virgo.
55 Maiolus.
56 Lycurgus.

1 Rta inter Iouem & Iunonē ludicra quæſtione, vtri ſcilicet maior eſſet libido, Viro ne an fœminæ, Tyreſias Thebanus iudex electus, quum pro Ioue ſententiam tuliſſet dixiſſetq́ꝫ mulierem eſſe laſciuiorem ab Irata Iunone excæcatus eſt. Indignatus Iupiter cæcitatē vaticinio pēſauit. Ouidius in Ibin. Qualis erat, poſtq̄ iudex de lite iocoſa, Sumptus Apollinea clarus in arte ſenex. Idē li.3. Meta. Arbiter hic igitur ſumptus de lite Iocoſa, Dicta Iouis firmat, Grauius Saturnia iuſto, Nec pro materia fertur doluiſſe, ſuiq́ꝫ Iudicis æterna dānauit lumina nocte. Politianus ſcribit eū ideò excæcatū fuiſſe, ꝙ nudā vidiſſet Mineruā, vbi in Ambra ait. Baculū dat deinde potentē Tyreſię magni qui quondā Pallada nudā, Vidit & hoc raptā pēſauit munere lucē. Seneca in Oedipode. Tyreſias tremulo artus accelerat gradu, Comeſq́ꝫ Māto, luce viduatū trahēs. Tyresias. Politianus dissentit a Nasone

2 ¶ Antipater Cyrenaicus fuit pariter defioculus. Cuius cæcitatem quum mulierculæ lamentarentur, Quid agitis inquit? An vobis nulla videtur voluptas eſſe nocturna. Author Cicero lib.5. Quæſt. Tuſ.

3 ¶ Appius Claudius q̄uis cæcus eſſet, tñ ī illo ſuo caſu, nec priuato nec publico muneri defuit. Author Cicero.

4 ¶ Cæcus fuit C.Druſus. Tñ domus eius īplebat̄ cōſultoribus, q in ſuis cauſis, cæcū adhibebant ducē. Idē Author.

5 ¶ Gn.Aufidius prætorius in cæcitate, ſententiā in ſenatu

dicebat, nec amicis deliberantibus deerat, & græcam scribebat historiam, & videbat in literis.

6 ℭDiodorus Stoicus, itidem visu priuatus est. Versabatur tñ in philosophia, & fidibus Pytagoræorum more vtebatur, munusq; tuebat̃ Geometrię, discentibus præcipiens, vnde, quo, quáq; lineam scriberent.

7 ℭAsclepiades nobilis phs interroganti cuidam, qd ei cæcitas attulisset, respõdit, vt puero vno essem comitatior,

8 ℭDemocritus quum existimaret animi aciem impediri aspectu oculoꝝ, oculos ipsos sibi eruit, vt Philosophię & rerum naturaliũ causas ꝓfundius meditaretur. Lucretius Lib. 3. Deniq; Democritũ postq̃ matura vetustas. Admonuit memores motus languescere mentis, Sponte sua Letho caput obuius obtulit ipse. Tertulianus ait ideo democritum se excæcasse, ꝙ mulieres sine concupiscentia aspicere non posset. Gellius lib. 10. De cæcitate Democriti ex Laberio Mimographo citat hos versus.

Democritus Abderites Physicus philosophus, Clypeum
Constituit contra exortum Hyperionis, oculos
Effodere vt posset splendore æreo, ita radiis
Solis aciem effodit luminis, malis bene esse
Ne videret ciuibus.

9 ℭHypsea mulier fuit notę cæcitatis. Vnde Horatius li. 1. Sermonum. Ne corporis optima Linceis Contemplere oculis, Hypsea cæcior illa.

10 ℭThamyras Philamonis filius excæcatus ẽ à musis, quas ad certamẽ cantus ꝓuocauerat. Propertius lib. 2. Me licet & Thamyræ cantoris fata sequant̃, Nunq̃ ad formosas inuide cæcus ero. Politianus in Nutricia. Iã Thamyrã cantu doctas anteire sorores. Fretũ mox citharę dãnatũ & luminis orbũ. Quis nescit? Pontanus li. 3. de Stellis. Capti oculis lucem in tenebris sine lumine ducens, Vt Thamyræ inuideant. Pausanias apud Cælium testis est, Thamyræ oculos morbo fuisse corruptos.

11 ℭStesichorus Poeta quũ Helenã suis carminibus ĩfamasset, excæcatus est. Vbi tñ Palinodiã cecinit, recepit visum. Politianus ĩ Nutricia. Et dãnans Helenã, laudansq; vicis

ſim. Amittit recipitq́; oculos, tuus Imera ciuis Steſichor⁹.

12 ℭ Aſconius Pedianus anno ſuæ ætatis. 73. captus eſt oculis, Duodecim tamen poſtea vixit annis.

13 ℭ Daphnis paſtor (qui carmē Buccolicum inuenit) luminibus captus eſt, ꝙ ebrius cū quādam fœmina concubuiſſet, Author Suidas apud Volater. Buccolici carminis inventor.

14 ℭ Dydimus Alexandrinus, præſul Cæſarienſis, cæcus fuit à puero: Nihilominus dialecticā & Geometriam didicit, ſcripſitq́; commentarios in Pſalmos.

15 ℭ Lucilla virgo filia Nemeſii tribuni, cęca fuit ꝑ, Demū à Stephano pōtifice recepit viſū. Hęc ſub Valeriano paſſa ē.

16 ℭ Homerū cęcū fuiſſe fatent̄ oēs. Vū aūt cæcitatē illā contraxerit, nō ſatis cōuenit. Sunt q dicāt hoc ei ex morbo cōtigiſſe, Alii ex lōga ſenectute. Ouidius ī Ibin, apū aculeis excæcatum ſcribit dicēs. Inq; tuis opifex (vati quod fecit Achęo) Noxia luminib⁹ ſpicula cōdat apis. Vtcūq; acciderit, varii de hoc ſcripſerūt. Pōtan⁹ li. 5. de Stellis. Muſarum ne qs plē putet, Author Apollo. Eripuit puero lucē, & caua lumina cōdit, Vū oculis capto nomē pmāſit Homero. Varia de Homeri cecitate Authorum s[ententi]a.

17 ℭ Cedonius vnus ex diſcipulis Chriſti cæcus natus eſt.

18 ℭ Xenarchus Philoſophus pipateticus, paulò ante mortem viſu orbatus eſt.

19 ℭ Seſoſtris rex Aegypti in extrema ſenectute oculis capt⁹ mortē ſibi cōſciuit. Michael Anglicus. Niliaca tali cæcus regione Seſoſtris, Vltus adulterii eſt facta nephāda grauis.

20 ℭ Herodotus in Euterpe ſcribit Pheronem huius Seſoſtris filium, caſu fortuito excæcatum fuiſſe.

21 ℭ Herodotus itidē ſcribit Anyſim regē fuiſſe ægypti oculis captum. Pro quo Tortelius Amaſim legit.

22 ℭ Anchiſam Boccatius cæcū fuiſſe ſcribit ex Seruii teſtimonio, ac ꝑpterea Troianoꝝ cōſiliis nō īterfuiſſe. Cęcitatē aūt cōtigiſſe ait, ꝙ gloriaret̄ ſe Veneri concubuiſſe.

23 ℭ Salaberga puella ex agro Lugdunenſi, (quæ temporibus Dagoberti Francorum regis vita & ſanctitate floruit) cæcitatem ab vtero matris attulit.

24 ℭ Phœnix Amyntoris filius, oculis caruit. Vnde Ouidius ī Ibin. Id quod Amyntorides videas, trepiduſq́; miniſter.

meminit in illo adagio. Phani ostium.

35 ℂTimoleon Corinthius (qui expulso Dionysio Syracusas redemit seruitute) ætate iam prouectus, morbo cœpit laborare, q̃ cęcus factus est. Author Plutarchus in ei⁹ vita.

36 ℂOphioneum Messenioꝝ vatẽ Pausanias apud Cęlium scribit sẽp à natali statim die luminibus captũ, & priuatim & publicè vaticinia pegisse, & post vehemẽtẽ capitis dolorẽ videre cœpisse, ac mox relapsũ ad cęcitatẽ denuo.

37 ℂIustinus imperator antè Leontiũ Callinico Patriarchæ (cuius dolo prius iperio fuerat detrusus) oculos eruit.

38 ℂCõstantinus Copronymos ĩperator Artabasdũ primæ nobilitatis hoĩem imperatorẽ ab Orthodoxis creatum, biẽnio post captum, oculoꝝ visu cum liberis priuauit.

39 ℂCõstantinus ĩperator Leonis & Irenes filius, Nicephorũ imperatorii stemmatis hominẽ (in quẽ suffragia multorum inclinabant) oculoꝝ & linguę vsu priuauit.

40 ℂIrene postea imperatrix rerum potita filiũ Cõstãtinũ in potestatem redactum excæcauit.

41 ℂHaraldũ quẽdã principẽ fuisse scribit Saxo q̃ præ senio amiserit visum. Quod ẽt de Gormone testatur lib. 9.

42 ℂAriberthus rex Francoꝝ Sigibrãdũ Asprandi filiũ oculis priuauit, oẽsq; eius ꝓpinquos variis tormẽtis affecit.

43 ℂNautulphus puer natura cæcus precibus Sãcti Senoch visum recipit. Author Gregorius Turonensis.

44 ℂBelisarius p̃fectus copiarũ Iustiniani ĩperatoris, deletis vãdalis, acto de Persis triũpho, Italia à Barbaris non semel liberata pp ꝓsperos successus ipsi ĩperatori formidolosus & suspectus factus est, ac ꝓpterea ab eodẽ oculis priuatus. Quo facto tuguriolũ in via frequẽti sibi statuit, vbi victũ à p̃tereũtibus mẽdicabat his verbis. Viator da oboliũ Belisario, quẽ virt⁹ extulit, cęcauit iuidia. Author Procopius.

45 ℂPontanus de fortitudine bellica ait Lippum florentinũ oculis captum fuisse, ac nihilominus in cæcitate Rethoꝝ ac philosophorum auditoria frequentasse,

46 ℂQuum in Troia Mineruæ templum arderet, Ilus demissum cœlo Palladiũ eripuit, statimq; oculis captus est. Postmodum placata ira deæ, pristinũ recuperauit visum.

m

Author Decyllus apud Plutarchum.

47 ℭ Metellus quoq; templum Vestæ incensum conspicatus Palladium eripuit, statimq́; oculis captus est. Postmodũ dea placata visum recepit. Idem Author.

48 ℭ Valerius Bestius dũ Rusciũ. L. Imbrici soceri sui filium fidei suę creditũ, cupiditate auri iterfecisset, ab ipso postea Imbrico correptus & excæcatus ẽ. Author idẽ Plutarch⁹.

Epizelus 49 Herodotus in Erato ait Epizelum Atheniensem, in bello incerta causa luminibus captum fuisse, neq; saucium vlla corporis parte, neq; ictum.

50 ℭ Keilla Pãnoniæ regina maritũ suũ Vazulẽ exoculauit.

51 ℭ Endra filius Bazulis Pannoniæ regis Petro itidẽ Pannoniæ regi oculos eruit. Author Volaterranus.

52 ℭ Bela secũdus Almi filius, rex Pannoniæ à Boricho filio notho Colomani itidẽ Pannoniæ regis, excæcatus est.

53 ℭ Colomanus rex Pannoniæ post Ladislaum, Almo fratri oculos eruit, & eundem occidit.

54 ℭ Fara virgo (quæ sub Heraclio imperatore floruit) dum ab Hagerrico patre ad nuptias cõpelleretur, in tantas prorupit lachrymas, vt inde cæcitatem contraxerit.

55 ℭ Maiolus patria Aruernensis, Archidiaconus Maticensis, ex morbo luminibus orbatus est; visum tamen cõpluribus prodigiose restituit.

56 ℭ Lycurgus à Thracibus (quibus principabatur) excæcatus est ꝙ fœminas quasdam sequentes Bacchum simulata cum deo amicitia interfecisset. Author Diodorus.

ℭ Claudi.

1 Epictetus	5 Cocles	9 Perdix
2 Colomanus	6 Philipp⁹ macedo	10 Artemon
3 Damon	7 Nicomedes	11 Lambda
4 Androclides	8 Aristogiton	12 Vulcanus

1 Epictetus phs Hierapolitanus, claudus fuit. Vnde apud Macrobium hoc modo inducit loquens. Seruus Epictetus genitus sum corpore claudus, Paupertate Irus, diis & amicus ego.

2 ℭ Colomanus rex Pãnonię dicitur fuisse luscus, claudus, gibbosus, lingua blesus, & ore improbo.

3 ℭDamon Pędotriba fuit quispiā claudicās,q cū crepidas furto amisisset, īprecatus est, vt furis pedibus maxime cōgruerent, Erant aūt hæ nō rectæ nec accōmodæ. Illi tñ pedū deprauatorū ratione in primis aptę. Author Cęlius.

4 ℭIdem Cælius ait Androclidem Laconem debilem crure & mutilem fuisse. Androclides.

5 ℭCocles accepto vulnere claudus factus est. Cui quum cruris vicium obiectaretur, per singulos inquit gradus admoneor triumphi mei.

6 ℭPhilipp⁹ Macedo, accepto in coxa lanceę ictu, icidit in claudıtatē, qđ laudi sibi vertebat aduersus calūniatores.

7 ℭNicomedem Cælius ait fuisse quendam claudum, aliū à rege Bithiniæ.

8 ℭAristogiton Atheniēsis fuit sycophāta, cuius cōciones nihil nō martiū spirabāt, adeò vt vētosa sua ligua populū in discrimina plerūq; coniiceret. Proinde quū die quadā exercitū parari, & milites deligi ītellexisset, innixus baculo claudıtatē simulauit, ne ad bellū vocaret. Vnde adagiū fluxit in vulgus, Aristogiton claudicat. De his qui morbū simulant, ne militiā, aut aliud oneris genus subeant. Prouerbium.

9 ℭPerdix caupo fuit quispiam claudus, cuius claudıtas puerbio locum fecit. Perdicis crura, in loripedes & distortos. Aristophanes apud Erasmum. Prouerbium.

10 ℭArtemon faber fuit machinarius tempore Periclis, qui quia claudus esset, suas passim machinas circunferebat.

11 ℭLambda mulier Corinthia, Amphionis cuiusdā filia & Eetionis vxor fuit etiam clauda. Author Herodotus.

12 ℭVulcanus à Ioue præcipitatus ob deformitatem, vel quia matri opē ferre vellet, incidit in claudıtatē. Ad qđ allusit Vale. Flaccus li. 2. Argon. Accliuē scopulo inueniunt, miserentq; fouentq; Alternos ęgro cūctantē poplite gressus. Ponta. in lib. Meteo. Vulcanū fama est cœlo quū pulsus ab alto, Sub terris sine honore diu, sine munere claudum Vixisse, & Sicula exiliū traxisse sub ætna. Item Martianus Capella. Quidā ēt claudus faber venit. Lactā. Tum faber claudus Mineruæ nuptias postulauit. Germanus Brixius. Deumq; loripedē simul arma ad coniurata vocasse.

Balbi.

1 Battus	3 Pogius Floretin⁹	5 Michael Thraul⁹
2 M Fundus	4 Alcibiades	

1 HErodotus in Melpomene ait Battū Polymnesti inter Theræos opulenti & Phronimæ filiū balbū fuisse, ac propterea consuluisse Apollinē, qui hoc modo respōderit. Batte venis vocis causa. Dux te iubet ire Lanigerā in Lybiē habitatū. Phœbus Apollo.

2 Cicero tertia Philippica scribit. M. Fundum nescio quē cognominatum Bambalionem ab hæsitantia linguæ. Bambalio.


3 Eodem nomine Fr Philelphus Pogium Florentinum ob vicium linguæ insectatus est.

4 Euripides apud Cælium scribit Alcibiadi in dicendo Balbutiem fuisse, quæ voci illius splendorem & sermoni gratiam afferre videbatur.

5 Michael imperator (qui Leoni Armenio successit) lingua fuit balbus, dictus propterea Thraulus à Græcis. Thraulus.

Furiosi & Maniaci.

1 Orestes	10 Atax	19 Filiæ Minyæ
2 Pentheus	11 Cleomedes	20 Thimantes
3 Milo	12 Cleomenes	21 Acco
4 Athamas	13 Prœtides	22 Pisander
5 Agaue	14 Chares	23 Cambyses
6 Lycurgus	15 Gallus Vibius	24 Aio
7 Marsias	16 Euagoras	25 Harthbenus
8 Hercules	17 Lucretius	
9 Alcmæon	18 Sparsus	



1 Restes Agamēnonis & Clytemnestræ filius, propter interfectam matrem furiosus factus est, donec ad aram Dianæ Tauricæ expiauerit scelus. Virgil. Lib. iii. Aene. Et scelerum furiis agitatus Orestes. Ouidius Lib. i. de Tristibus. Vt foret exemplum veri Phocæus amoris, Fecerunt Furiæ tristis Oreste tuæ. Item Lib. 4. Quo postq̄ dubiū est pius an scelerat⁹ Orestes, Exactus Furiis venerat ipse suis. Lucanus Lib. 7. Haud alios nondum Scythica purgatus in ara, Eumenidum vidit vultus Pelopeius Orestes. Horati⁹.

Lib. 2. Sermonum. Nec ferro vt demens genitricē occidit Orestes, An tu reris eū occisa insanisse parente. Stroza pater. Li. 1. Eroticon. Arsit ī Aegystho furiosi mr̄ Orestis. Statius Lib. 1. Theb. Vel inanem mentis Orestē, Opposito rapidam Pylade vitasse Megærā. Cælius scribit Orestem vi furoris, sibi digitū arrosisse & vorasse. Eoq; facto, Eumenidas illi albas se ingessisse, quū prius nigro colore occurrerent formidolosæ. Adagium est apud Erasmū. Oresti pallium texere, In eū q parat munus abusuro, Nā Orestes p īsaniā vestes dilacerabat. Virg. Li. 4. Aen. Aut Agamēnonius scenis agitatus Orestes Armatā facibus matrē & serpentibus atris, Quū fugit, vltricesq; sedent ī limine diræ.

2 ¶Pentheus dū sacra Bacchi despicaret, vlciscēte numine ī furorē rapt⁹ ē. Virg. Li. 4. Aen. Eumenidū veluti demēs videt Agmina Pentheus, Et solē geminū, & duplices se ostēdere Thebas. Lucanus Li. 7. Nec magis attonitos aī sensere tumult⁹, Quū fureret Pēthe⁹, aut quū desciffet Agaue.

3 ¶Milo Epirota quū hastā in Laodomiā filiā pyrrhi cōiecisset, q̄ ad arā Dianę velut ad Asylū cōfugerat, dea vindicāte, in furorē raptus est, quo intra duodecimū diē periit.

4 ¶Athamas Aeoli filius furiis à Iunone imissis, vsq; adeò correptus est & agitatus, vt Learchū filiū interfecerit. Ouidius Lib. 6. Fastoꝝ. Hinc agit̄ furiis Athamas sub imagine falsa, Tuq; cadis patria parue Learche manu.

5 ¶Agaue Cadmi & Hermiones filia, Bacchico furore correpta, Pētheū filiū iterfecit. Lucanus Li. 1. Ingens vrbē cingebat Erymnis, Excutiēs pronā flagrāti vertice Pinū, Stridentesq; comas, Thebanā qualis Agauē. Impulit, aut sęui cōtorsit tela Lycurgi Eumenis. Idē Li. 7. Nec magis attonitos aī sensere tumult⁹, Quū fureret Pētheus, vel quū desciffet Agaue, Horati⁹ Li. 2. Ser. Quid? caput abscissum demens quum portat Agaue Nati infœlicis, sibi tum furiosa videtur. Seneca in Oedipode. Peior hac genitrix adest, Furibunda Agaue.

6 ¶Lycurgus Dryantis filius rex Thraciæ à Baccho (cuius numē aspernabat̄) in furorē versus, crura sibi amputauit. Lucanus. Thebanā q̄lis Agauen Impulit, aut sęui cōtorsit

tela Lycurgi Eumenis. Oui. ĩ Ibin. Vtq; Dryãtidę Rhodo/pedia regna tenẽtĩ, Ingenio dispar, cui pede claud⁹ erat.

7 ℭMarsyas dũ Apollinẽ ad tibię certamẽ ꝓuocasset, ĩ furorẽ versus, & ab ipo deo excoriat⁹ ẽ. Ouid. ĩ Ibin. Mens q̃q; sic furiis vecors agitet, vt illi. Vnũ q toto corpe vuln⁹ hẽt.

8 ℭHercules visa apud ĩferos Megera, ĩ furorẽ versus ẽ, vñ regressus filios ĩprudẽs occidit. Lucan⁹ lĩ. 1. Aut qualẽ iussu Iunonis iniquę Horruit Alcides viso iã Dite Megæram.

9 ℭAlcmæon Amphiarai & Eryphiles filius, ꝑpter interfectam matrẽ furiis ĩtidẽ agitatus est. Propertius Lib. 3. Aut Alcmæoniæ furiæ, aut ieiunia Phinei. Politianus in Nutricia. Oenidæq; facẽ, furiis Alcmæona pulsum.

10 ℭAiax Telamonis filius, pp arma Achillis mortui, data Vlyssi in virtutis præmiũ, dolore animi & inuidia ĩ furorẽ versus, armẽta loro cædebat, existimãs se interficere Græcos, Apuleius Lib. 3. Meta. In insani modũ Aiacis armat⁹, nõ vt ille viuis pecoribus infestus tota laniauit armẽta.

11 ℭCleomedes Astypalẽsis, ꝓdigiosis homo viribus, dum Lachũ Epidemniũ athletã ictu pugni interfecisset, iterfecti aperuisset latera ac ꝑpterea iudices tantã perosi feritatem, in eũ vellẽt animaduertere, indignatus & in furorem versus colũnam (qua ludi literarii domus fulciebat) disiecit, eaq; ruina pueros oẽs adobruit. Sunt q dicãt hũc furorem eidẽ ĩrrepsisse, ꝙ victorię ꝑmio fuisset fraudatus.

12 ℭFuit alter Cleomedes seu Cleomenes, quẽ Herodotus in Erato scribit à Lacedæmoniis (qbus imperabat) primò expulsum, demũ pristinæ dignitati restitutum fuisse. Nec multo post ĩ tãtam insaniã incidisse, vt vnicuiq; obuio sceptrum in faciẽ impingeret. Quod eũ facientẽ propinqui soleis ligneis illigauerunt, & in carcerem coniecerũt. Vbi arrepto custodis & Ergastularii gladio ab ima corporis parte ad verticem capitis sese dissecuit.

13 ℭProetides seu filiæ Præti Argiuoꝝ regis, dũ Iunoni se ꝑferrẽt, ĩ furias versę, ac postmodũ mutatę ĩ vaccas fingunt à Poetis. Vir. Proetides iplerunt falsis mugitibus agros.

14 ℭPlutarchus in vita Artoxerxis scribit, Charẽ fuisse quẽdam, qui in bello Cyrum vulnerauerit succisa poplitis ve

na, quem aït insania postmodum fuisse correptum, nimia illati Cyro vulneris arrogantia.

15 ¶Gallus Vibius vir fuit magnæ eloquentiæ, qui dũ insaniam mentiret, quod assimulabat ad verum redegit.

16 ¶Cælius scribit Euagoram regẽ Cypriorum repentino furore correptum fuisse.

17 ¶T. Lucretius poeta Physicus, sumpto amatorio poculo in furiam lapsus est, qua impellente mortem sibi cõsciuit. Statius. Et docti furor arduus Lucreti.

18 ¶Sparsus fuit quispiã, quem Seneca scribit inter scholasticos insanum, inter insanos scholasticũ fuisse.

19 ¶Timanthes Cleonę athleta, quũ senio cõfectus arcũ nõ posset cõplicare, quẽ intendebat iuuenis, dolore animi in furorẽ lapsus est, ac ꝑpterea se iterfecit. Author. Idẽ Cęli⁹.

20 ¶Acco mulier iã decrepita, quũ faciẽ (quã ad speculũ explorabat) senio deformatã cõspiceret, aĩ ęgritudine in insaniã lapsa ẽ. Alii aliter sentiũt. Aiũt enim ipsam cõsuesse alloq suã imaginẽ ĩ speculo, eiq; subridere, cõminari, ꝑmittere, sublandiri, & quicquid confabulantes solent dicere. Idem Author.

21 ¶Pisander eò vesaniæ lapsus est, vt timeret necubi animę suæ occurreret, à qua viuus esset destitutus.

22 ¶Cambyses quũ Apim (quẽ Aegyptii ꝑ deo colebant) violasset, vlciscente numine, lapsus est in furias. Quibus agitatus, vniuersam ꝑpè familiã deleuit. Author Herodotus in Thalia. Postremo furore victus seipsum interfecit.

23 ¶Aio filius Arichis ducis Beneuenti missus à patre ad Rhotharem Longobardorum regẽ, in Italia veneno potus est, cuius virtute cœpit insanire. Author Paulus diaconus de gestis Longobardorum.

24 ¶Harthbenus fuit athleta quispiam ex Helsyngia, nouẽ cubitis procerus, quẽ Saxo grãmaticus in tantas furias testat̃ cecidisse, vt summas Clypeí partes corroserit, igneos carbones ventri mandauerit, Raptas ore prunas in viscerum ima transfuderit, crepitantia flãmarum pericula percurrerit, & ad extremum in sex Athletarum suorum præcordia furente manu ferrum conuerterit.

25 ¶ Vlysses quũ eẽt Græcoꝝ prudẽtissimus, insaniã tñ simulauit, ne ad bellũ Troianũ ꝓficisceret. Vt aũt ꝑsuaderet se eẽ vere isanũ, salẽ seminabat, variisq́ʒ aialib⁹ aratra iungebat. Astũ hoĩs explorauit Palamedes, q arãti Telemachũ filiũ obiecit. Quẽ ne lęderet ipẽ Vlysses pr̃, aratrũ suspendit. ¶ Furiæ tres.

1 Alecto, 2 Thesiphone. 3 Megera.

1 FVrias poetę Acherontis ex nocte filias vocãt. Virgili⁹. Dicunt̃ geminæ pestes, cognomine diræ, Quas & tartaream nox intẽpesta Megærã. Vno eodemq́ʒ tulit partu. Propterea Galterus in Alexãdreide, decenti Epitheto eas vocat Noctigenas, libro decimo, vbi ait, Hoc ego si dea sum, qua nulla potẽtior inter Noctigenas, si me vestrã bene nostis alũnam. Eadẽ ratiõe Mãtuanus eas vocat Achetontigenas. Apud iferos dicunt̃ Canes. Lucanus, Iam vos ego noĩe vero Eliciã, Stygiasq́ʒ canes in luce superna Destituam. Apud mortales vocant̃ furiæ, ꝙ furoris stimulos hoĩum pręcordiis indulgẽt, Propterea ẽt fingunt̃ iis colubros imittere, quos ad Maniã trahũt. Vnde Virg. Cęruleis vnum de crinibus anguẽ Coniicit, inq́ʒ sinu præcordia ad intima subdit, Quo furibũda domum monstro ꝑmisceat oẽm. Dicunt̃ & Eumenides sensu cõtrario & ꝑ Antiphrasim. Eumenis enim Beneuolẽs dr̃. Ouidius. Eumenides tenuere faces de funere raptas. Ferunt̃ & capilloꝝ loco, redimitæ serpẽtibus & colubris. Catullus. Quare facta virũ mulctãtes vindice pœna, Eumenides, qbus sanguineo redimita capillo Frons expirantes præportat pectoris iras. Huc huc aduenrate, meas ãudite querelas. Statius li. 12. Et Anguicomæ ducẽt vexilla sorores Mãtuanus in Apolonia. Exibãt de sede Erebi teterrima mõstra Tesiphone, furiæq́ʒ aliæ multo angue comãtes, Quippe qbus dñabant̃ Plutonides vmbræ. Appellantur ẽt diræ. Vir. At procul vt diræ stridorem agnouit et alas, Infœlix crines scindit Iuturna solutos. Idem lib. 4. Aen. Vltricesq́ʒ sedent in limine Diræ, Item in eodẽ. Et diræ vltrices & dii moriẽtis Elisæ. Claudian⁹ li. 2. de Raptu. Sunt tibi deformes Dirę, sunt altera Lethes. Flumia. Earũ aũt officiũ Vir. his verbis aperit.

Hæ Iouis ad solium, seuiq; in limine regis
Apparent, acuuntq; metum mortalibus ægris.
Si quando Lethum horrificum, morbosq; deum rex
Molit meritis, aut bello territat vrbes. Lactātius lib. 6. de vero cultu de his in hūc modū scribit. Tres sunt affectus, q hoīes in oīa facinora præcipites agunt. Propterea poetæ tres furias esse dixerūt, quæ mentes hoīum exagitent, Ira vltionē desyderat, Cupiditas opes, Libido voluptates.

1 ¶Furiarum prima est Alecto, quam Virgilius hoc modo depingit libro septimo Aenei.
Luctificam Alecto dirarum à sede sororum
Infernisq; ciet tenebris, cui tristia bella,
Iræq;, insidięq;, & crimina noxia cordi.
Odit & ipse pater Pluton, odere sorores
Tartareæ, Monstrum tot sese vertit in ora,
Tam sæuæ facies, tot pullulat atra colubris.
¶Item paulòpost subiungit.
Tu potes vnanimes armare in prælia fratres,
Atq; odiis versare domos, Tu verbera tectis
Funereasq; inferre faces, Tibi numina mille,
Mille nocendi artes.

¶Qđ autem sit Noctis filia, testis est apud eundem Virg. Iuno hoc modo loquens. Hunc mihi da proprium virgo sata nocte laborem. Item Mantuanus in Lucia. Surge & qcqd sata nocte pfunda Consuluit Alecto vome.

2 ¶Thesiphone seu Thysiphone secunda Acherontis filia, hoc modo ab Ouid. describit. Nec mora Thesiphone madefactam sanguine sumit Importuna facē, fluidoq; cruore rubētē Induit pallā, tortoq; incingit angue, Egrediturq; domo, Luctus comitatur euntē, Et pauor, & terror, trepidoq; insania vultu. Item Claudianus. Centū illi stabāt vibrantes ora Cerastæ, Turba minor diri capitis, Sedet intus abactis Ferrea lux oculis, qualis p nubila Phœbes Atracia rubet arte color suffusa veneno. Itē Statius. Suffusa veneno. Tendit, ac sanie gliscit cutis, igneus atro Ore vapor, quo longa sitis, morbiq; famesq;, Et populis mors vna venit. Ouid. li. 4. Tristium, fecit inde adiectiuū Thesiponęus,

vbi ait. Cupiasq; eradere vitæ, Tempora (si possis) Thesiphonæa tuæ, Hanc filiã esse noctis docet Syllius lib. 2. dicens. Et palmas tendens, hos inquit noctis alũna, Hos ne tros impelle manu, Populumq; ferocẽ. Dextris sterne tuis, Iuno iubet. Colubris instar cæterarũ armatam esse docet Mantuanus lib. 4. Agelariorũ dicens. Ite, canes adsunt Herebi, Crinita colubris Thesiphone, spirãsq; venenũ ignẽq;

8 Megæra, Et soror, atq; mali manes & Cerberus ipse.

Megæra · ℭ Megærã tertiã Acherontis & Noctis filiã, Claudianus de laudibus Stiliconis describit, Improba mox surgit tristi de sede Megera, Q uã penes isãni fremitus, animiq; pfanus Error, & vndãtes spumis furialib⁹ iræ. Non nisi qsitũ cognata cęde cruorẽ, Illicitumq; bibit patri⁹ quem fuderit ensis, Quẽ dederint frẽs, Hęc terruit Herculis ora. Hęc desensorũ terrarũ polluit art⁹, Hęc Athamãthe ę direxit spicula dextrę, Hęc Agamẽnonios iter bacchata penates Alternis lusit iugulis, Hac auspice tęde Oedipodẽ mr̃i natę iungere Thyestẽ. Serpẽtib⁹ eẽ redimitã docet Mãtuan⁹ li. 2. de Gala. Tẽporũ. Per medias vrbes colubris crinita Megęra, sanguineisq; caput vittis intorta, flagello. In scelera & culpas hoĩes vrgere laborat, Criminis & pœnę dux, hortatrixq; malorũ.

ℭ Stulti & insipientes.

1 Corœbus	5 Amphistides	9 Mydas
2 Bagas	6 Accon	10 Psylli
3 Melitides	7 Cippius	11 Claudius princeps
4 Mãmachutus	8 Zenophantus	

1 Corœbi filii Mygdonis Phrypii stultitia vulgi fabulis celebrata est, qui maris vndas numerare conabatur, quum non posset vltra quinq; numerare. Authores Eustachius & Lucianus apud Erasmum.

2 Prouerbiũ · ℭ Bagas fuit quispiã stupidæ mentis & attonitæ. Author Plutarchus in Collectaneis. Vnde ortum adagium. Vt Bagas constitisti.

3 ℭ Melitides fuit stultus ab Homero celebratus, qui euersa iã Troia venisse legit̃ auxiliũ laturus Priamo. Lucianus apud Erasmũ. Melitidẽ aut Corœbũ me putas p deos?

4 Enthusiasmus · ℭ Enthusiasmus ẽ qdã mẽtis stupor, q̃ laborauit Mãma-

chutusq̃spiã sola insignis fatuitate. Vnde Mamachuti dicunt hiãtes & stupidi. Author Aristophanes apud Cęliũ.

5 ℭAmphistides tantæ fuit stultitiæ, vt ignoraret, vtro ex parente prognatus esset,

6 ℭAccon vetula eo laborauit delirio (sicuti iam diximus) vt solita sit ad speculum cum imagine sua, perinde ac cũ alia muliere confabulari. Authores Cælius & Erasmus ex aduocatis Græcorum testimoniis.

7 ℭCippius simulabat se dormire & stertere, quo facilius eius vxor mœcharetur: Quod arguit eum à Zelotypia longè fuisse alienum. Vnde natum videtur Adagium Ciceroni in quadam ad Fabium Gallum epistola positum. Nõ oibus dormio. Author Lucilius apud Beroaldum.

8 ℭZenophantus fuit quispiam stultus, qui quò magis risum cohibere nitebatur, hoc ridebat profusius.

9 ℭMydas Gorgii filius, quum agrestem Panos dei Cantilenam Apollinis carminibus prætulisset, indignatus Apollo asininas auriculas eidem indidit, quibus postea abiit in risum. Vide Ouidium lib. 11.

10 ℭPsylli populi dum Austrum ventum plus nimio haberent inuisum, vt sibi & suæ terræ noxium, sumptis armis in eum hostiliter profecti sunt, ceu viuum aliquem hominem, & non rem incorpoream peterent.

11 ℭInter stultos numeratur Claudius princeps, quod Domitium Neronem adoptauerit, quum Britannicum legitimo thoro natum haberet.

ℭMedici pharmacopolæ & Chirurgi.

1 Apollo	11 Amythaon	21 Cleophantus
2 Aesculapius	12 Apollodorus	22 Chrysippus
3 Acron	13 Artemon	23 Crinas
4 Aristogenes	14 Attalus	24 Charmis
5 Aristogenes	15 Alcon	25 Castor,
6 Asclepiades	16 Agron	26 Cherias
7 Accesias	17 Basilius	27 Chrysermus
8 Arabs	18 Chiron	28 Cleomporus
9 Anto. musa	19 Cor. Celsus	29 Democides
10 Cassius	20 Christobolus	30 Dexipus

31 Dioclides
32 Democrates
33 Democritus
34 Dasius
35 Epicharmus
36 Erasistratus
37 Euphorbus
Eribotes
Galenus
38 Glaucias
39 Hippocrates
40 Hermogenes
41 Iulianus
42 Lucas
43 Lycus
44 Menecrates
45 Martion
46 Mycon
47 Machaon
48 Melampus
49 Meges
50 Nicias
51 Nicomachus
53 Nicerotes
53 Oribasius
54 Ocularius
55 Philippus
56 Peon
57 Petriclius
58 Prodicus
59 Philistion
60 Philon
61 Podalyrius
62 Sinalus
63 Themison
64 Theombrotus
65 Thessalus
66 Vectius valens
67 Alii pleriq;.



1 APollo Aesculapii pater medicinæ vsum primus dr̄ attulisse, ac ꝓpterea meruisse deitatē. Ouidius. li. 1. Meta. Inuentum medicina meū est, opifexq; per orbē dicor, & herbarū subiecta potentia nobis. Idē lib. 1. de remedio. Te precor o vates, adsit tua laurea nobis, Carminis & medicæ Phœbe repertor opis. Calentius. Phœbe cōpertor medicæ salutis. Macrobius Virgines (inquit) vestales ira indigitant, Apollo medice, Apollo Pæan, Nec aliā ob causam Alexicacus. i. malorum expulsor dictus est.

2 ¶ Aesculapio Apollinis filio pleriq; ēt inuentū medicinę referūt acceptū. In qua adeo excelluit, vt mortuū Hippolytum fingat ad vitā reuocasse, & Androgeū Minois filiū ab Atheniēsib⁹ īterfectū. Proptius li. 2. Et de⁹ extinctū Cresis Epidaurius herbis Restituit patriis Androgeona focis.

3 ¶ Acron Agrigentinus medicus, Athenis philosophatus est cum Empedocle. Fuit antiquior Hippocrate, Scripsit de medicina librum vnum.

4 ¶ Aristogenes Thasi⁹ medic⁹ floruit tpib⁹ Antigoni Macedonię regis, ad quē libros plurimos scripsit de medicia.

5 ¶ Aristogenes alter Cnydius Chrysippi philosophi seruus fuit itidem medicus, qui magnam adeptus est famam ex curatione Antigoni Gonatæ cognomento.

6 ¶ Asclepiades Prusiensis, Cn. Pompei familiaris, rationē

primus reperit, qua vinum ægris mederet, relato è funere hoie & coseruato. Dicebat salutē cōstare cibi potusq; ab/stinētia, ṕterea gestatiōe, ambulatiōe, & fricatiōe. Scripsit ad Mithridatē volumina Authore Plinio. Mortuus ē sca larū lapsu i extrema senectute. Idē blādimēta & lenocinia cōmentus est ad ægroꝝ gratiam & iucunditatem. Si qui/dem & balneorum consuetudinem fecit, primusq; lectu/los excogitauit suspensiles, quorum mollī iactatione irri/taretur & obreperet somnus. Author Plinius.

7 ¶ Acesias fuit imperitus medicus, qui dum cuidam poda grico mederi vellet, morbum & dolorem auxit. Vnde na tū adagiū. Acesias medicatus est, vbi res i deterius vergit.

8 ¶ Arabs Apollinis fuit filius & Babylonis, quem Plinius lib. 7. medicæ artis apud Aegyptios repertorē dicit.

9 ¶ Antonius Musa medicus fuit Augusti, de quo Horati⁹ meminit lib. 1. Epis. dicens. Nam mihi Baias Musa super/uacuas Antonius.

10 ¶ Cassius hemina apud eūdē Pliniū testis ē Archagathū Lysaniæ filiū Peloponēsem, primū è medicis venisse Ro/mā. L. Aemylio. & M. Liuio cōsulib⁹. Eiq; ius qritiū datū, & tabernā i cōpito Acilio emptā. Ob id publicè vulnera/riū fuisse eū tradūt vocatū, mireq; gratū aduētū ei⁹ ab ini/tio, Mox à seuitia secādi vrēdiq; nomē carnificis meruisse.

11 ¶ Amythaō Melāpodis pr̄ iter claros medicos oli hit⁹ ē.

12 ¶ Apollodori duo fuerunt Scyllæus & Tarētinus ambo medici. De qbus Plinius lib. 20. Cap. 4. loquitur.

13 ¶ Artemon fuit medicus qui calua interfecti igneq; cre/mati propinauit aquam è fonte noctu comitialibus mor/bis, Authore Plinio.

14 ¶ Attalus medicus apud Plinium affirmat scorpione viso si quis dicat duo cohiberi nec vibrare ictus.

15 ¶ Alcon seu Alcontius mēdicus fuit vulnerū. centū sester tiis à Claudio condēnatus, & exul missus in Galliā, demū restitutus. Nescio an is sit, de quo loquit Martialis lib. 6. Ostēdit digitū sed impudicum Alconi, Dasioq;, Symma/choq;. Ausonius de alio Alcone itidem medico loquitur, qui Diodorum aruspicem vaniloquum fecit.

16 ℭAgron medicus fuit, qui pestilentia Athenas passim occupante, affectorum plerisqꝫ opē intulit salutarem accensis in proximo ignibus.

17 ℭBasilius Ancyranus professione fuit medicus, Floruitqꝫ imperante Constantino.

18 ℭChiron Saturni filius ex Phillyra herbarū naturas primus inuenisse, Achillemqꝫ & Aesculapium docuisse fert, Phoenici Amyntoris filio oculis capto visum restituit. Propertius lib. 2. Tarda Phyloctetæ sanauit crura Machaon, Phœnicis Chiron lumina Phillyrides. Virgilius libro. 3. Georgico. Quæsitæqꝫ nocent artes, cessere magistri Phillyrides Chiron, Amythaoniusqꝫ Melampus. Ab eo nomē sumpsit herba quæ Centaurea dicitur.

19 ℭCorne. Celsus libros de medicina scripsit oratorio more. Floruit paulò antè Fabium Quintilianum.

20 ℭChristobolus medicus fuit, cui singularem peperit laudem sagitta ex oculo Philippi Macedonis, citrà oris deformitatem euulsa. De quo abunde Curtius meminit, lib. 8. de gestis Alexandri.

21 ℭCleophantus Authore Plinio medicus fuit, qui vini rationem illustrauit. Hic apud Plinium ait semen pastinacæ, erraticę Dysentericis prodesse.

22 ℭIdem Author scribit Chrysippum Erasistrati præceptorem medicū fuisse, qui Hippocratis, Aesculapii & Prodici medicoꝝ placita ingenti garrulitate mutauerit.

23 ℭCrinas Massiliensis fuit medicus, qui ad syderum motus ex Ephemeride Mathematica cibos dabat, horasqꝫ obseruabat. Plinius scribit hunc centum sestercia reliquisse, muris patriæ non minore summa extructis.

24 ℭCharmis ex eadē Massilia fuit medicus: qui priores medicos & balnea dānauit. Frigidaqꝫ hibernis algoribus lauari persuasit, Mersit ęgros in lacus, adeò vt Plinius dicat se vidisse capulares senes vsqꝫ in ostentationē rigentes.

25 ℭCastor medicus docuit Piperitim herbam (quam alii Siliquastrum vocant) bibi contra morbos comitiales. Author Plinius lib. 20. Idem scripsit succum radicis ferularū oculorum claritati multum conferre.

26 ℭ Cherias Atheniẽsis fuit medic⁹, q apud Pliniũ testis est radicẽ cardui ex aq̃ decocta potatorib⁹ sitim facere, stomachũ corroborare, & vuluis aliqd ꝯferre, vt mares gignãt.

27 ℭ Chrysermus fuit medicus, qui Bulbi radice in vino decocta Parotidas curabat.

28 ℭ Cleempum Plinius scribit fuisse medicum, cui Pythagoræ librũ de magicis herbis nonnulli ascripserunt.

29 ℭ Democides medicus Polycratẽ Samiorũ tyrãnum curauit talentis duobus, scripsitq; librũ de medicina. Herodotus in Thalia scribit Democidem Taliphontis Crotonienſium principis medicum fuisse, atq; duobus aureorũ compedum paribus à Dario donatum.

30 ℭ Dexippus Cous. Hippocratis fuit discipulus, q scripsit librum vnum de medicina.

31 ℭ Diocles Carystius floruit temporibus Darii Histaspis. Reliquit commentarios.

32 ℭ Democrates Seruili⁹ citat̃ à Plinio Li. 25. Primusq; medentiũ herbã dr̃ inuenisse, quã appellauit Hyberidam.

33 ℭ Idem li. 24. ait Democritũ fuisse medicũ, qui in valetudine Cõsidiæ. M. Seruilii, Cõsularis filiæ oẽm curationẽ austerã recusãtis, diu efficaciter vsus sit lacte caprarũ.

34 ℭ Dasi⁹ medici nomẽ ẽ, cui⁹ meminit Martialis li. 6. dicẽs. Ostẽdit digitũ, sed ĩpudicũ, Alcõi, Dasioq;, Symmachoq;

35 ℭ Epicharmus Cous fuit auditor Pythagoræ, Scripsit de rerũ natura ac medicina cõmentarios, quos adhuc extare in Bibliotheca Vaticana scribit Volaterranus.

36 ℭ Erasistratus medicus fuit, qui primus cognouit morbũ Antiochi ob amorem Stratonices nouercæ. Plinius scribit hunc fuisse discipulũ Chrysippi, ex Aristotelis filia genitum, cui Antiocho rege sanato, centum talenta donauerit filius eius Ptolemæus. Hunc citat Gellius lib. 16.

37 ℭ Euphorb⁹ medic⁹, Euphorbię herbę nomẽ ĩposuit Authore Plinio li. 25. Eribotes Teleõtis fuit fili⁹ medicinę peritissim⁹, vt q Oilei vuln⁹ à Stymphalidib⁹ illatũ sanauerit. Testis Orpheus apud Aegidiũ maseriũ in Argonauticis,

ℭ Galenus medicus è Pergamo ciuitate Asiatica floruit Traiani temporibus. Hũc Auicẽna cæteriq; oẽs medicorũ

principem fatentur. Scripsit de medicina libros complu/res,& in opera Hippocratis.

38 ¶Glaucias medicus fuit in cognoscenda cadauerum na/tura diligentissimus. Author Plinius.

39 ¶Hippocrates Cous Democratis fuit auditor, vixit in summa familiaritate apud Perdicam Macedonũ regem: Suscepit filios Thessalum & Draconē. Hunc Artaxerxes magna mercede summisq; honoribus in familiã suã inui/tauit Authore Valerio. Familiaris fuit Democrito, quē vt insania curaret, plerũq; ad eũ scripsit. Amauit Græciã, ex qua nũq̃ egressus est. Mortuus ē Larissę natus annos. 104.

40 ¶Hermogenes fuit medicus, qui Adriano imperatori se interficere volēti circũscripsit locũ sub mãmilla, quo le/thaliter pcusso, celerius expiraret. Author Dion Cassius.

41 ¶Iulianus fuit quispiam Pharmacopola herbariæ artis peritissimus, quē Volaterranus ætate sua floruisse scribit.

42 ¶Lucas Antiochensis medicus fuit Pauli Apostoli secta/tor, à quo edoctus, scripsit Euangelium, & actus apostolo rum. Excessit natus annos. 84.

43 ¶Lycus Neapolitanus Atriplicem (nomen est herbæ) contra Cantharidas bibendum censet, apud Plinium.

44 ¶Menecrates Syracusanus medicus, nullã ab his merce/dem accipiebat, q̃bus medebatˢ. Curabat in primis morbũ sacrum hac lege, vt liberati se esse ipsius seruos faterentur, eũq; Iouem appellarēt. Feruntq; in id tumoris fuisse eue/ctum, vt qñq; ad Agesilaũ Spartæ regē hoc modo scribe/ret. Menecrates Iupiter Agesilao regi salutem. Subridens Agesilaus respondit. Agesilaus Menecrati sanitatē.

45 ¶Martion Mitylenæus de simplicibus effectibus scripsit. Item apud Plinium rumpi Scolopendras marinas sputo, Rubetas item aliasq; Ranas scribit.

46 ¶Mycon apud eundem testis est aduersus serpētes nihil esse efficacius Hippomarathro.

47 ¶Machaon Aesculapii filius & frater Podalyrii, medicᵘˢ fuit clarissimus. Baptista Pius Lib. 4. Eleg. Cura Machao/nia maior & ista manu est. Hic Philoctetē Pæantis filium Herculis sagitta Hydrę veneno tincta, vulneratũ sanauit.

Propertius

Perdica.

Menecratis fastus.

Propertius Li. 2. Tarda Philoctetæ sanauit crura Machaon.

48 ℂMelampus Amythaonis filius, filias Prœti Argiuorum regis ab insania purgauit. De hoc Virg. Li. 3. Georgico. Cessere magistri, Phillyrides Chiron, Amythaoniusq; Melampus. Meminit & Herodotus in Euterpe. Et Plinius Lib. 25.

49 ℂMeges fuit Chirurgus quispiam, quem Volaterranus citat in philologia.

50 ℂNicias Pyrrhi medicus fuit, qui ad Fabricium veniens, promisit se domino mortē illaturū, Quod flagitiū auersatus Fabricius, Pyrrhū q̄uis inimicū literis monuit, vt à Nicia caueret. Gellius videt̄ hoc ascribere Timochari, apud Gellium Quadrigarius Niciæ. Vter vter fuerit parū refert de noīe. Claudianus Lib. 3. in Ruffinum sic inquit.

Romani scelerum semper spreuere ministros.
Noxia pollicitum domino miscere venena,
Fabricius regi nudata fraude remisit.
Infesto quem marte petit, bellumq; negauit.
Per famuli patrare nefas.

51 ℂNicomachus Stagyrites Machaonis fuit filius & Aesculapii nepos. Scripsit de medicina libros sex. Fuerunt eius nominis duo alii pater & filius ambo medici, Quorum filius scripsit Commentarios in Physicam patris & octo libros Ethicorum ad Eudemum.

52 ℂNicerotes vnguentarius fuit Syrius, à cuius noīe Martialis vnguenta vocat Nicerotiana Li. 6. dicēs. Quod semper Casia, Cynnamoq;. Et nido niger alitis supbæ, Fragras plumbea Nicerotiana. Idem Li. 10. Felix lectulus & lucerna vidit, Nymbis ebria Nicerotianis. Laberius. Et quęcūq; Syrus Nicerotes solet, Quicquid Croci, Casiæq;, Cynnami, quod vdus Cæsarie spirat delicatus Arabs. Hoc totū vobis nunc ad scænam affero.

53 ℂOribasius Sardianus Iuliani principis familiaris scripsit libros medicinæ. 72. ad ipsum Iulianum,

54 ℂOcularius medicus fuit in Aegypto pręstātissimus, qui floruit sub Amasi rege. Author Herodotus in Thalia.

55 ℂPhilippus medicus fuit Alexandri, eiq; summa familiaritate & amicitia iunctus. Nam quum Parmenio literas ad

Alexādrum dedisset, quibus eum monebat, vt ab insidiis Philippi velut ab hoste Dario corrupti sibi in ægritudine caueret, Alexander exploratam habens medici fidem, poculum ab ipso Philippo datum hausit, demum literas Parmenionis eidem legendas concessit.

56 ℭPæon vir fuit medicinæ artis peritissimus, à cuius nomine Pæonia herba nomen sumpsit. Architrenius Lib. 2. Pæoniis animo medicina potentior herbis.

57 ℭPlinius ait lib. 20. Petricliū fuisse medicum, qui Ophiaca scripserit.

58 ℭEodem authore Prodicus fuit medicus, Aesculapii discipulus, Selymbriæ natus, qui medicinam instituit, quam Iatralepticen vocant.

59 ℭPhilistion Locrensis fuit medicus: quem Gellius Li. 17. Capi. 11. citat.

60 ℭPhilon medicus fuit nobilis, qui quum medicamenta quædam ad medendi visum exquisitissima concinnaret, & regias quasdam Alexipharmacas potestates, eas deorum manus appellabat, velut diuinas & salutares.

61 ℭPodalyrius filius fuit Aesculapii & frater Machaonis, medicæ artis peritissimus, qui cum Græcis ad Troiam profectus dicitur. Baptista Pius lib. 4. Elegi. Deposito non præstat opem Podalyrius ægro.

62 ℭSinalus fuit medicus quispiā, De quo Syllius Italicus lib. 5. sic inquit.

Ipse olim antiquo primum Garamanticus Ammon
Scire pater dederat Sinalo, morsusq; ferarum,
Telorumq; graues ictus sedare medendo.
Atq; is deinde suo moriēs cœlestia dona, Mōstrarat nato.

63 ℭThemison medicus fuit magni nominis, Asclepiadis discipulus Authore Plinio, quem plerisq; in locis citat Plinius ipse. Iuuenalis. Quot Themison ægros Autumno occiderit vno. Baptista Pius Lib. 4. Elegiar. Omnibus hoc anno morbis, noxaq; carebis, Contemnesq; piam sic Themisonis opem. Fuit eius nominis alter, quem Martialis scribit consuetudinem Veneris habuisse cum sorore, vbi Lib. 12. ait. Quare non habeat Fabulle quæris vxorem

Themiſon, habet ſororem.

64 ¶ Theombrotus fuit medicus, quem Ptolemæus rex Megalenſibus ſacris donauit centum talentis ſeruato Antiocho rege. Author Plinius. Lib. 7.

65 ¶ Theſſalus eodem authore, medicus fuit Neronis temporibus, qui cuncta maiorum placita tranſiliuit, & rabie quadam in omnes æui medicos perorauit.

66 ¶ Vectius Valens adulterio Meſſalinæ Claudii Cæſaris nobilitatus, pariterq; eloquentiæ affectator, ſuo tempore nouam medicorum inſtituit ſectam.

67 ¶ Sunt & pleriq; alii, quorũ nomina & Placita, quandoq; aduocantur à Plinio, vt Ariſtogiton, Athamas, Callimachus, Cleopolemus, Damion, Diuces, Diodorus, Petronius, Dorotheus, Dionyſius, Salluſtius, Heſius, Hiceſius, Herophilus, Icethidas, Iollas, Lais, Leneus, Metrodorus, Nymphodorus, Opion, Praxagoras, Pliſtonices, Seſtius, Simus, Soſimenes, Sotacus. Q. Stertinius. Quorum nuda nomina ad nos peruenerunt. Porrò multiplex eſt medicina. Pharmaceutice, quæ medicamentis curat. Emperice, quæ ſolum experimẽtis conſtat. Iatraleptice, quę vnguẽtis, Clinice, quæ victu & venenis corporibus medetur.

¶ Vnguenta quędam & Pharmaca.

1 Elaterium	15 Pardalíum	30 Cæroma
2 Crocinum	16 Balanus	31 Panchreſtum
Crocomagma	17 Melinum	32 Collyrium
3 Epilima	18 Suſinum	33 Apyron
4 Malobathrum	19 Cyprínum	34 Atharis
5 Mendeſium	20 Telinum	35 Botryon
6 Mithridaticum	21 Megalium	36 Irium
7 Nardinum	22 Cynnamomũ	37 Euhęmon
8 Narciſſinum	23 Cynnamum	38 Oporice
9 Nicerotianum	24 Myrrha	39 Stomachice
10 Odontoſtimma	25 Balſamum	40 Diapaſma
11 Oenanthinum	26 Amomum	41 Magma
12 Panatheniacum	27 Pſilothrum	42 Regale vnguentum
13 Amaracinum	28 Thalaſſomeli	
14 Metopium.	29 Dropax	

1 Laterii Plinius ait esse medicamētū, qd' fit ex Cucumere sylvestri, succo expsso è semine. ¶ Crocinū species est vnguenti, quod efficit Croci cōmixtione. Propertius. Sit mensæ ratio, voxq; īter pocula currat. Et Crocino nares murrheus vngat Onyx. Alio noie Crocomagma dicitur. Fiebat autem ex croco trito & vino dulci. Hoc Romani non solum corpora delibuebant, sed & spargebant pulpita. Vnde idem Propertius. Pulpita solēnes non oluere crocos. Crocinum Authore Plinio in sola Cilicia diu maximè fuit laudatum, mox Rhodi.

3 ¶ Epilima vnguētū ē vilissimū, q̄ passim vtebant veteres.

4 ¶ Malobathrū vnguētū ē odoris fragrantissimi, qd' afferebat ex Assyria. Eo Romani suos capillos vngebāt i deliciis, vt videt innuere Horatius Li. 3. Car. Ode. 7. scribens. Cum quo morantē sæpe diē mero Fregi, coranatus nitētes Malobathro Syrio capillos. Malobathrus à Sidonio vocat, qui hoc vnguento delibutus est. Malobathrū teste Plinio vrinā cit, Oculoꝝ Epiphoris vino expressum vtilissimè imponit. Itē frontibus dormire volentibus.

5 ¶ Mēdesiū ē vnguētū, qd' fiebat i Mēdeso Aegypti vrbe.

6 ¶ Mithridaticū seu Mithridatios vocat Antidotum, quo Mithridates rex Ponti aduersus insidias venenorum consueverat se tutari. Eius cōpositio fit è duabus nucibus siccis, Item ficis totidem & Rutæ foliis viginti simul tritis. Addito salis grano. Quod qui ieiunus sumet eū veneno securum fore toto die pmittit Plinius Lib. 23. Cap. 8. Antidoti nomen adhuc nostra manet ætate.

7 ¶ Nardinū dicit vnguētū, qd' fit ex Nardo, qd' alio noie vocat Foliatū. Est aūt Nardus seu Nardum frutex odoris optimi. Tibullus. Illius puro distillēt tpa Nardo. Frequens est in Perside. Vnde ab Horatio in Epodo vocat Achæmeniū, vbi ait. Nūc & Achæmenio Perfundi nardo iuuat Indicum. Plinius Li. 12. vocat. Inuēta ingt nuper in Thracia herba est, cuius folia nihil ab Indico Nardo distāt. Pontanus Arabū vocat, Hieronymus Balbus Assyriū. Lucretius Lib. 2. Et nardi florē nectar qui naribus halat, Aliter folia-

tum & ſpicatũ dicit. Conſtat Omphacio, Iunco, Balano, Coſto, Nardo, Amomo, Myrrha, Balſamo.

8 ℂNarciſſinum vocat vnguentũ, quod cõponit ex Narciſſo flore delicatiſſimo, Conſtat generibus odorum, Sed iam componi deſiit Authore Plinio Lib.13.

9 ℂNicerotianum vocatur vnguẽtum odoratiſſimũ, cuius Author fuit Nicerotes Pharmacopola. Martialis Lib.6. Fragras plumbea Nicerotiana. Idem lib.10. Felix lectulus & lucerna vidit, Nymbis ebria Nicerotianis. Item alibi. Laudas ebria Nicerotiana.

10 ℂOdontoſtimma eſt, vnguentum, quo confricantur dentes, vt albeſcant, & exuant rubiginem.

11 ℂOenanthinũ eſt vnguentũ, quod fit ex Oenanthe.i. Labruſcæ flore. Laudabile fuit ĩ Cypro, Deinde in Aegypto præpoſitum. Author Plinius.

12 ℂPanatheniacum fuit vnguentũ Athenienſibus peculiare à quibus nomen ſumpſit Plinius lib.13. Panatheniacũ ſuum Athenæ perſeueranter obtinuerunt.

13 ℂAmaracinũ, Amaraco flore odoratiſſimo cõficit. Vnde adagiũ natũ. Nihil cũ Amaracino ſui. Lucretius. Poſtesq; ſuperbos Iungit Amaracino & floribus miſer oſcula figit. Idẽ Lib.2. Sicut Amaracini blandũ, Stactæq; liquorẽ. Idẽ lib.6. Deniq; Amaracinũ fugitat ſus, & timet oẽ Vnguẽtũ. Porrò Sampſucinũ aliter vocat, qm̃ Sampſucus eadem eſt herba, q̃ & Amaracus, De qua Virg. li.1. Aenei. Vbi mollis Amaracus illũ Floribus, & dulci aſpirãs cõplectit vmbra. Amaracus fuit puer regius Vnguẽtarius, q caſu lapſus dũ ferret vnguẽta, maiorẽ ex cõfuſione odoꝝ creauit odorẽ, inqt Seruius. Vnde optima vnguenta dicunt Amaracina. Laudabile fuit hoc vnguentũ in Co Inſula. Poſtea eodẽ loco prælatũ eſt Melinum. Optimũ eſt & Mytilenis & in Cypro, vbi plurima eſt ſampſucus, Authore Plinio.

14 ℂMetopium fuit vnguentum, cuius præcipuam laudem meruit Aegyptus. Mox abſtulit Phœnicia.

15 ℂPardaliũ laudabile in Tharſo, cuiꝰ cõpoſitio & mixtura obliterata ẽ. Dicit aũt à Pardali aĩali, cuius odorẽ reddit.

16 ℂBalanus herba eſt vnguẽtaria, cuius ſucco vnguentum

Balanini. cōponit Balaniũ, quod expeditiſſimũ olim fuiſſe, ſcribit
Balanatus. Plinius, Reſinaq; ſolitũ miſceri. Balanatus à Perſio dicitur hoc oleo delibutus, vbi ait. Tum cũ maxillis Balanatum Cauſape pectis. Mixobalanum vocat Martialis, vbi ait. Quod nec Virgilius, nec carmine dixit Homerus. Hoc ex vnguēto cōſtat & ex Balano. Glans aũt qua cōficit, præcipuæ bonitatis eſt in Troglodytis, Thebaide, & Arabia.

17 ℭ Melinũ vnguētũ fit è malis Cotoneis, & ſtruteis admixtis. Omphacio Cyprino, Samio, Iũco, Caſia, Ambrotono,

18 ℭ Suſinũ cōſtat ex Liliis, Balano, Calamo, Mello, Cynnamomo, Croco, Myrrha, & eſt oĩum tenuiſſimum.

19 ℭ Cyprinum vnguentum ex Cypro fiebat Omphacio, Cardamomo, Calamo, Aſp alatho, Ambrotano. Fuit optimum in Sidone, mox in Aegypto.

20 ℭ Telinum fit ex oleo recenti. Cypro Calamo, Meliloto, Fœnogræco, melle, mello, oraro, amaraco. Fuit ætate menandri poetæ celeberrimum.

21 ℭ Megalium ſucceſſit ex oleo Balanino. Balſamo, Calamo, Iunco, Xylobalſamo, Caſia, Reſina.

22 ℭ Cynnamomum vnguentoꝝ omnium eſt craſſiſſimum. Vocatur ab eiuſdē nois frutice, qui in Aethiopia, Sabæis, & Auſtrali India frequens eſt. Huic vnguento adiiciunt Balanium oleum, Xylobalſamum, Calamus, Iuncus, Balſami ſemina, Myrrha, mel odoratum.

23 ℭ Cynnamũ eadē eſt arbuſcula quę & Cynnamomũ, qua ēt conficit vnguentum eiuſdē nois. Hoc vident habuiſſe Thraces, qm̃ Claudianus de Nuptiis Honorii & Mariæ
Panggeus mons. Cynnama vocat Pãgæa à Panggo Thracię mōte, vbi ait.
In medio glebis redolentibus alea diues
Præbet odoratas meſſes. Hic mitis Amomi,
Hic Caſiæ matura ſeges, Panggęaq; ſurgunt
Cynamma, nec ſicco frondeſcunt vimina coſto,
Tardaq; ſudanti prorepſit Balſama ſucco. A Cynnamo fit
Cynnameus. adiectiuum Cynnameus, quo vſus eſt Baptiſta Pius. Cynnameos nimium lacerate pharetriger artus.

24 ℭ Myrrha per ſe vnguētũ facit ſine oleo. Stacte dũtaxat. i.
Stacte. diſtillatione. Nã Stacto verbũ gręcũ. i. diſtillo. Vnde Cata
Stacto.

ſtagmos morbus à Græcis dr̃,quem nos diſtillationē dici/mus.Et Lucretius li.2.Myrrhā appellat Stactā.i.diſtillati/ciā,vbi ait.Sicut.Amaracini blādū Stactæq́ꝫ liquorem. Eſt aūt Myrrha genus arboris odoriferæ, de qua ſucus ema/nat fragrātiſſimus.Ouid.li.10.Eſt honor & lachrymis,ſtil lataq́ꝫ cortice Myrrha Nomē herile tenet,nulloq́ꝫ tacebit æuo.Idē li.1.Faſto. Nondū pertulerat lachrymatas corti/ce Myrrhas. Hac abundāt Arabia,Achaia,Orontes,Aſſy/ria Propterea Virg.Myrrhā vocat Arabā, Achaiam Colu mella,Orontidē Sidonius,Orōteā Bap.Pius.A Myrrha fit adiectiuū Myrrheus Horatius lib.3.Car,Dic & argute ꝓperet Neæræ Myrrheū nodo cohibere crinem.

25 ¶Balſamū arbuſcula eſt ſoli Iudeæ cōceſſa,frequēs ī col/libus vt vinea. Suſtinet ſe ſine adminiculis.Tima iā fructi/fera eſt.Proceritatē habet duoꝝ cubitoꝝ.Eius lignū voca tur Xilobalſamū,ſuccus(q habet vnguēti loco) Opobal/ſamum,lac coagulās,& ī veſte nullas faciēs maculas. Car/pobalſamū vocat eius arboris fructus. Hoc vnguētū viris cōuenire ſcribit Martialis, quū Aſſyria vnguēta magis de ceant mulieres.Sic aūt ait.Balſama me capiūt.Hęc ſunt vn guenta viroꝝ,Delicias Nini vos redolete nurus.A Balſa/mo fit adiectiuū Balſameus,quo vſus eſt Sidonius.

26 ¶Amomū ēt arbuſcula eſt venoſo frutice,Palmi altitudi ne,cuius quoq́ꝫ ſuccus īter magni ꝑcii vnguēta numerat. Frequēs eſt in Aſſyria.Vnde Virgili⁹ Aſſyriū vulgò naſcet Amomū.Syllius Lí.11.Nec crimen Aſſyrio ꝑfundere pu/gnet Amomo.Habet & Armenia.Mātuanus ī Catharina. Circūflu⁹ aer Fragrat,& Armenio carcer luſtrat Amomo.

27 ¶Pſilothrum vnguētū erat ad depilādū corpus.Fiebatq́ꝫ ex variis rebus modo ex Thini ſanguine, felle & iecore. Modo ex ſanguiſugis coctis in vaſe fictili & aceto illiris. Prius tñ euellebātur pili,Authore Plinio.poſt adhibebat Pſilothrum,ne renaſcerent, ac repullularēt. Martialis ad Gargilianū. Pſilothro faciemq́ꝫ lauas, & Dropace caluā. Nunquid tonſorem Gargiliane times?

28 ¶Thalaſſomeli vnguentum,quod fit æquís portionibus Maris,mellis,Imbris. Fictiliq́ꝫ vaſe & depicato conditur.

Cata[...] Myrrha Myrrheus Xilobalsamum Carpobalsamum Balsameus

29 ¶Dropax vnguentum depilatorium, seu euellēdis pilis idoneū. Martialis lib. 3. Psilothro faciemq; lauas, & Dropace caluam.

30 ¶Cæroma erat vnguētū, ex oleo & cœno, quo vtebant iuuenes ad robur lacertoꝝ. Hinc Cęromatici eo delibuti vocant. Martialis li. 4. Seu lētū Cęromatęcis, tepidiiq; Trigona. Idē li. 7. Vara nec iniecto Cęromate brachia tendis.

31 ¶Panchrestū genus ē medicamēti. De quo Cicero actione quarta in Verrē, Q uū (inquit) oēs eius comites iste sibi suo ille Panchresto medicamēto amicos redemisset.

32 ¶Collyriū dicitur oculoꝝ medicamētum. Horatius. Hic oculis ego nigra meis Collyria Lippus Illinere.

33 ¶Apyron vocat vnguētū ex auro. Author Plinius li. 21.

34 ¶Atharis medicamentum est vtilissimū infantibus, quod fit Olyra herba decocta. Idem Lib. 22.

35 ¶Botryon erat medicamentum cōpositum ex cinere excrementorum, quo Aeschynes Atheniensis Anginis medebatur & Tonsillis. Author Plinius Lib. 28.

36 ¶Irium Plinius vnguentum fuisse scribit, quod diu Corinthi placuerit, postea Cyzici.

37 ¶Idē lib. 11. ait medicamētū esse, qđ à Gręcis Enhęmon dicit, singulari effectu cōtrahēdis vulnerū cicatricibus.

38 ¶Oporice medicamentū est, quod fit ad Dysentericos, stomachiq; vicia in cōgio musti albi, lento vapore, decoctis malis Cotoneis quinq; cū suis seminibus Punicis cum totidē & Sorboꝝ sextario. Author Plinius lib. 24.

39 ¶Stomachice medicamētū ē vtilissimū oris viciis, nariū, auriū, oculoꝝ caligini. Pterygiis & genitalib⁹. Plini⁹ li. 23.

40 ¶Diapasmata dicunt vnguēta ex siccis odorib⁹. Martialis Lib. 1. Q uid ꝙ olet grauius mixtū Diapasmate virus?

41 ¶Magmata verò dicuntur feces vnguentorum, vt scoria ferri, Amurca olei.

42 ¶Regale vnguentum vocat Plinius, quo Parthorum reges vtebantur. Fiebat aīt Myrobalano, Costo, Amomo, Cynnamomo, Comaco, Nardi spica, Maro, Myrrha, casia, Styrace, Ladano, Opobalsamo, Calamo, Iunco, Syriaco, Oenanthe, Malobathro, Sericato, Cypro, aspalatho,

Panace, Croco Cyprio, Amaraco, collato melle, vino.

Auctarium.

Porrò vnguenta quoque fiunt ex floribus, vt Rosaceum, Leucoium, Susinũ. Aut ex foliis, vt Myrrhinũ, Oenanthinũ, Aut ex radicibus, vt Nardinũ, Amaracinũ. Vnguẽtis veteres multis modis vsi sunt. Ad salubritatẽ, vt natãtes & lauantes, Ad necessitatem, vt certãtes Ceromate vngebãtur. Ad luxuriã, vt delicati, causa Veneris & mensarũ. Greci mixtum vnguẽto vinũ bibere nõ erubescebãt, quod dicebat Myrites. Bathilli populi vnguẽtis madent. Huius luxuriæ inuentũ Persis refert acceptũ. Vnde Horatius. Persicos odi puer apparatus. Eius rei fidẽ facit scriniũ vnguentorum laudatissimorum, quod expugnatis Darii castris reperit Alexander. Cyprii quoque Cyziceni, & Corinthii, eadem mollicie effœminati sunt. Constat vsum vnguentorum aliarumque rerũ ad delicias repertarũ vsque ad Iulii Cæsaris tempora Belgis fuisse ignotũ, quũ imperator ipse Belgas fortissimos dicat, quod ad eos non cõmeẽt mercatores, qui quæ ad effœminãdos aĩos pertinẽt illuc cõportẽt. Inuasit hic luxus totam paulatim Italiam, adeò vt. M. Otho Neroni monstrauerit vestigia pedũ vnguentis tingi, hisque balnearum parietes quoque aspersi sint. Caium quoque principẽ ferũt vnguẽto solitũ lauari. Anno post vrbẽ cõditam. 565. P. Licinius Crassus & Iulius. Cæsar censores edixerunt, ne quis venderet vnguẽta exotica. L. Plotius, Plotii bis Consulis frater proscriptus à Triũuiris, in Salernitana latebra vnguẽti odore proditus est. Incõfesso est Heliogabalũ imperatorem triclinia quoque lectos & porticus oĩ florũ genere strauisse, vt Liliis, Violis, Hyacinthis, & Narcissis, ac per eos ambulasse, seque vnguẽtis oĩum fragrãtissimis nudũ sæpenumero perunxisse. Quem secuti imperatores propè nullã mollitiem sibi nõ permiserunt, nullũ voluptatis poculũ reliquerunt ingustatũ. Quod ego in Romanis principibus, quis dãnẽ plurimũ, nõ tñ admodum miror, quum etiam apud eos abiectissimi homunculi, idem sibi indulserint.

PARERGON. Rideo magis, & cũ lachrymis interim maximè deploro hoc vanitatis cõtagium ab Alpibus ad

noſtrates deſcendiſſe,non ad abiectos qdē, ſed principes ipſos,qui nunc toti ferè vnguētis madent,nec aliā(vt credibile eſt)ob cauſam, q̄ vt trāſeuntes fœminas odor inuitet.Hoc ab Italis accepimus lucri,Nec hoc ſolum,ſed alia per multa, quæ regno noſtro maximū diſpēdiū & incolis ꝓbrum attulerūt.Vnde & à qbus didicimus,ꝓmiſſas hircorum barbas nutrire, quas odoribus, vt ſuauiora videātur oſcula,frequenter delinimus? Quis docuit noſtros Aulicos,laruas quas Momos vocāt oppidatim ferre,vt ſtuprorum culpā,& adulterioꝝ ludi noīe prætexāt? Quis nitorem cutis fuco & ceruſſa ꝓuocare? Quis venena miſcere poculis?Sed forte falſum eſt venena apud nos pręminiſtrari.Qui fit ergo,vt tot epiſcopi quotidie morianturaliis(q prædā expectāt)inſidiātibus?Nunc paucis diuitibus ſecuris eſſe licet.Parum fuerat nos Carolo Octauo Italiā peruagāte,cācroſam neſcio quā leprā ab illis hirqtallis cōtraxiſſe,niſi nouum quotidie infortuniū, noſtro capiti aſſueremus, nouāq; vanitatem regno noſtro pararemus. Atq; illi quū tot vlceribus nos deformauerint,tātumq; ex graueolentibus ſuis excremētis & latrinis ſterqlinium nobis iniecerint, nō erubeſcūt tm̄ morbum vocare Gallicū, quē à Neapoli & Capua, antiquiſſima luxuriæ parente ipſo etiānum Plinio teſte cōtraximus. Non ſufficeret mihi totus Archílocus,non Iambographoꝝ conuicia,ad deteſtādam dirisq; imprecatiōibus deuouendā horā illā,ac diē, qua ſuperādarum Alpiū, viſendæq; Italiæ nobis inceſſit libido & cupiditas. Hinc fluxere nobis mille peſtes. Nec toto decēnio tm̄ illinc aſportamus lucri, q̄tum iacturæ facimus vno momēto. Illic eſt noſtroꝝ militū ſepulchretū. Illic ara noſtra.Nec quiſq̄ ibidē ſecurè pōt qeſcere. Nunq̄ enim machinari deſinent.Q d' ſi victi.qūq; arrideāt noſtratibus, ſimulatior eſt ille riſus lachrymis & clamoribus pręficarum. Eorum verba labiorum tenus ſunt humana, videntur pellace vulpe benigniores,nec oculis tm̄ & vultu applaudūt, ſed ēt erectis humeris adhinniunt illi beniuoli trucidatores.Prudēter faceremus,ſi hāc exueremus ambitionē contentiq; noſtris pomœriis viueremus.Nam vt ad

institutum redeã, nihil ibidem aliud pficimus, q̃ꝙ nouæ luxuriæ inbibimus doctrinam, & obbrutescere discimus.

¶ De oleo.

REperit & portentosa hoĩum luxuries in Oleo voluptatem, quo pleriq; ad nitorem cutis, ad confirmandas corporis vires se perunxerunt. Fuit autem multiplex. Amygdalinum quod ex amaris nucibus arefactis & in offam contusis aspersum aqua, & iterum tusis exprimebat̃. Mollit corpora, cutem erugat, nitorem cõmendat. Varos cum melle tollit à facie. Prodest auribus cum Rosaceo & melle, & punici mali germine decoctũ. Author Pli. Vide alias virtutes apud eundem lib. 23. Cap. 4. ¶ Oenãthinum fiebat ex Oenãthe herba. ¶ Cicinum bibebat̃ ad purgationes ventris cum pari Caldæ mensura. ¶ Laurinum vtilius est, quo recentius & viridius colore, Illinitur Paralyticis, Spasticis, Ischidiacis, & plerisq; aliis morbis ¶ Cupressinũ à Cupresso arbore, vt Myrteum à Myrto. Citreum à Citro. ¶ Balaninum ex Balano glande, De qua iam diximus. Repurgat Varos, furũculos, Lentigines, Gingiuas. ¶ Omphacium prodest Gingiuis. Si contineat̃ in ore, colorem dentium custodit, magisq̃ aliud, & sudores cohibet. ¶ Narcissinum dicitur à Narcisso flore. ¶ Raphaninũ à Raphano. Phthiriases tollit, scabricias cutis in facie emendat. ¶ Sesaminũ auriũ dolores sanat & vlcera, q̃ serpũt. ¶ Balsaminũ cõtra oẽs serpẽtes est efficax. ¶ Liliinũ renibus vtilissimũ est sudoribusq; euocãdis. ¶ Seleuciciũ neruis vtile est. ¶ Picenũ pdest ad quadrupedũ scabiẽ. Hæc oĩa & multo plura his docet Plinius.

¶ Potiones diuersæ.

1 Amysthis	5 Pyratium	Cærea
2 Oxyhalme	6 Bua	Ceruisia
3 Oxysacaron	7 Zythum	8 Ptysana
4 Promulsis	Celia	9 Sabaia

1 ¶ Amysthis erat quædam potio apud Thraces, quę clausis oculis bibebatur. Horatius Lib. 1. Car. Nec multi Damalis meri Bassum Threicia vincat Amysthide.

2 ¶ Oxyhalme erat potio, quæ fiebat ex sale & aceto recenti aduersus serpentes.

3 ¶ Oxysacaron potio ex sacaro & aceto. Sacarū aūt ē mel in arundinibus collectū, gūmi instar candidū, ac fragile.

4 ¶ Promulsis potio ex mulso condita Cicero. Non eum quem tu es solitus Promulside conficere. Hinc Promulsidaria vasa, quibus mulsum continetur.

5 ¶ Pyratium fiebat ex Pyris, & loco vini sumebatur. Hieronymus contra Iouinianum. Timotheo dolenti stomachum vinum suadet bibere, non Pyratium.

6 ¶ Bua infantulorum potio, à sono fictum vocabulum. Cato. Quum cibum ac potionem papas & Buas vocent, & matrē mámam, & patrē tatā, ex frugibus inqt Plini⁹ li. 22.

7 fiūt potus Zithū in Aegypto, Celia & Cęrea in Hispania, Ceruisia & plura gña ĩ Gallia, quoꝝ oĩum spuma cutem fœminarū ĩ facie nutrit. Idē li. 14. Aegyptus iqt ē fruge sibi potus siles excogitauit. Nullaq́; in parte mūdi cessat ebrietas. Bibit Ceruisia mera nō diluta inebriat instar vini.

8 ¶ Ptysana est itidem potio à Græcis inuenta, quę ex Hordeo fieri solet Martialis lib. 12. Frumentū, milium, Ptysanamq́; Fabamq́; solebas vendere.

9 ¶ Sabaia ē pot⁹ in Illirico pauptin⁹, ex Hordeo & Frumēto ĩ liquorē cōuersus. Author Ammian⁹ Marcellin⁹ lib. 26.

¶ Denoĩationes à variis artiū pfessiōib⁹ ordine lrarū.

1 Abietarii	9 Agasones	16 Arcarii
2 Acupictores	10 Auiarii	17 Aquarii
3 Acupedii	11 Aurarii	18 Aurigæ
4 Alutarii	12 Aurifices	19 Aucupes
5 Amphorarii	13 Architecti	20 Arcularii
6 Apiarii	14 Atrienses	21 Aliptæ
7 Argētarii	15 Argyrognomones	
8 Asinarii		

1 ABietarii dicunt fabri lignarii, ab Abiete arbore, Abiegnæ trabes abiete factæ.

2 ¶ Acupictores vocant phrygiones, q aurū & colores vestibus intertexunt. à qbus natæ triūphales vestes, & opus auro pictum, dardanum aurū vocat. Pli. lib. 10.

3 Acupedii optimi cursores à pedum acumine.

4 Alutarii sutores coriarii, ab aluta. i. pelle, quæ à luteo colore dicitur.

5 ℭAmphorarii pincernæ, ſeu pocillatores, ab amphora vaſe vinario.

6 ℭApiarii q curant apes. Aliter vocantur mellatores.

7 ℭArgẽtarii dicunt cãpſores, ſeu nũmularii. Budę⁹. Argẽtarii Romę tabernas i foro publico ꝓductas hẽbãt. Alr vocant mẽſarii, mẽſularii, Trapezytę, Colybiſtę, monetarii.

8 ℭAſinarii quí aſinos paſcunt. Hoc vocabulo vtitur Cato de re ruſtica.

9 ℭAgaſones equorum ductores. Hora. Si patinam pede lapſus frangat agaſo.

10 ℭAuiarii qui auium curam gerunt. Colu. Sic tamen vt illuſtria, ſint loca quæ cõmodius habitet Auiarius.

11 ℭAurarii qui aliquid inaurant.

12 ℭAurifices dicunt aurarii. Aurificina aurificis taberna.

13 ℭArchitectus primarius faber.

14 ℭAtrienſes cuſtodes atriorum, ſeu veſtibularii.

15 ℭArgyrognomones minutuli nummularii, quaſi pecuniæ ſpectatores.

16 ℭArcarii arcaꝝ fabri. Author Cęli⁹. Appellant & Scriniolarii.

17 ℭAquarii q aquam circũferunt vænalem. Idẽ Author.

18 ℭAurigæ curruũ & vehiculorum ductores.

19 ℭAucupes qui aues capiunt.

20 ℭArcularii arcularum & ſcriniorum fabri.

21 ℭAliptes, corporum vnctor. Idem ferè ſignificant Veſpilo, Sandapilarius, Libitinarius.

1 Bractearii	13 Cæroplaſtæ	25 Cæmentarii
2 Bubulci	14 Ciniflones	26 Calceolarii
3 Balneatores	15 Coſmetæ	27 Capſarii
4 Cellarii	16 Condi	28 Carnarii
5 Copiarii	17 Carnicoctores	29 Carpentarii
6 Coronarii	18 Crepidarii	30 Caupones
7 Celeuſtes	19 Calones	31 Ciſtiferi
8 Conchyliarii	20 Clitellarii	32 Dulciarii
9 Codonophori	21 Cupedinarii	33 Decupa
10 Colybiſtæ	22 Cubicularii	34 Dardanarii
11 Chirurgi	23 Cinerarii	
12 Cinclidarii	24 Crocatarii	

1 BRacterarii, qui Bracteas faciunt, quiq; aurum malleis tusum, & ad quáuis tenuitatem du/ctile rebus inaurandis reducunt.

2 ¶ Bubulci, & Bubsequæ boum custodes.

3 ¶ Balneatores balneorũ ministratores. Vnde & apud Erasmum est adagium. Asinus balneatoris.

4 ¶ Cellarii qui asseruando penu præsunt.

5 ¶ Copiarii, qui legatis foras profecturis pecuniam suppe/ditant necessariam.

6 ¶ Coronarii qui coronas conficiunt. Pli. lib. 21. Corona/rii quidem & spinæ flore vtuntur.

7 ¶ Celeustes, qui remiges hortatur, quasi nauigationis moderator. Et Celeuma nauticus clamor dicit. Budæus.

8 ¶ Conchyliarii, qui conchylia in mari conquirunt.

9 ¶ Codonophori .i. atrati anteambulones, & ferales pre/cones tintinabula gestantes. Budæus.

10 ¶ Colibystæ dicunt nũmularii, Nã colibus dicit nũmus.

11 ¶ Chirurgi medici vulnerarii.

12 ¶ Cinclidarii, quibus & vestibuli committitur custodia: Cinclidas enim Græci appellant valuas duplices aut fora/men quo immittitur clauis.

13 ¶ Ceroplastæ, cærearum imaginum artifices.

14 ¶ Ciniflones, qui modum docent crispandorum capillo/rum calamistris.

15 ¶ Cosmetæ dicuntur vnguentarii à Cosmo medico, vt opinor sicut Cosmiani.

16 ¶ Condi, q recõdũt in cellã penuariã bona domestica.

17 ¶ Carnicoctores, q coctas carnes exponũt vænales.

18 ¶ Crepidarii, qui crepidas conficiunt. Aliter vocant Cal/ceolarii sutores.

19 ¶ Calones militum serui, qui clauas ligneas, hastas & fu/stes ferunt à tergo dominorum. Horatius. Hunc permin/xerunt calones atq; caballi.

20 ¶ Clitellarii, qui sarcinas ferunt clitellis. Aliter vocantur muli mariani.

21 ¶ Cupedinarii, venditores ciborum lautiorum, qui vo/cantur Cupediæ.

22 ¶ Cubicularii cubiculorum famuli. Sueto. in Iulio. Mansitq; apud eos nõ sine summa indignatione prope. 40. dies cum vno medico & cubiculariis duobus.

23 ¶ Cinerari & Cinislones dicuntur tonsores, A conflandis calamistrorum cineribus, In quibus calamistra ad iuuenũ puellarumq; capillos vibrandos calefaciebant. Catullus. Nunc tuum Cinerarius tondet os.

24 ¶ Crocatarii, qui Crocino colore vestes inficiunt. Plautus. Qui incedunt infectores Crocatarii.

25 ¶ Cæmentarii dicunt Cęmentorũ. i. ędificiorũ (q̃ ex lapidibus fiũt) structores. Hieronymus vocat fabros murarios.

26 ¶ Calceolarii, qui calceos consuunt & cõficiunt. Vocant aliter Alutarii, Coriarii, Crepidarii, Sandaliarii.

27 ¶ Capsarii, capsarũ & crumenarũ custodes vel artifices.

28 ¶ Carnarii, carnium venditores. à græcis creopolę dicuntur & creurgi.

29 ¶ Carpentarii, fabri lignarii, q carpenta conficiunt.

30 ¶ Caupones, esculentorũ, poculentorumq; venditores.

31 ¶ Cistiferi, vasculorum, aut capsorũ vectores.

32 ¶ Dulciarii dicuntur pistores placentarii, quos pastillarios dicimus.

33 ¶ Decupa, qui vinũ quotidie minutatim vendit, Cicero. Vinum à decupa & propola quotidie sumit.

34 ¶ Dardanarii, dicunt ppolę, q oĩa p̃emũt, vt cari⁹ postea vẽdãt, à Dardanio quodã magno, q hoc facere ↄsueuerat.

1 Epibatę	7 Ferramẽtarii	13 Herbarii
2 Essedarii	8 Flamearii	14 Helciarii
3 Fœnisecæ	9 Furnarii	15 Hamiothæ
4 Ferales p̃cones	10 Gamgabæ	16 Horrearii
5 Fullones	11 Gemmarii	17 Institores
6 Fartores	12 Hostiarii	18 Insularii

1 Epibatæ dicuntur, qui ob hoc tantum sunt in naui, vt vehantur. Author Budęus.


2 ¶ Essedarii dicunt fabri essedorũ vehiculorũ. Suetonius in Augusto. Quũ essedario (pro quo quatuor filii deprecabãtur) magno oĩum fauore indulsisset rudẽ.

3 ¶ Fœnisecæ, qui secant fœnum. Columella vtitur.

4 ¶Ferales prǽcones, dicunť atrati illi anteambulones, qui cadauera (quę efferunť) cum tintinabulis praecedunt.
5 ¶Fullones, dicunť q maculas è pánis detergunt. Eorum ars vocať fullonica. Martialis lib. 7. Tam malè Thais olet, q̃ non fullonis auari Testa vetus.
6 ¶Fartores, q farcimina, faciunt ex insecta carne & adipe. Terētius. Cupedinarii oēs, cetarii, lanii, coci, fartores.
7 ¶Ferramētari⁹ ferramētorū cōfector. Iulius Firmicus vtiť.
8 ¶Flamearii dicunť ifectores flamei coloris violę luteae, q̃ flamcola appellať. Hinc flamea coloris lutei vestimenta.
9 ¶Furnarii, qui ex furno panisq; coctura quaestum faciūt. Vocantur etiam fornacarii.
10 ¶Gamgabae à Persis dicuntur, q humeris onera portant. Author Curtius lib. 3. de gestis Alexand.
11 ¶Gemmarii gemmarum vēditores. Caelius. Gemmarius qdam vitreas gemmas, vt legitimas verasq;, Imperatoris vxori magno precio vendiderat.
12 ¶Hostiarii custodes hostiorum. Plini lib. 12. Natura. Historię, Cap. 15. Sed prẹter has & custodes satellitesq; & hostiarii & ministri populantur.
13 ¶Herbarii, q vires herbarū noscūt, aut ex his cōficiūt vnguēta. Idē Pli. li. 13. Herbarii i vtraq; pauca his & alia aliis miscēt. Itē li. 21. Scelus herbariorū aperiť in hac mētione.
14 ¶Helciarii q naues deducunt, subducunt vè ad officia inuicem adhortantes, & rudentibus corpori suo inuolutis trahunt instar equorum. Martialis lib. 4. Quem nec erūpere nauticum, nec clamor valet Helciariorum.
15 ¶Hamiotae dicuntur piscatores, ab hamis quibus vtunť ad capiendos pisces.
16 ¶Horrearii appellantur horreorum custodes.
17 ¶Institores, pprie dicunť rerū delicatarum vēditores, & negociatores q gerendis instēt negociis. Propertius. li. 4. Mundus demissis institor in tunicis. Ouid. Institor ad dominam veniet distinctus emacē.
18 ¶Insularii inqt Budę⁹ dicunť ab isula, q lingua vernacula Cōciergi vocanť. Eiusmodi hoīes eē solēt, i domib⁹ pricipū, q̃ insulę plerūq; sunt. i. à priuatorū domib⁹ distinctae.

La ctarii

1 Lactarii	12 Lecticarii	23 Mangones
2 Lachanopoles	13 Lenobates	24 Molitores
3 Lanarii	14 Limborarii	25 Mellatores
4 Lixæ	15 Linthearii	26 Macheropii
5 Libitinarii	16 Lucernarii	27 Machærophori
6 Lintheones	17 Metallici	28 Margaritarii
7 Lathomi	18 Mesonautæ	29 Medicamētarii
8 Lenones	19 Mediastini	30 Mellisones
9 Librarii	20 Mensarii	31 Mercenarii
10 Libratores	21 Muliones	32 Myropolæ
11 Lanii	22 Mansuetarii	



1 Lactarii qui cibos ex lacte conficiunt. Spartianus in Heliogabalo. Dulciaros & lactarios tales habuit.

2 ¶Lachanopoles olerum vēditor, qui & olitor & olerarius dicitur.

3 ¶Lanarii qui lanas curant. Plautus. Stat fullo, Phrygio, aurifex, lanarius.

4 ¶Lixę dicūtur, qui aquas hauriunt. Seneca in Thebaide. Humilisq; socerum lixa dominantem sequar. Syllius. Et inutile Marti Lixarum vulgus.

5 ¶Libitinarii dicunt, qui ex rebus funeralibus & exequiis q̄stū faciūt. à Libitina dea sepulchrorū, aut sepulchro ipso.

6 ¶Lintheones, q linthea cōficiunt. Vocabulū est Vegetii.

7 ¶Lathomi dnr lapicidę, & Lathomię dnr lapidicinę, vbi eruūt & cędunt lapides. Tomos enī gręcè sectio dr latinè.

8 ¶Lenones dicunt illectatores & pductores meretricū, ab alliciendo. Et est cōmunis generis, q̄uis ēt dicamus lena.

9 ¶Librarii qui libros vēdunt. Aliter bibliopolę. Catullus. Nam si luserit ad librariorū. Curām scrinia.

10 ¶Libratores, q aurū, aut aliqd aliud ad librā expendunt. Theoderitus p zenobiū Acciaolum. Ille (inquit) qui scire amet, quot pōdo cēsenda sunt, vel aurea vasa, vel argētea, vel numismata quępiā pendēda ea libratoribus defert.

11 ¶Lanius seu lanio, qui carnes vendit in carnario. Aliter dici potest bouicida.

12 ¶Lecticarii, lecticarū curatores. Seruius Sulpici⁹. Meisq;

O

lecticariis eum in vrbem referre.

13 ¶Lenobates appellatur vuæ calcator.

14 ¶Limborarii, q limbos cõsuũt, Plaut. Textores limborarii. Est aũt limbꝰ vestimẽtũ purpurã infernè cõsutã habẽs.

15 ¶Lintheárii, q lintheа vẽdũt & cõficiunt, vt Lintheones.

16 ¶Lucernarii anteambulones & tediferi. Appellanť & lucerniferi, & à græcis Daduchi, & Dadurgi, Tedifices.

17 ¶Metallici, q metalla eruũt aut cõficiũt. Pli. Li. 13. Ca. 16.

18 ¶Mesonauta nomen est vilis mancipii in naui, diciturq; is, qui iubẽte Nauarcho quæq; munia subire cogitur.

19 ¶Mediastinus est mancipium abiectum, quod vilissima, & sordidissima ministeria obire domi cogitur, vt domum verrere, purgamenta efferre, ligna congerere, & huiusmodi alia facere. Ita autem dicitur, q in media domo ad imperia omnium nutusq; excubare soleat. Horatius in Epistolis. Tu mediastinus tacitus prece rura petebas.

20 ¶Mensarii, & mensularii dicuntur colybistæ, seu monetarii & trapezitæ.

21 ¶Muliones, qui mulorum habent curam. Apud Martialem mulio capitur pro essedario, vbi Lib. 9. ait. Nec pigri rota quassa mulionis.

22 ¶Mãsuetarii, q syluestria aĩalia mãsuefaciũt & cicurãt, & ex feris domesticos reddũt. Aliter exarmatores dici põt.

23 ¶Mangones dicebantur magistri & comptores formæ puerorum & puellarum, quos exponebant vænales. Solebant enim artificio colorem corporis pulchrificare, quo faciliꝰ vẽderẽt quos volebant. Hinc mangonizare est aliquid ornare ad alliciendos emptores.

24 ¶Molitores vulgo molendinarii qui frumenta molunt in pistrino. Aliter pistrinarii dici possunt.

25 ¶Mellatores, qui curam mellis & apũ gerunt. Aliter vocantur Apiarii. Volaterranus. Ad hæc propellenda diligẽs mellator remediis instabit.

26 ¶Machæropii dicũtur fabri gladiorum quo nõie dictus est Demosthenis pater, q cultellos factitaret. Machæra Græce latinè dicitur sica, seu gladius.

27 ¶Machærophori dicuntur hastiliferi. Cuiusmodi sunt re

giiſtipatores. Cicero ad Q. fratrem. Machærophoris centum ſequentibus miros riſus nobis edidere.

28 ℭMargaritarii margaritarum aliarumq́ʒ gẽmarum venditores, & negociatores. Dicuntur & gemmarii.

29 ℭMedicamentarii & medici à medendo dicuntur, quĩ morbis afferunt remedia. Plinius. Herbarias & medicamẽtarias artes dixit.

30 ℭMelliſones, ſeu mellarii qui mella & apes curant. Aliter mellatores & Apiarii, vt iam diximus.

31 ℭMercennarii, qui cauſa mercedis operam nobis præſtant à mercede hoſtimento.

32 ℭMyropola vnguentorũ venditor. & Miropoli officia vnguentorum & pharmacorum.

1 Nautæ	15 Purpurarii	28 Panifices
2 Nouacularii	16 Pollinctores	29 Pecuarii
3 Organici	17 Piſcinarii	30 Pelliones
4 Oeconomi	18 Piſcatores	31 Phrygiones
5 Obſtetrices	19 Piſcarii	32 Popinones
6 Odorarii	20 Propolæ	33 Porcarii
7 Oenopolæ	21 Pigmentarii	34 Portitores
8 Olitores	22 Promi	35 Placentarii
9 Oſtiarii	23 Pocillatores	✠ Proxeneta
10 Oxyporopoli	Propinatores	36 Quadrigarii
11 Oenopolæ	24 Piſtores	37 Quæſtores
12 Putearii	25 Pharmacopolæ	38 Ratiarii
13 Proretæ.	26 Præcones	
14 Pægaſarii	27 Plumarii	

1 NAuta ſeu nauita magiſter & ductor nauis. Eodem ethymo vocatur nauclerus.

2 ℭNouacularii, q nouaculas ſeu cultros Raſorios conficiunt.

3 ℭOrganici & Organarii dicuntur organorum artifices Lucretius Lib. 2. Organici quæ Nobilibus digitis expergefacta figurant.

4 ℭOeconomi dicuntur cuſtodes & diſpenſatores frugũ, pecuniæ, & omnium rerum, quas dominus poſſidet. Vnde Oeconomia rei domeſticę adminiſtratio.

5 ¶Obstretices & obstetriculæ, q̄ parturiẽtiũ curã habẽt, q̄ sua pitia dolori obstẽt. Vñ obstetricare, est partũ adiuuare.

6 ¶Odorarii, qui odores conficiunt & vendunt. à Græcis vocantur Aromatopolæ.

7 ¶Oenopola vini venditor. Oenopoliũ taberna vinaria. Plautus Quũ à pistore panẽ petim⁹, vinũ ex Oenopolio.

8 ¶Olitores, q hortũ olerib⁹ cõsitũ exercẽt & curãt. Aliter vocant̃ Hortulani, Olitor ẽt dici põt qui vendit olera.

9 ¶Ostiarii custodes ostioꝝ. Vocant̃ aliter Atriẽses, ędituí, ædituẽtes, æditimi, claustrarii, claustritimi, ianitores, liminarii, liminiarchæ, vestibularii.

10 ¶Oxyporopoli, qui cibos vendunt aceto confectos. Plinius. In eo vsus est & Oxyporopoli seruant addito dulci acrementum aceti temperantes. Et oxypora dici possunt esculenta aceto condita. Vnde Idẽ Plinius Li. 20. Cap. 13. Idipsum condimentis propè omnibus inseritur. Oxyporis etiam aptissimè.

11 ¶Oenopolæ dicunt̃, q taberna vinũ exponũt vænale.

12 ¶Putearii qui puteos excauant. Pli. Lib. 31. Cap. 3. Depressis puteis sulphurata, vel aluminosa occurrẽtia putearios necat. Puteorũ excauatores Græci Phreorychos vocant. Eorum instrumentum dicitur Teuresis. Organũ quo ex puteo hauritur aqua, Celonium vel Ciconia. Puteos aperire apud iureconsultos est excauare.

13 ¶Proreta dicit̃, qui proræ præfectus est, queadmodũ gubernator, qui puppi. Plautus in Ruden. Si tu proreta isti naui es, ego gubernator ero. Refero acceptum Budæo.

14 ¶Pægasarii dicuntur cursores, qui statis locis mansiones suas positas habent, quorum diuersoria Stathmi vocant̃. Debeo Budæo.

15 ¶Purpurarii purpurarũ pisciũ piscatores, qui & conchyliarii dicunt̃. Possunt ẽt dici infectores purpuræ.

16 ¶Pollinctores dicuntur funerum curatores. Pollincere enim est mortuum curare. Plautus in prologo Pœnuli. Eorum alter viuit, alter est mortuus. Propterea apud vos dico confidentius, quia mihi pollinctor dixit, qui eũ pollinxerit, Et in Sthico. Hodie pollinctura est.

17 ¶Piscinarii qui piscinas curant. Cuiusmodi fuerunt Sergius Aurata, & Licinius Murena, qui captorum piscium lætabantur vocabulis. L. quoq; Philippus, & Hortensius piscinas habuerunt preciosissimis piscibus refertas, quos propterea Cicero piscinarios appellat.

18 ¶Piscatores qui pisces inquirunt. Aliter vocant Hamiotæ, ab Hamis quibus esca operti pisces decipiuntur.

19 ¶Piscarii qui pisces vendunt. Varro. Inter piscarios nemo vendebat.

20 ¶Propolæ à Græcis dicunt, qui à nobis reuenditores, q aliquid præemunt, vt carius postea vendant. Lampridius. Imitatus propolas circunforaneos, equos curules sibi cõparauit. Vocant aliter dardanarii, vt iam docuimus.

21 ¶Pigmentarii, qui pigmenta vendũt aut conficiũt. Hieronymus in Exo. Composuit & oleum & sanctificatiõis vnguentum, & Thymiamata de mundissimis Aromatibus opere pigmẽtarii. Cælius inter eos q corporis curã agunt, recẽset, tonsores, balneatores, pilicrepos, Alipilos, Mediastinos, Mãgones, Coronarios, Cosmetas, & id gen⁹ alios.

22 ¶Promi dicunt, qui prosunt promẽdis cibariis, aliisq; rebus domesticis. Ausonius. Promus q̃ condus magis.

23 ¶Pocillatores, dicuntur pincernę & prægustatores, quãlem poetæ fabulantur esse Ganymedem assistentem Ioui. Aliter propinatores dicũtur. Nam q̃uis propinare plerũq; significet præbibere, aliquãdo tamen est dare bibere. Pli. lib. xxi. Cap. 20. Medici in vino dequoquũt recens vel aridum, illinuntq;, vel Spleneticis propinant ex aceto. Idem lib. xxviii. Artemon propinauit aquam è fonte noctu Comitialibus morbis. Vbi (vt in plerisq; aliis locis) propinare pro dare bibere ponitur. Sunt tamen nescio qui ridiculi, qui nihil probant, nisi quod in putidis quibusdam authoribus legerit, quasi verò linguæ Latinę copiã debeant aut possint circũscribere pomœriis suæ ignorantiæ.

24 ¶Pistores seu pisores dicunt furnarii panifices, à pinsendo, qui ꝓprio & decẽti epitheto vocant farinulenti.

25 ¶Pharmacopolæ medicamentorum venditores. Et pharmacopolium amuletorum officina.

26 ¶Præcones, enunciatores publici, qui iussu magistratus publice aliquid enunciant. Hora. Vt præco ad merces turbam qui cogit emendas: Domesticus præco dicitur, qui seipsum laudat.

27 ¶Plumarii qui acu pingunt. Aliter vocantur Polymitarii. Opus plumarium acu factum. Vitruuius li. vii. de Architectura. Cap. 6. Non minus inquit pinacotheca & plumariorum textrinæ, pictorumq́ officinæ vti colores eorum in ope pp constantiã luminis imutata maneant qualitate.

28 ¶Panifices seu panifici, qui panem conficiunt. Panificiũ panis confectio dicitur.

29 ¶Pecuarii, pecorum custodes, qui & armentarii vocant. Pecuariam rem facere, est armenta gregesq́ alere.

30 ¶Pelliones qui vestes pelliceas, aut alia quęuis opera pellibus conficiunt.

31 ¶Phrygiones dicunt, qui acu pingũt, aut vestes auro intexũt. Phryges enim primi inuenerũt aurũ telę itertexere.

32 ¶Popinones, sunt quos tabernarios dicim⁹, vel luxuriosi, qui popinas amãt, qualem Horatius villicũ suũ arguit, ꝙ rure velit redire Romam, desyderio popinæ. Budæus decenti epitheto delicias vocat popinales.

33 ¶Porcarii dicunt porcoꝝ custodes. Alio noĩe dicunt suarii. Porculatio porcoꝝ nutritio, & porculena merces ipsi⁹.

34 ¶Portitores dicuntur transfretatores, à portu. Virg. li. vi. Portitor has horrendus aquas, & flumina seruat Terribili squalore Charon. Vocantur aliter Telonarii. Portorium merces & stips, quam merentur.

35 ¶Placentarii, qui placentas & cibos dulciarios cõficiunt, vocantur etiam officinarii.

¶Proxenetę, licitatores vendendarum comparandarũq́ mercium mediatores.

36 ¶Quadrigarii, qui quadrigas agunt. Aliter vocantur aurigæ & essedarii.

37 ¶Quæstores, pecuniæ publicæ collectores, & qui curam habent ærarii. Magistratus vocatur quæstura.

38 ¶Ratiarii à rate, vt nauicularii à naue, dicuntur negotiatores, qui ex ipsa rate quæstum faciunt.

1 Salsamentarii	11 Soleariì	21 Visceratores
2 Sandapilarii	12 Statuarii	22 Vulnerarii
3 Scribæ	13 Suffaranei	23 Vascularii
4 Suarii	14 Sutores	24 Vinarii
5 Sagarii	15 Sphæristici	25 Vinitores
6 Salarii	16 Thermularii	26 Vehicularii
7 Scoparii	17 Tonsores	27 Vexillarii
8 Segmentarii	18 Telonarii	28 Vestispici
9 Sellularii	19 Vespillones	29 Veteramentarii
10 Sericarii	20 Vnguentarii	



1 SAlsamentarii dicuntur venditores ciborum sale conditorum. Alio noie Salarii.

2 ℭ Sandapilarii dicunt rerũ funebriũ & exequiarũ curatores. Aliter vocant vespillones libitinarii, necrophori, & funerarii. Est enim Sandapila Authore Fulgẽtio, feretrũ seu loculus mortuorũ, quo nõ corpora nobiliũ, sed plebeiorum atq; dãnatorum cadauera portabant. Sidonius. Hanc non vespillonũ sandapilariorumq; ministeria ominosa simulauere. Suetoni⁹ scribit cadauer Domitiani populari sandapila per vespillones exportatum.

3 ℭ Scribę dñr tabelliões, q̃s clericos & cõmissarios vocãt.

4 ℭ Suarii, q̃ sues pascũt. Alr̃ vocant porcarii, vt iã diximus.

5 ℭ Sagarii dicuntur, qui vendunt Saga. Est autem sagum, vestis militaris, vt postea docebimus.

6 ℭ Salarius, qui cibos salsos vendit. Martialis. Quod viles pueri salariorum.

7 ℭ Scoparii dicuntur ministri, quorum interest pauimẽta scopis deuerrere, & mundare domum. Propterea Hiero. Aquilonem viarum scopam appellauit, q̃ difflando ꝑpurget quicquid in viapuluerulentum obiacet.

8 ℭ Segmentarii, qui aurum vestibus intertexunt, à segmẽtis. i. bracteolis orbiculisq; variegãtibus. Oui. lib. iii. de arte. Quid de veste loquar? non iam segmenta requiro. Nec quæ de Tyrio murice lana rubet.

9 ℭ Sellularii dicuntur qui opus aliquod sedendo cõficiũt, qui & sedentarii.

10 ¶ Sericarii textores Sericorum. Sericati homines, pannis Sericis induti.

11 ¶ Solearii solearum sutores, qui & Crepidarii dicuntur. Plautus in Aul. Solearii astant.

12 ¶ Statuarii q statuas fingunt. Græcè Idoloplastæ vocant. Quales fuerunt Lysippus, Praxiteles, Myron, Polycletus.

13 ¶ Suffarranei dicunt, qui farra & frumenta in castra conuehunt, crebris & vilibus institorum vecturis.

14 ¶ Sutores dicuntur calceolarii, aut vestimētoꝝ artifices, qui melius Sarcinatores appellantur.

15 ¶ Sphæristerici & sphæristæ dicunt studiosi ludi pilæ & periti. Sphærizo .i. ludo pila. Sphæristeriū ludus pilæ. Lampridius in Alex. Post lectionem operā palestræ, aut Sphæristerio, aut cursui, aut luctaminibus mollioribus dabat.

16 ¶ Thermularii dicuntur qui thermis præsunt, & ex his quæstum faciunt.

17 ¶ Tonsores, lanæ aut capilloꝝ dicunt incisores. Hora. in Episto. Si curtatus inæquali tonsore capillos. Occurri rides. Hinc culter tonsorius dicitur.

18 ¶ Telonarii dici possunt tributorum collectores qui & telones vocantur.

19 ¶ Vespillones dicuntur funeratores & curatores cadaueru: Suetonius in Domitiano. Cadauer eius populari Sandapila per vespillones exportatum.

20 ¶ Vnguētarii, q vnguēta exponūt venalia aut conficiunt. Plin. li. xii. Ipsiq; vnguētarii digerūt, haud difficulter. Idē li. xxxi. Et vnguētarii pp colorem eo maxime vtuntur.

21 ¶ Visceratores dicuntur carnium distributores. Et visceratio ipsa distributio.

22 ¶ Vulnerarii, qui vulneribus medent, vt Chirurgi.

23 ¶ Vascularii, qui vasa conficiunt & vendunt aurea & argentea. Nam inter aurifices numerantur vascularii. Celatores, Inauratores, & Bractearii.

24 ¶ Vinarii vini vēditores, à Gręcis Oenopolę dicunt. Suetoni⁹. Q uū de viariis, aut laniis ageret, exclamauit, i curia.

25 ¶ Vinitores rustici vinearum cultores. Virgi. Aut custos gregis, aut maturæ vinitor vuæ.

26 ℂVehicularii vehiculorum ductores, Carrucarii carrucę. Essedarii essedorum.

27 ℂVexillarii qui in exercitu ferunt vexillū, dicuntur etiā antesignani, primipili, & vexilligeri.

28 ℂVestispici famuli, quorum interest mundare vestes dominorum. Et vestispicæ ancillæ eodem modo dicuntur.

29 ℂVeteramentarii dicunt̃ sutores Crepidarii, qui veteres calceos reficiunt. Plautinus Euclio multa eiusmodi cōmemorat ī Aulu. vbi ait. Stat fullo Phrygio, aurifex, lanari⁹,
Caupones, Pataginarii, Indusiarii, Flamearii,
Violarii, Carinarii, Manulearii, Myrobrecharii,
Propolæ, Lintheones, Calceolarii,
Sedentarii, Sutores, Diabathrarii,
Solearii astant, astant molochinarii,
Petunt fullones, Sarcinatores petunt.
Strophiarii astant, astant semizonarii,
Terceni quum stant Phylacistæ in atriis
Textores, Lymborarii, Arcularii ducuntur.

ℂDenoīationes à Naturalib⁹, seu accidētariis casibus.

1 Agrippæ
2 Vopisci
3 Planci
4 Pansæ
5 Syllæ
6 Burri Galbæ
7 Scauri
8 Opiter
9 Cordus
10 Posthumi
11 Cottæ
12 Scipiones
13 Lænates
14 Marcipores
15 Vari
16 Vaciæ
17 Valgi
18 Varicosi
19 Plauti
20 Pilunmi
21 Pisones
Fabii
Lentuli
Cicerones
22 Bubulci
23 Coclites
24 Lucini
25 Petauri
26 Labeones
27 Ectapeli
28 Chiliones
29 Cylones
30 Simi
31 Aquili
32 Bene nasati
33 Lusciosi
34 Lusci
35 Cæci
36 Balbi
37 Blæsi
38 Atypi
39 Ancyloglossi
40 Vacii
41 Tragomaschali
42 Ventriosi
43 Cæsares
44 Androgyni
45 Achili
46 Anci
47 Bronci
48 Buccones
49 Epigryphi
50 Lanii
51 Gibbosi.

52 Gutturosi	57 Nictilopes	Capella
53 Hossimi	58 Obstipi	Fenestella
54 Mactici	59 Spatici	Columella
55 Monogrammi	60 Neruæ	Nasicæ
56 Myopes	Hala	Statii

1 Agrippæ dicuntur ab ægro partu, qui nascuntur in pedes, quod est cõtra naturam. Authore Plinio. Quomodo genitum ferunt. M. Agrippam.

2 ¶ Vopiscum dixerunt vnum ex geminis, qui recenti vtero nasceretur alio interempto abortu.

3 ¶ Planci, qui supramodum pedes planos habent. Et plancæ tabulæ dicuntur planæ.

4 ¶ Pansę à latis pedibus & apertis. Pansum enim apertum significat.

5 ¶ Syllæ vnde originem sumpserint, Macrobius lib. 1. Satur. sic refert. Bello punico hi ludi primum ex Sybillinis Libris sunt instituti suadente Cot. Ruffo, qui propterea sybilla cognominatus est. Et postea corrupto nomine primus cepit Sylla vocari.

6 ¶ Burri à colore Ruffo, Pyrrhi Græce dicuntur.

¶ Galbæ à colore auis quæ galbula dicitur.

7 ¶ Scauri qui eminentibus sunt talis.

8 ¶ Opiter appellatᷓ, q̃ patre mortuo, & auo viuo gignitᷓ.

¶ Cordus q̃ serò nascitᷓ. Vnde Corda frumenta quæ serò nascunᷓ, Et autũnale fœnum Cordum dicitur.

10 ¶ Posthumi, qui nascuntur patre humato.

11 ¶ Cottæ ab iracũdia, & oris toruitate dicti sunt.

12 ¶ Scipiones à baculo, q̃ Scipio dr̃. Quoniam qui primus hoc meruit nomen innitebatur baculo.

13 ¶ Lenates à frequenti vsu Lænæ vestis.

14 ¶ Marcipor puer seu famul9 marci, vt publipor Publii.

15 ¶ Vari dicunᷓ, q̃ crura habent obtorta, quiq; sunt pedibus incuruis, & in se contractis: Vnde ẽt varæ manus. Oui. li. 9. Tenuiq; à pectore varas. In statiõe manus. i. decuruas. Horatius li. 1. Ser. Hunc varũ distortis cruribus. Martialis li. 7. Vara vocat brachia palestritarũ, quũ aduersariũ amplectũtur, vbi ait. Vara nec iniecto Cæromate brachia tendis.

16 ¶ Vaciæ dicunt, qbus pedes & crura in exteriorē partem flectuntur, Cuiusmodi fuisse legitur Seruilius Vacia viri prætorius Senecæ temporibus. Varro lib. 1. de re Rustica. Cruribus rectis, ac potius varis q̄ vaciis. Hinc ēt Vacienno rum cognomina fluxerunt.

17 ¶ Valgi dicuntur, q diuersas suras habent, hoc est in diuersum actas, vt sunt Lacertorum pedes, quorum pars intrà conditur, pars extra ꝓcedit. Valgi contrarii sunt varis. Habent enim suras altrinsecus prominentes, & in diuersum actas, vt cācri & lacertæ ipsæ. Authore Aristotele.

18 ¶ Varicosi, q venas habent plus æquo intumescentes in tēporibus, ventre, testibus, inguine, sed maxime in cruribus. Quod ex nimio labore solet nasci.

19 ¶ Plauti & ploti dicuntur à planis pedibus.

20 ¶ Pilūni q pilum pistrinis inuenerunt.

21 ¶ Pisones à pisis Leguminibus, quæ optimè ferebant, vt Fabii à fabis, Lentuli à Lente, Cicerones à cicere.

22 ¶ Bubulci, q Bubus optimè vtebantur Authore Plinio.

23 ¶ Coclites vocant, qui altero lumine orbi nascuntur, vt ille Horatius Cocles.

24 ¶ Lucini, seu Lucinii, q paruos vtrinq; habent oculos.

25 ¶ Petauri dicuntur hoīes agiles, q per circulos se imittūt, nascunturq; sub Delphine. Huiusmodi sunt Histriones, funambuli, funerepi, & saltatriculi. Vocant & petauristæ.

26 ¶ Labeones, Labieni, & labrosi à ꝓminentioribus labris. Lucreti⁹ li. 4. Simula Silene, At satura est labrosa Philœne.

27 ¶ Ectapeli dicunt, qbus aliquid accidit præter cōmunem naturæ modū. Cuiusmodi fuit Eutimenis filius, quem Plinius scribit ī tria cubita triēnio adoleuisse, īcessu tardum, sensu hebetem, & iam puberē factū voce robusta absumptū cōtractione mēbroꝝ subita, triennio circūacto.

28 ¶ Chilones dicuntur, qui sunt maioribus labris. Aliter labeones dicuntur.

29 ¶ Cylones q sunt fronte prominentiore, & quasi extante. Synonymūcè frontones apellantur.

30 ¶ Simi & Simones, qui habent nares introrsum reflexas. Quod genus hoīes facilius cæteris fiunt polyposi.

31 ¶His cõtrarii sunt Aquili, q sunt naso forinsecus extento.

32 ¶Bene nasati hoĩes à Lampridio dicuntur mutoniati, ac bene mentulati.

33 ¶Lusciosi, qui pp viciũ oculoꝝ parũ vident. Plautus in milite. Aedepol tu quidẽ cæcus es, non Lusciosus.

34 ¶Luscus, qui altero captus est oculo, qualis fuit Annibal. vnde Iuuenalis. Quũ Getula ducẽ portaret belua luscũ.

35 ¶Cæcus qui vtroq;. Aliter defioculus. Hinc cæcare & cæcutire verba descendunt.

36 ¶Balbi qui linguam habẽt impeditam, nec verba debitè enunciãt, vt qui laborãt Labdacismo, & Iotacismo.

37 ¶Blæsi itidẽ dicunť, q lingua hærẽt, quũ syllabã syllabæ iũgere ꝑpere nõ possunt. Dicunť à Græcis Thrauli. Porrò Blæsitas nõ solũ viciũ est linguę, sed ẽt eoꝝ, qui oblæsum gressum habẽt, vnde & Blæsi pro Valgis possunt accipi.

38 ¶Atypi, q non satis expedito plectro linguę vtunť, quasi aerẽ nõ ferientes, vel quasi verba nõ exprimentes.

39 ¶Ancyloglossi, q linguã hñt astrictã mẽbranulis qbusdã duriusculis, & breuioribus, quod viciũ. Ancyloglossũ diciť, tũcq; naturale est. est & accidentariũ, quum vlcus sub lingua cicatricẽ duriorẽ obduxit. Author Budæus. Est aũt vinculũ neruosum, quod filũ vulgariter nuncupať.

40 ¶Vacii q pedes extrorsus obtortos habẽt. Diciũť & Vatię.

41 ¶Tragomaschali, qui virus alarum olent. Aliter Hircosi. Est enim Hircus fœtor alarum, quẽ Plinius alarũ graueolentiam appellauit, & aliquando virus alarum, à Græcis dicitur tragos. vnde Tragizontes pueri.

42 ¶Ventriosi dicuntur, qui sunt ventre propenso & extãte, dicuntur etiam ventrosi, & ventricosi.

43 ¶Cęsares hoc nomen traxerunt ab Africano Scipione, q primus Cæsar à Cæso matris vtero dictus est. Desistant allucinari, qui dicunt Iulium Cæsarem à Cæso matris vtero nuncupatum. Nam quo tempore subigebat Gallias, matrẽ ipsam amisit Aureliã nõie, quæ superuiuere nequiuisset, si cæso eiusdem vtero natus fuisset.

44 ¶Androgyni dicuntur vtriusq; sexus homines. Aliter vocantur Hermaphroditi.

45 ¶ Achili dicunt, q̃ sũt sine labris. His cõtrarii sũt labcones.
47 ¶ Ancus, q aduncũ habet brachiũ, nec exporrigi potest.
47 ¶ Bronci, qui sunt ore producto, & dentibus prominentibus. Author Nonius.
48 ¶ Buccones, qui sunt tumidioribus buccis. Plautus. Stulti, Stolidi, Fatui, Fũgi, Bardi, Blemi, Buccones. Solus ego omnes anteeo stulticia.
49 ¶ Epigryphi dicunt, qui habent nasum aduncum.
50 ¶ Flauii à flauo colore capillorum nomen traxerunt.
51 ¶ Cibbosi, seu Gibberosi, qui tuber & tumorẽ habent in dorso. Tumor autem gibbus & gibber dici potest. Gibbus.
52 ¶ Gutturosi, quoꝝ guttur tanq̃ spongia quædã intumescit, aquarum (quę potantur) plerũq; vicio. Gibber.
53 ¶ Hossimi, qui nascuntur sine naribus, quarũ loco habẽt foramina. Aliter Simones.
54 ¶ Mactici, qui habent magnas malas & os patens.
55 ¶ Monogrãmi vocant tenues, macri, & decolores. A pictura, quæ priusq̃ coloribus corporetur, lineis fingit. Monogrãmos enim pictura dicitur Linearis. Monogrammos.
56 ¶ Myopes, qui in luce parũ vident, Latinè luscioſi. Myopia dicitur huiusmodi vicium. Myopia.
57 ¶ Nyctilopes, qui vident interdiu, Sole occidente parũ, Occaso nihil.
58 ¶ Obstipi qui sunt breui collo, quibusq; colla in humerum inclinata sunt.
59 ¶ Spatici, qui maligno spiritu sunt correpti, quiq; eodem in loco nequeunt subsistere.
60 ¶ Neruæ à fortitudine neruorum, & uæstigiorum dicti sunt. Hala à fœdo oris halitu. Capella à capillorum hirsutie. Fenestella à caluicie. Columella à proceritate. Nasicæ ab obuncis naribus. Statius nomen est seruile. Hala. Fenestella. Statius

¶ Denominationes à genere.

¶ Auus pater patris, proauus aui pater, Abauus pr̃ paui, Auia patris vel matris mater, Proauia, abauia, Triauia, vt proauus, abauus, triauus se habet. Pater qui genuit, mater quæ peperit, Patruus frater patris, patrueles fratres filii duorum patruoꝝ, Sorores patrueles filiæ duoꝝ patruoꝝ.

Matertera soror matris. Fratria vxor fratris, Fratrueles duorum fratrũ filii, q & fratres patrueles vocant. Socer vxoris meæ pater. Socrus vxoris meæ mater. Gener filiæ meæ maritus. Nurus filii mei vxor. Nepos natus ex filio meo, vel filia mea. Neptis filia filii mei vel filiæ. Nouerca secunda vxor, quam pr ducit mortua prima ex qua liberos habuerat. Priuigni nati ex prima pris vxore, vt Hippolytus Phædræ nouercæ priuignus. Amita pris soror. Cosobrini geniti ex duabus sororibus, quasi cõsororini. Leuir leuiri frater mariti mei. Marit⁹ vir vxoris. Marita vxor viri. Opiter cui⁹ pr mortuus est auo adhuc viuente. Pappus .i. auus. Ausoni⁹, Pappos auiasq; tremẽtes. Patrici⁹ senatoris filius.

¶ Officinæ artificum.

¶ Sutrina dicitur Sutoris officina. ¶ Tonstrina tonsoris. ¶ Textrina textoris. Plinius. Ipsa p se tenax ratio textrinæ. ¶ Vstrina metallici. Plinius Lib. 36. Cap. 21. In vstrina ter siccant, ita vt torreant carbone puro. ¶ Oenopoliũ officina vinarii. ¶ Laniena laniorum & bouicidarũ. ¶ Myropoliũ vnguentariorum, & pharmacopolarum. ¶ Thermopolium officina, in qua esculẽta, & poculẽta calida vendunt. Plautus. Semper videas bibẽtes in thermopolio. ¶ Pinotheca, seu pinacotheca pictorum est tabula, in qua pictæ tabulæ reponunt. Vitruuius Lib. 6. Non minus pinacothecæ & plumariorum textrinæ, pictorumq; officinæ, vti colores eorum in opere ppter cõstãtiã luminis imutata maneant qualitate.

¶ Repositaria diuersarum rerum.

¶ Vestiarium dr vestimentorum repositoriũ. Plinius Li. 15. Vestiariũ cõtrà teredines, ac noxia aĩalia amurca aspergi. ¶ Dactylotheca gẽmarum repositorium. Plinius Lib. 37. Dactylothecã inqt primus habuit Romæ, priuign⁹ Scyllæ Scaurus. ¶ Panariũ panis repositoriũ. Statius Li. 1. Syl. Hi panaria cãdidasq; mappas. Subuectãt, epulasq; lautiores. ¶ Granarium .i. horreum, seu repositoriũ granorum. Varro de lingua latina. Panarium vbi panẽ seruabant. Granariũ vbi granum, in quo aliqua condunt horreum. ¶ Armamẽtorium repositorium armorum. ¶ Bibliotheca librorum. ¶ Atramẽtoriũ atramẽti. ¶ Calamariũ calamorum. ¶ Casteria

instrumentorum nauticorum. ☞ Graphiarium theca in qua styli reponuntur. ☞ Myrothecium vbi vnguẽta conduntur.

¶ Homines & populi re aliqua insignes & clari.

SCythæ equitatus & equorum gloria strepunt, inquit Plinius. Equo insidere primi docuerunt Thessali. Vnde nata apud eos de Centauris fabula.

¶ Seres Oriẽtales populi nobiles sunt vellere, vt iam docuimus.

¶ Ithuræi, Mœdi, & Parthi sagittis. Lucanus lib. 7. Tũc & Ithurȩi Mœdiq; Arabesq; soluto Arcu turba minax nusquã rexere sagittas. Catullus. Seu Sacas sagittiferosq; Parthos.

¶ Thusci Aruspicio. Tibullus lib. 3. Vera monent Thuscis exta probata viris. Vnde Ethruscum aruspicem Vitruuius, Tuscum Sidonius vocant.

¶ Gens. Phœnicũ fuit in magna gloria lrarũ inuẽtionis, syderũ, naualiumq; ac bellicarũ artiũ. Plinius lib. 5.

¶ Hylas cestu, Phegeus palestra, Lycus stadiis & cursu clari fuerũt. Ausonius. Clarus Hylas cestu, Phegeus catus arte palestræ, Clarus Olympiacis est lycus in stadiis.

¶ Pollux palestra. Statius lib. 2. Syl. Siue catenatis curuatus mẽbra palestris Staret, Amyclȩa cõceptũ mr̃e putares.

¶ Castor equis. Idem Statius lib. 5. Syl. Non toties victorem Castora gyro, Nec fratrẽ cestu virides plausere Therapnæ. Ouidius. Tyndaridæ fratres hic eques, ille pugil.

¶ Clari quoq; fuerũt Marsi, Vmbri, Psylli venenis, Aegyptii & Babylonii astrologia. Lacones breuitate, Scythæ, Cretenses, & Geloni sagittis, Curetes ære, Aegyptii sistro, Tyssagetæ, & Lyrcæ venatibus, quibus viuunt, Bœotii palestra, & gymnicis exercitationibus, Athenienses naualibus, Lacedæmones legibus, Græci ingenio, Alexandrini dolis, Berosus Astrologia, Grammatica Apollodorus, Hippocrates medicina, Archimedes geometria, Euclides numeris, Lynceus visu, Chiron & Alcon arcu, Cicero eloquio, Cyrce venenis, Crœsus diuitiis, Nireus forma, Execestides peregrinatione, Amphion & Orpheus lyra, Aristeus melle, Alcinous hortis, Amazones peltis & securi, Argus visu, Annibal stratagemate, Alexander

magnanimitate, Plato & Aristoteles phia, Arachne lanificio, Archilochus iambis, Typhis arte nautica, Cato grauitate, Numa religione, Regulus fide, Scæuola constantia, Rhadamantus iudicio, Apelles pictura, Praxiteles sculptura, Traianus bonitate, Apollonius temperãtia, Cyneas memoria, Labore Cleãtes, Zoroastres magia, Hippolytus pudicitia, Manzus florẽtinus Sphæristerio, Mangiolinus latrunculis, Scæuola pila. Arte Citharœdica Mitylenæi, Tibiarũ modulis Thebani, Alexãdrini grãmatica, Geometria, & Phia, arte statuaria Athenienses, Crotoniatæ medicina, Aeginitæ Athletica. Sidonius de qbusdã sic meminit.

Pollux tum cęstu laudatus, Castor habenis,
Pallas tum christis, Delia tum pharetris,
Alcides claua, Mauors tum lusit in hasta,
Arcas tum virga, Nebride tum Bromius. Item.
Axępelops, Cursu Hippomenes, luctaq; Achelous,
Aeneas bellis, spectatus Gorgone Perseus.

¶Propria gentium Epitheta.

¶Apuleius eruditos appellat Aegyptios, sicuti Iudæos superstitiosos, Nabathæos mercatores, Fluxos vestiũ Arsacidas, Frugum pauperes Scythas, odorũ diuites Arabas. Legimus Alexãdrinos esse fallaces. Vopiscus scribit Aegyptios esse ventosos, furibundos, iactantes, iniuriosos, auidosq; nouarũ rerum. ¶T. Liuius perfidiam pœnis, Cicero calliditatem, vt numerũ hispanis, robur Gallis, artes Græcis, Italis sensum, Romanis pietatẽ ascribunt. Ioan. Picus Mirandula ponebat in Hebræorum doctrina mysteria & prodigia, in Græcorum disciplinis ingenium, In Romana academia politiam. ¶Horatius vocat Britãnos hospitibus feros, Persas infidos. ¶Iulius Maternus ad Mauortium Lollianum scribens, Quędã (inquit) gentes ita à cœlo formatæ sunt, vt ꝓpria sint morum vnitate perspicuæ. Scythæ immanis feritatis crudelitate grassant. Itali fiunt regali semper nobilitate pręfulgidi, Galli stolidi, acuti Siculi, Luxuriosi semper Asiatici, & voluptatibus occupati, Hispani elata iactantiæ animositate ꝓpositi. ¶Blondus vocat Afros fraudulẽtos, Ligures duros, Canpanos supbos.

Christophorus

¶ Christophorus Longolius Parrhisiensis in oratione de laudibus diui Ludouici & Francorum, vocat Britones du ros, vafros Normanos, Religiosos francos, industrios Flandros, mites Lothoringos, faciles Andegauos, bellicosos Vascones, Burgundos feroces. Picardos alacres, frugi Santones, atq; Pictauos, Narbonēses fideles, fortes Aruernos, Hannonios pertinaces, magnanimos Senones, versutos Cenomanos, militares Bituriges.

¶ Gentium insignia.

¶ Insignia Scytharum fulmen, Gallorum olim Buffones, nunc lilia. Romanorum Aquilæ, Sus phrygium, geminæ rotæ Corallorum, Thraciæ Mars, arcus & pharetræ Persarum, Anglorum leones & rosæ.

¶ Deorum insignia.

¶ Fulmen Iouis, Tridens Neptuni, framea Martis, Herculis claua, Bacchi Thyrsus.

¶ Reges diuersarũ gētiũ qbus noībus appellentur.

¶ Argiuorũ reges dicunt Abātiadæ, Persarũ Achæmenidę, Aegyptiorũ Ptolemęi & Pharaones, Latinorũ Murrhani, Albanorũ Syluii, Syriæ Antiochi, Arabum Arabarchę, Lybicorum Lybiarchæ, Thebanorũ Labdacidæ, Parthorũ Arsacidæ, Romanorũ īperatores, Augusti & Cęsares.

¶ Vota hominum diuersa.

1	Votum. L. Metelli	6	Martialis
2	Pyrrhi Epyrotarum regis	7	Horatii
3	Augusti	8	Augustini
4	Caligulæ imperatoris	9	Tibulli
5	Darii Persarum regis	10	Criciæ.

1 Scribit Plinius lib. 7. L. Metellum decem maximas res optasse, vt pote voluisse primariũ bellatorē eē, optimũ oratorē, Fortissimum īperatorem, auspicio suo maximas res geri, maximo honore vti. Summa sapientia esse, summum senatorem haberi, pecuniam magnam bono modo inuenire, multos liberos relinquere & clarissimum in ciuitate esse. Quæ omnia illi contigerunt.

2 ¶ Pyrrhum Epirotarum regem ferunt (vbi immolaturus templa inuiseret) non regni ampliorem modum, non de

hoste victoriam, non gloriam illustrē aut diuitias, sed sanitatem modo à diis cōprecari solitum, ceu parte hac bene cōstituta ꝓsperius cessura viderentur omnia.
3 ¶Augustus Cæsar (quū.54.annū ageret) ꝓcat⁹ ē à diis Scipionis fortitudinē, beniuolētiā Pōpeii & Cæsaris fortunā.
4 ¶Optabat Caligula vnicam esse populo Romano ceruicem, quo facilius vno ictu abscindi posset. Votum hominis carnificis & sanguinarii.
5 ¶Darius oblato sibi malo punico, tot optasse fertur zopyros, quot illic essent granorum. Idem dicebat se malle zopyrum vnum incolumen habere, q̄ viginti Babylones occidere. Herodotus author.
6 ¶Martialis libro primo ad Frontonem scribens votum suum his exprimit verbis.

Vota tui breuiter si vis cognoscere Marci,
Clarum militiæ Fronto, togęq; decus.
Hoc petit, esse sui nec magni ruris arator,
Sordidaq; in paruis ocia rebus amat.
Quisq̄ picta colit Spartani frigora saxi,
Et matutinum portat ineptus aue.
Cui licet exigui nemoris, rurisq; beati,
Ante focum plenas explicuisse plagas.
Et piscem tremula salientem ducere seta,
Flauaq; de rubro promere mella cado.
Pinguis inæqualis onerat cui villica mensas,
Et sua non emptus præparat oua cinis.
Non amet hanc vitam, quisquis me non amat, opto.
Viuat & vrbanis albus in officiis.

7 ¶Optabat Horatius Tyburi, aut ꝓpe Galesum Calabriæ fluuium consenescere, his verbis. Tybur Argęo positum colono, Sit meæ sedes vtinam senectæ, Sit modus lasso maris & viarum, Militiæq;. Idem Lib.1. Car. Optat mentem sanam in corpore sano.
8 ¶Beatus Augustinus tria habebat in votis, vidisse Christum in humana natura, Paulum de pulpito fulminantē, & spectabiles vrbis Romæ triumphos.
9 ¶Votum suum Tibullus sic exprimit. Me mea paupertas

vitæ traducat inerti, Dũ meus assiduo luceat igne focus.
¶ Cricias tyrãnus imprecabatur sibi Scopadum diuitias, Liberalitatem Gimonis, & Agesilai Lacedæmonii victorias, Author Plutarchus.

¶ Qui diu vixerunt.

¶ Vixit Adã annis.930. Eua totidẽ. ¶ Seth.912. ¶ Enos filiꝰ Seth.905. ¶ Caynã filiꝰ Enos.910. ¶ Malalehel filiꝰ Caynã 895. ¶ Iared filiꝰ Malalehel.962. ¶ Enoch filius Iared.365. ¶ Mathusalem filius Enoch.969. Vnde Mantu. Nestoreos annos & Mathusalemia secla. ¶ Lamech filius Mathusalẽ.777. ¶ Noe.905. ¶ Arphaxat filiꝰ Sem.338. ¶ Salo filius Arphaxat.433. ¶ Heber filiꝰ Sale.467. ¶ Phaleg filiꝰ Iectan 239. ¶ Reu seu Ragau filius Phaleg.302. ¶ Saruch filius Ragau.230. ¶ Nachor filiꝰ Saruch.148. ¶ Thare filius Nachor.205. ¶ Arã pater Loth.205. ¶ Isaach abrahæ filiꝰ.185. ¶ Iacob filiꝰ Isaach.175. ¶ Aaron frater Moysi.123. ¶ Iosue 110. ¶ Heli Iudex.98. ¶ Salomon.94. ¶ Iob.183. ¶ Abrahã 175. ¶ Thobias.112. ¶ Sara.127. ¶ Iudich.105. ¶ Moyses 120. ¶ Ex Plinio, Arganton Tartessiorum rex.150. Syllius lib.3. ait eũ vixisse.300. Ita scribẽs. Argantoniacos armat Carteia nepotes. Rex proauis fuit humani ditissimus æui, Terdenos decies emẽsus belliger annos. Mãtuanus in Alphonso. Et vetus ille auri diues, ditissimus æue. Hesperiis quondã rex Argãtonius oris. ¶ Cyniras rex Cyprioꝶ.160. ¶ Aegimius.200. ¶ Epimenides Gnosius.157. ¶ Pictoreus stolus.300. ¶ Reges Arcadum.300. ¶ Dando Illyricꝰ.590. ¶ Impetris Pulutinioꝶ insulę rex.800. Eius filiꝰ.600. ¶ Perpẽna.98. ¶ M. Val. Coruinus.100. ¶ Metellus Põtifex.100. ¶ Liuia Rutilii.97. ¶ Statilia.99. ¶ Terẽtia Cicer.107. ¶ Clodia Ofeli.115. ¶ Luceia Mima centũ annis in scena pnunciauit. ¶ Emoliaria vixit.104. ¶ Sãmulla.110. ¶ Stephanio vltra centũ. ¶ Hiero rector Sicilię.80. ¶ Masanissa rex Numydię supra.100. Gorgias Leontinus.107. ¶ Xenophilus Chalcidẽsis.105. ¶ Herodotꝰ scribit Aethiopes.130. annos transgredi. ¶ Hippocrates Cous.104. vel.169. ¶ Isocrates 100. ¶ Orbilius Beneuẽtanus.100. ¶ Sybillæ Cumanę diuturnã vitã ascribit Ouidius Li.14. his verbis. Nã iam mihi

ſæcula ſeptem Acta vides, ſupereſt numeros, vt pulueris æquẽ. Tercentũ meſſes, tercentũ muſta vídere. Tẽpus erit, quũ de tanto me corpore paruam, Longa dies faciet, con/ ſumptaq; membra ſenecta. De ea Statius Lib. 1. Tu Troica dignus Sæcula, & Euboici tranſcendere pulueris annos. Ferũt enim annos ab Apolline petiiſſe pro numero puluẽ/ ris, quem manu prehenderat. Vnde idem Statius alibi. Vel quãtos ego Deliũ popoſci. ſ Ouidius patrẽ ſuũ. 90. annos vixiſſe ait Lib. 4. Triſti. dicens. Et iam cõplerat genitor ſua fata, nouemq; Addiderat luſtris, altera luſtra nouẽ. ſ Nar/ ciſſus præſul Hieroſolymitanus. 116. ſ Neſtor. 300. Iuuena lis Satyra. 10. Rex Pylius (magno ſi quicq̃ credis Home/ ro.) Exemplũ vitæ fuit à cornice ſecũdæ. Felix heu nimiũ, q̃ per tot ſæcula mortẽ. Diſtulit, atq; ſuos iam dextra cõpu tat annos. Tibullus Lib. 4. Vixerit ille ſenex quis dũ terna per orbẽ Sęcula fertilibus Titan decurrerit horis. Idẽ. Ter/ na minus Pyliæ mireẽ ſæcula vitæ. Propertius Lib. 2. Ne/ ſtoris eſt viſus poſt tria ſæcla cinis. Idem. At me ab amore tuo deducet nulla ſenectus, Siue ego Titonus, ſiue ego Neſtor ero. Ouidius in Meta. Et ſi quẽ potuit ſpacioſa ſe/ nectus Spectatorem operũ multoꝝ reddere, vixi Annos bis centum, nunc tertia viuit ætas. ſ Antonius abbas. 105. ſ Alexãder eps Alexandrinus. 98. ſ Alexander epiſcopus Conſt. 94. ſ Agilus abbas. 100. ſ Titus Pauli diſcipul⁹. 201. ſ Democritus. 109 ſ Paulus primus heremita. 113. ſ Pacõ nius abbas. 110 ſ Proſdocimus eps. 114. ſ Vandegiſillus comes Palatinus. 93. ſ Florẽtinus pbyter. 123. ſ Guarinus præſul Bononiẽſis. 110. ſ Viuentius cõfeſſor. 120. ſ Home rus poeta. 108. ſ Hieronym⁹. 98. ſ Helias abbas. 110. ſ Hor abbas. 90. ſ Heroinus. 304. ſ Ioãnes de tẽporibus. 361. De hoc Ioanne intelligit Mantuanus in Alphonſo, dicens. Et quem fama refert hyemes vidiſſe trecentas. ſ Naurus ab/ bas. 90. ſ Maurilius eps. 90. ſ Romualdus eremita. 120. ſ Antonius caſtor. 100. ſ Syrus eps. 112. ſ Zancles Samo/ thracenus. 104. ſ Pollio Romulus. 100. ſ Saturninus Vo/ luſius. 136. ſ T. Fulloni⁹. 157. ſ Artaxerxes. 94. ſ Plato. 81. ſ Cælius ſcribit Marin quendam vixiſſe annos. 123. cuius

Antica corporis humana fuerint, postica equina. ¶ Hiperborei populi mille annis viuunt. ¶ Galenus vixit. 140. ¶ Tithonus (vt fabulant poetę) ab aurora adamatus, & in cœlum relatus, illiusq; succo perfusus ad tantam peruenit senectutē, vt tandē optauerit verti in Cicadam. Lucianus. Atq; vltra Tithonū viuebat senex. Statius li. 4. Syl. Annos perpetua geres iuuēta, Quos ferť placidos obisse Nestor, Quos Tithonia cōputat senectus. Propertius lib. 1. At nō Tithoni spernens aurora senectā. ¶ Dorotheus pręsul Antiochenus. 119. ¶ Tyrotullius Ciceronis libert⁹. 100. ¶ Themon hemita. 100. ¶ Carneades phs. 100. ¶ Cirnæ indoge viuunt. 140. ¶ Terentius Bononiensis. 100. ¶ L. Tertuleiā Ariminensis. 137. ¶ Symon Cleophe eps Hierosolymarum. 120. ¶ Cronius Anachoreta. 155. ¶ Apollonius Thyanæus. 100. ¶ Seneca Cordubensis. 114. ¶ Patricius secūdus Niuernensis eps. 122. ¶ Gartius Aretinus. 104. ¶ Ricardus quidam tēporibus Caroli magni. 400. ¶ Helias Anachoreta. 120. ¶ Hugo successor. S. Bernardi. 117. ¶ Porrò pleraq; sunt animalia, vitam hominis longè superantia, vt Cornices, Cerui, Corui, Phœnices. De quibus sic [redacted] scribit Hesiodus.

Tertia sæcla hominis transmittit garrula cornix.
Quattuor at peragit Cornicis sæcula Ceruus.
Ceruinam ætatem coruus ter præterit ater,
Coruinos annos nouies agit indica Phœnix.
Atqui Crispicomæ soboles Iouis alma tonantis,
Egredimur decies Phœnicia sæcula nymphæ, Item.
Ter binos deciesq; nouem perrexit in annos
Iusta senescentum quos implet vita dierum.
Hos nouies superat viuendo garrula cornix.
Et quater egreditur Cornicis sæcula ceruus.
Alipedem ceruum ter vincit coruus, at illum
Multiplicat nouies Phœnix reparabilis ales.
Quam nos perpetuo decies præuertimus æuo
Nymphæ Amadryades, quarum longissima vita est.

¶ De tempore, annis & diebus.

¶ Quoniam autem de longis vitæ spatiis locuti sumus,

cõmodum videť, vt variam annoꝝ, & dierũ obseruationẽ subiiciamus. Annus triplex est, Magnus seu Platonicus, Solaris duodecim mẽsiũ, Lunaris, seu menstru⁹ vnius mensis. Annum alii æstate vnũ terminabant, Alterum hyeme, alii quadripartitis tẽporib⁹ sicut Arcades, quoꝝ anni trimestres fuerũt. Quidã Lunæ senio, vt Aegyptii, quorum anni fuerũt mẽstrui. Hinc fit vt apud eos aliqui singula annorũ milia dicanť vixisse. Sed hic orit̃ scrupus, fuerint ne anni primi seculi nr̃is similes. Nã fabulosum videť plerisq; Mathusalem, & alios prius enumeratos, vixisse tot annos Cõstat in primis, neq; menstruos fuisse, neq; timestres, vel hoc vno argumẽto, ꝙ legam⁹ Salomonẽ anno. 12. ætatis filiũ suscepisse. Quare credibile est, aut pares nr̃is, aut nõ multo minores extitisse. Nec min⁹ varia extitit dieꝝ, q̃ annorũ obseruatio. Babylonii inter duos solis exort⁹ diẽ faciũt. Athenieñses iter duos occasus, Vmbri à meridie ĩ meridiẽ. Vulgus oẽ à luce ad tenebras. Sacerdotes Romani. Itẽ Aegyptii, & Hipparch⁹ à media nocte ĩ mediã. Author Plinius.

¶ Qui multos habuerũt liberos.

¶ Adã preter Seth, Abel, & Cain habuit. 30. liberos. ¶ Iayr septim⁹ iudex Israel. 30. filios. ¶ Thespis Atheniensis filias, à quarũ noie musæ Thespiades appellatæ sunt. ¶ Roboam habuit vxores. 10. Cõcubinas. 30. filios. 28. filias. 40. ¶ Artaxerxes Xerxis filius habuit ex pellicibus. 110. liberos, ex iusto matrimonio. 3. ¶ Athila rex hũnorum. 60. liberos. Dãnaus. 50. filias. ¶ Aegysthus totidẽ filios. ¶ Eutyce mulier. 20. filios. ¶ Cõbe mulier heroina, cui cognomẽ fuit Chalcidi, viro cõiuncta centum libros enixa est. Vnde Adagium apud Erasmum. Tanq̃ Chalcidice peperit nobis vxor. ¶ Niobe Tantali filia habuit. 14. ¶ Masanissa rex Numydiæ. 44. Authore Eutropio. Puella quædam longobarda. 7. pueros vno partu peperit sub Agelmũdo rege, quos oẽs in piscinã coniecit. Author Paulus Diaconus. ¶ Gilippus Arcadius nouem liberos habuit, quos (vt inquit Virgilius libro duodecimo) Fida crearat vna tot Arcadio coniunx Tyrrhena Gilippo ¶ Vix quisq̃ crederet Herotymum sexcentos ex diuersis pellicib⁹ habuisse liberos, nisi Iusti-

Erothimius rex Arabum .700. filios suscepit. Authore Fran: petrarca in lib: de prospera et aduersa fortuna.

nus ex Trogo scriptum reliquisset, in epitome libri.39. ¶ Priamus ex Hecuba coniuge habuit.19.liberos. Ex aliis pellicibus.31.¶ Gedeon iudex Hebræorum.70.quos omnes Abimelech filius nothus Gedeonis occidi fecit. ¶ Achab 70.vt habet capite.10.quarti regum. Barnabas vicecomes in Italia.30.liberos suscepit. ¶ Cōradus Mosouiæ dux.80. ex quibus quatuor tm̄ legitimi fuerunt.

¶ Qui senes genuerunt.

¶ Adam filiū Seth anno.130. Abrahā anno.100. Sara.90. Seth genuit Enos anno.105.Enos Caynā anno.90.Caynā Malalehel.70.Malalehel genuit Iared annō.65.Iared genuit Enoch anno.162.Enoch Mathusalem.65.Mathusalē Lamech anno.187. Lamech Noe filium anno.180.Noe, Sem,Cham,& Iaphet,quum esset.500. annorum. Scribit Plinius Masanissam post.86. annos generasse filium Methymathmum.Catonem Censorium octogesimo exacto ē filia Salonii clientis sui Corneliam ē Scipionum gente, Volusium Saturninum post annum.62.

¶ Fratres Vterini.

¶ Hercules,Iphiclus,Apollo,Diana, Vterini fuerunt.

¶ Spurii,& Nothi.

¶ Antiphates filius fuit Nothus Sarpedonis. Virg.lib.9. Aene. Et primum Antiphaten (is enim se primus agebat) Thebana de matre Nothum Sarpedonis alti.

¶ Plutarchus scribit Homerum natum ex adulterio Criteidis matris. ¶ Aeneas ex adulterio Anchisæ cum Venere apud Simoentē. Vir.Tu ne ille Aeneas, quē Dardanio Anchisæ Alma Venus Phrygii genuit Simoentis ad vndam.

¶ Aristonicus rex Pergami filius fuit Eumenis ex pellice

¶ Aristeus Apollinis ex nympha,Cyrē ē Penei flumīs filia.

¶ Hercules Iouis ex Alcmena Amphitryonis vxore.

¶ Democoon,& Doryclus Priami itidem ex pellicibus

¶ Lithyerses nothus fuit Mydæ regis. ¶ Theseus, & Romulus(inquit Plutarchus) ambo quum spurii forent,existimati sunt à diis immortalibus procreati. ¶ Iugurtha nothus fuit Manastabalis fratris Micipsæ regis Numydarum. ¶ Manfredus Federici imperatoris. ¶ Ioannes

Andręas prẽ Andręa p̃sbytero, & matre cõcubina natus est, Petrus cõmestor, Gratianus, & Petrus lombardus itidẽ fuisse dicũt Nothi. Albanus Martyr incęstu pris cũ filia.

¶ Historia de præmiis virtutũ, & doctrinæ.

¶ Qui statuas meruerunt.

1 Sesostris
2 Aristogiton
Armodius
3 Astylus
4 Autolicus
5 M. Porcius Cato
6 T Corruncanus
7 Demetrius Phalereus
8 Eunomius
9 Fauorinus
10 Verrius flaccus
11 Isocrates
12 M. Cl. Marcellus
13 Mutius Scęuola
14 Ptolemæus Philopator
15 Oppianus
16 Pausanias
17 Horatius Cocles
18 Phryne
19 Claudius imp.
20 Epicurus
21 Iosephus
22 Minutius Augurinus
23 Trebius
24 L. Actius
25 Numa Seruius
26 Gorgias Leontinus
27 Plato
28 Choelia
29 Porsena
30 Phocion
31 Lucullus
32 Demosthenes
33 Conon
Euagoras
34 Mercurius
35 Polydamas
36 Cylon
37 Octauius orator
38 Vestritius
39 Nerua imp.
40 Archias
41 Claudianus
42 Iunius rusticus
43 Virgilius
44 Berosus
45 Antonius musa
46 Tanaquil

1 Sesostris rex Aegypti, statuã pręclaris facinoribus, & bellica virtute apud suos adeptus est.

2 ¶ Aristogitoni, & Armodio statuæ ab Atheniẽsibus erectæ sunt, quod Athenas ipsas tyrannide Pisistrati liberassent.

3 ¶ Astylo Crotoniate (quum tribus continuis Olympicis vicisset stadio) posita est statua.

4 ¶ Autolycus Pancratiastes statuam habuit in Prytaneo. Testis apud Volater. Pausanias.

5 ¶ M. Porcius Cato fuit Romanis adeò gratus, vt senatus statuam ei consularẽ in templo collocauerit, cũ inscriptione restitutos ab eo mores testante.

6 ¶ Titum Corrũcanum quũ Tensa Illiricorum regina liberius locutũ occidisset, mortuum senatus statua decorauit.

7 ℭDemetrius Phalereus auditor Theophrasti, ab Atheniensibus (quorum Remp. summa virtute, ac prudentia decem annos administrauerat) trecẽtis statuis honoratus est. Quas quũ postea inuidia disiecissent satis habuit hæc dicere. At virtutes nõ euerterunt, quarũ gratia eas erexerãt.

8 ℭEunomio Locrensi artis Citharœdicæ præstãtia statuã peperit, quã Volateranus adhuc in Italia Locris ostẽdi testis est. Euthymius apud Plinium legitur.

9 ℭMeruit & statuam Athenis Fauorinus phs, quæ (quum in odium Hadriani venisset) disiecta est.

10 ℭVerrius flaccus grammaticus nepotum Augusti præceptor, statuam habuit in Præneste oppido.

11 ℭIsocrates orator Atheniensis sua eloquentia statuam in Olypia meruit.

12 ℭM. Claudius Marcellus, quũ pp Gallos iuxta Padũ, & Annibalẽ apud Nolã supatos, oppugnatas itẽ Syracusas, i pmiũ virtutis statuã habuit i ęde Palladis cũ Epigrãmate.

13 ℭMutio Scęuolę (q corã Porsena Ethruscorũ rege Romã obsidente dextrãm flãmis admouerat, Vrbemq; obsidione liberauerat) Romani statuam erexerunt, eiq; prata derũnt trans Tyberim.

14 ℭPtolemæus philopator Homero poetarum maximo templum cum statua dicauit.

15 ℭOppianus poeta ex Anazarbo Cilicię ciuitate (q de piscibus scripsit) à suis ciuibus magnifica statua honoratus est, cum hoc Elogio. Oppianus sum suauiloquens vates, quem crudelis, atq; inhumani inuidia fati ante diem eripuit, q̃ si longius in luce moras dedisset, nullus mihi par gloria mortalium in terris foret.

16 ℭHoratio Cocliti statua posita est, q Ethruscorum aciẽ in Sublicio ponte solus sustinuisset, donec pons à tergo interrumperetur, quo cum in Tyberim decidit, Plutarchus ait fuisse positam in æde Vulcani.

17 ℭPausanias Cleombroti filius quũ p̃claris facinoribus Lacedæmones sibi demeruisset, statua ab eisdẽ honorat⁹ est, quam tñ postea euerterũt, q arripere tyrãnidẽ voluisset.

18 ℭPhrine meretrix statua donata est ob formã & pulchri-

tudinem, cui⁹ causa prius in iudicio fuerat absoluta, quum tunicam à pectore deduxisset.

19 ¶Claudio secundo Romanorum imperatori statua cum aureo Clypeo erecta est, quod Gothos Macedoniam Vastantes magna attriuisset clade.

20 ¶Epicurũ Atheniensem philosophum ob doctrinam statuis æreis patria decorauit.

21 ¶Iosephus iudæus propter libros de captiuitate iudaica scriptos statuam Romæ obtinuit.

22 ¶Minutio Augurino statua extra portam trigeminam erecta est à populo stipe collata, quod farris precium in trinis nundinis ad assem redegisset.

23 ¶Trebius in Aedilitate assib⁹ pplo frumẽtũ pstitit. Quam ob causam & ei statuæ in Capitolio & palatio dicatę sunt.

24 ¶Notatũ ẽ ab authorib⁹ L. Actiũ poetã ĩ Camœnarũ ęde maxĩa forma statuã sibi posuisse, quũ breuis admodũ eẽt.

25 ¶Numa quoq;, & Serui⁹ statuas apud Romanos sua virtute meruerunt. Author Plinius.

26 ¶Hominum prim⁹ & auream statuam, & solidã Gorgias Leontin⁹ Delphis in templo sibi posuit.

27 ¶Mithridates Platonis gloria mot⁹ eidem statuam dicauit egregium Sylonis op⁹, quam hoc modo inscripsit. Mithridates Rhodoatæ fili⁹ hanc Platonis imaginem musis dicatam erexit. Author Plutarchus.

28 ¶Chœliæ virgini Romanæ equestris statua posita est, quod armata & equo insidens Tyberim traiecisset, ad declinandam vim Porsenæ Ethruscorum regis.

28 ¶Plutarchus in vita Publicolæ ait positam fuisse Porsenæ statuam iuxta curiam.

30 ¶Athenienses Phocioni suo principi mortuo æream statuam dicauerũt, ob plurima in Remp. beneficia, inuẽtasq; ei⁹ reliquias publicis sumptib⁹ tumulo mandauerunt.

31 ¶Cheronẽses statuã lapideã in foro ppe liberũ patrẽ publice Lucullo cõstituerunt. Author Plutarch⁹ in Cimone.

32 ¶Mortuo Demostheni Atheniẽsis popul⁹ erexit statuã, cui hoc inscripserũt. Si pares ingenio vires Demosthenes habuisses, nunq̃ grecię dominatus fuisset Macedo.

33 ¶Cononi Atheniēsiū duci & Euagorę, positę sunt statuę ꝓpe Iouis seruatoris simulachrū Plutarch⁹ in Euagora. Euagora.
34 ¶Idem in Alcibiade ait multas Athenis statuas Mercurio fuisse erectas.
35 ¶Polydamas Herculani roboris athleta, qui leonem in Olympia inermis iugulauit, & correptum inusitatæ magnitudinis taurum, quis præ rabido impetu prosilientem retinuit, quadrigasq; tota vi concitatas altera manu remoratⁿ est, statuam meruit in Olympia.
36 ¶Cylon q̄uis tyrannidem affectasset Athenis. nihilominus tamen ob excellentem formam (quæ nullum nō allicit) statua antea ænea honestatⁿ est. Cælius.
37 ¶Octauio oratori Romano Sen. P. Q. R. statuam erexit, ꝙ legatus ad Anthiochum missus regem ipsum responde re sine cunctatione & mora compulisset. Plinius hoc ascri bit Cn. Popilio.
38 ¶Vestritius Spurina Lyricus poeta in Brueterum regē imperator constitutus, parta victoria triumphalem meruit statuam.
39 ¶Nerua Cocceius imperator statuas, & imagines, Sosiæ, Palmæ, & Celso constituit, quos viros præ ceteris coluit, & summo in honore habuit, Author Dion Cassius. Sosia. Palma. Celsus.
40 ¶Archias hyblæus, quū tres ordine Olympia simul, & pithia vicisset, statuam cū Epigrāmatis inscriptione meruit.
41 ¶¶Arcadius, & Honorius petēte senatu statuā Claudianō poetæ Alexādrino in foro Traiani collocari iusserunt. Claudianus.
42 ¶Iunio Rustico pħo statuā erexit M. Antonius iperator.
43 ¶Mantuani, mortuo Virgilio multis post sæculis statuā in celebriore suæ vrbis loco erexerūt, tanti adhuc viri memores, quem multis ante diebus suffocauerāt parcæ, Pontanus de Obedientia.
44 ¶Beroso ob verissimas rerum prædictiones statuam posuere Athenienses inaurata lingua.
45 ¶Antonio Musæ medico Romana ciuitas statuā Aesculapio ꝓximam locauit ob Augustum morbo sanatum.
46 ¶Caia, seu Tanaquil mulier laudatissima, & Tarquinii vxor statuam in templo meruit.
47 Decius Accius Nevius Augur cum cote et nouacula statuam meruit in comitio.

¶ Viri docti habiti in magno precio & honore.

1 Ennius	24 Theombrot⁹	47 Ausonius
2 Homerus	25 Gorgias	48 Aur. Prudetius
3 Pindarus	26 Demetrius phalereus	49 Themistocles
4 Aristoteles		50 Stesichorus
5 Archilochus	27 Zeusis	51 Democedes
6 Sophocles	28 Păphil⁹ pictor	52 Io. Monteregi⁹
7 Plato	29 Apelles	53 Hermolaus
8 Isocrates	30 Aristides	54 Petrarcha
9 Demosthenes	31 Cyclias	55 Interpretes bibliorum
10 Thucydides	32 Zeno	
11 Menander	33 Plini⁹ Iunior	56 Io. Campegius
12 Possidonius	34 Aristoteles	57 Sabellicus
13 Virgilius	35 Leneus	58 Timomachus
14 Ablabius	36 Ouidius	59 Bularchus
15 Fronto	37 Roscius	60 Quintilianus
16 Anaxenor	38 Deci⁹ Laberius	61 Tadeus
17 Arrius phs	39 Alcibiades	62 Protogenes
18 Claudianus	40 Euripides	63 Popilius Andronicus
19 Dion sophista	41 Iuli⁹ Calidius	
20 Hippocrates	42 Cor. Gallus	64 Arrianus
21 Iulius Rusticus	43 Saleius Bassus	65 Varro
22 Oppianus	44 Statius	66 Cyrus poeta
Cicero	45 Syllius	67 Diagoras
23 Daniel	46 Stertinius	

1



Vanti olim æstimatæ sint bonæ literæ, q̃tũq; doctis sit concessum, nullo certius argumento, q̃ sequentibus patet exemplis. Scipio Africanus statuam Ennii poetæ (quem in suis expeditionibus comite semper habuerat) sepulchro suo imponi iussit, cui viueti hortos suis pximos donauerat. Ouidius lib. 3. de arte. Ennius emeruit Calabris in montibus hortos Contiguos pene Scipio magne tuis. Politianus in Nutricia. Longe gratissimus olim Scipio magne tibi, & Calabris vicinus in hortis Virtute emeritis, cuius gentile sepulchrum Mox tenuit. Eundem & fuluius nobilior ciuitate donauit.

2 ℂAlexander magnus capto inter spolia Darii Persarum regis vnguentorum scrinio (quod erat auro gēmisq;, ac margaritis p̄ciosum) libros Homeri (quos tanto dignos loculo existimabat) inclusit. Libros Homeri quasi [illegible] Alexander.

3 ℂIdem quum Thebas euerteret, & in oēs sine discrimine sæuiret, Pindari vatis penatibus parci iussit.

4 ℂIdē Aristotelis p̄ceptoris sui nomini patriā ꝓdidit, eiq; multa hominum milia parere iussit, ad scribendos rerum naturalium libros.

5 ℂArchilochi poetæ īterfectores Apollo arguit Delphis.

6 ℂSophoclē tragicū poetā defunctū sepeliri Liber pr̄ iussit, obsidētibus mœnia Lacedæmoniis, & Lysandro eorū rege in quiete sępius admonito, vt pateretur humari delicias suas. Lysander vbi intellexit Sophoclem mortuū, pacem funeri dedit.

7 ℂPlatoni Siciliā venienti Dionysius tyrānus q̄uis ad superbiam sæuitiamq; natus vittatā nauem misit obuiā, & egredientem in litore quadrigis albis excepit. Annicetus Cyrenæus eundem ab Aeginetis captū, & inter mancipia venalem expositum, ne quid indignū pateret, Minis aliquot mercatus est, & honesto comitatu Athenas ad suos remisit. Quam pecuniam, quum à Platone sibi remissam intellexisset, profectò (inquit) peccatum videri potest, ꝙ maiore summa non iuuerim tantum Virum. Annicetus

ℂPlatonem ipsum tāti fecit Aristoteles discipulus, vt noī eius arā in tēplo construxerit, statuamq; cōsecrarit, in qua scriptum erat hunc esse illum, quem probi oēs merito debeant, & imitari, & cōmendare. Vnde extant Criniti versus in Parthenicis. Hæc illa est ara floribus redimita suaueolentibus. Quam gratus bene merenti statuit discipulus seni. Tituloq; hoc testatus animum suum, atq; officium, Platonem probandum probè à probis.

8 ℂViginti talentis vnā orationē vendidit Isocrates.

9 ℂAeschines Demosthenis orationem (qua tn̄ in exilium pulsus fuerat) coràm amicis laudauit in sua calamitate.

10 ℂAtheniēses Thucydidē rerū suarū scriptorē ab exilio reuocauere, eloquētiā mirati, cuius virtutē dānauerant.

11 ℭMenāder Comœdiographus ab Aegypti regibus per legatos magnis præmiis inuitatus est.

12 ℭCn. Pompeius Posidonii sapiētię pfessoris domū intraturus fores percuti de more à lictore vetuit, & fasces lictorios ianuę submisit is, cui se oriēs occidensq; submiserat.

13 ℭAugustus carmina Virgilii cremari cōtra testamēti eius verecundiā vetuit. Eidē in Theatro recitāti vniuersus populus Ro. pinde ac īperatori assurrexit. Hactenus Plinius Li. 7. Eiusdē Virgilii diē natalē (qui fuit Octobris idibus) quotānis celebrabat, & qbusdam velut Cæremoniis venerabatur Syllius. Vnde Martialis Maiæ. Mercurium creastis Idus, Augustis redit Idibus Diana, Octobris Maro consecrauit Idus, Qui magni celebras Maronis Idus.

14 ℭCōstātinus īperator Ablabiū Aegyptiū phm ꝓrorii sui pfectū, & vnà cū Constantio filio īperii rectorē cōstituit.

15 ℭFrontoni philosopho. M. Antonius princeps statuam erigi fecit, Authore Capitolino, quem Augustus quoq; consulari ornauit dignitate.

16 ℭAnaxenori Cytharœdo è Tyana ciuitate. M. Antonius tributa quatuor ciuitatum legenda prebuit.

17 ℭAugustus Alexandrinis (in quos bellū gerebat) tribus de causis fassus est se pepercisse, Ob Alexandri memoriā, Vrbis pulchritudinem, & amorē Arrii philosophi.

18 ℭIam diximus erectam Claudiano statuam Arcadii, & Honorii imperatorum patrocinio.

19 ℭDionē Prusiæū sophistam, & phm Traianus curru suo plerūq; dignatus est. Romā ēt ingressus cum triumpho.

20 ℭArtaxerxes rex Persarū Hiscani præfecto Hellesponti literis scripsit, vt Hippocratē medicū qbuscūq; fieri posset præmiis in familiā suam inuitaret. Epistola ad hūc ferè modum se habebat. Rex regū magnus Artaxerxes Hiscani. S. Hippocratis medici Aesculapio prognati ad me fama peruenit. Da igitur operā, vt aurū illi tribuas, quantū cupit, aliaq; item quorum indiget, & ad me mitte. Erit enim par honore summis in Perside viris. Et si quis alius fuerit in Europa vir clarus, hūc amicū nrę domui redde, nec parce pecuniis. Eidē Hippocrati ab Illyriis redeūti eosdē hono

Epistola Hyscani ab Artaxerxe missa.

res(quos Herculi) decreuit Grecia ob pdictam pestiletiã.
21 ¶Iunio rustico philosopho. M. Antonius imper. Publica omnia, priuataq; consilia solebat credere, quẽ postea consulatu, & mortuum statua decorauit.
¶Ciceronem ab vrbe pulsum Pomponius Atticus sestercis ducẽtis, & quadraginta millibus iuuit, & psecutus est.
22 ¶Oppianus poeta, quũ Antonio imperatori Seueri principis filio poema de piscibus nuncupasset, ab eo totidem aureis donatus est nũmis, quot illi erant versus.
23 ¶Daniel propheta Cyro rege (quem theologię mysteria perdocuit) familiarissimè vtebatur, Author Theoderitus Cyrenensis.
24 ¶Theombrotum medicum Ptolemæus rex centum donauit talentis, seruato Antiocho rege patre suo. Habeo codicem Plinianum in alterutro libro mendosum. Nam Lib. 7. & Cap. 37. hoc de Theombroto scribit. Libro vero. 19. & Cap. 1. de Erasistrato.
25 ¶Olim tãtus erat artis oratoriæ qstus, vt Gorgias Leontinus aureã statuam & solidam sibi posuerit Delphis.
26 ¶Atheniẽses (vt iam diximus) Demetrio Phalereo. 360. statuas erexerunt.
27 ¶Zeusis tãtas opes arte picturę sibi cõparauit, vt in ostẽtatione earũ Olympiæ aureis literis in palliorũ tesseris intextum nomen suũ ostentaret. Plinius Lib. 35.
28 ¶Pamphilus pictor neminem docuit minoris talẽto annis decẽ. Quam mercedẽ Apelles, & Melãtius ei dedere.
29 ¶Apelles Alexandro magno adeò charus extitit, vt rem Cãpaspen amasiã suã liberali forma puellã eidẽ dederit.
30 ¶Attalus rex vnicã tabulam Aristarchi pictoris centum talentis emisse dicitur.
31 ¶Argonautas Cycliæ Pictoris tabulã talentis. 144. mercatus est. Hortẽsius orator.
32 ¶Zenonem Philosophum Athenienses tanto honore psecuti sunt, vt apud eũ claues vrbis deponerent, ipsumq; ornarent aurea corona, & imagine ærea.
33 ¶Plinius iunior referebat potuisse se (quum pcuraret in Hispania) vendere suos cõmẽtarios Largio Licinio quaẽ

dringentis milibus nūmum. Quis nunc regum (inquit nō ster Budæus) emere bibliothecam confertissimā decē aureorum milibus velit, q̄ti à Plinio ciuis vnus priuatus te gesta quædam extemporanea licitari ausus est?

34 ℂPhilippus Macedo Amyntæ filius quis omni ferme tpe negociis belli esset iplicitus, nunq̄ tñ à liberali musa, studiisq; humanitatis recessit. Propterea scribēs ad Aristotelem, gloriabaṫ natū sibi Alexādrum tāti phi tpe, à quo doctrinam inbiberet cū virtutē. Epistola aūt ad hunc modū se habebat, vt prodit Gellius Lib. 9. Philippus Aristoteli. S. D. Filium mihi genitū scito, quod eqdē diis habeo gratiam, nō perinde, qa natus est, q̄ pro eo ꝙ eum nasci cōtigit tpibus vitæ tuæ. Spero enim fore, vt edoct⁹ eruditusq; abs te, dign⁹ existat, & nobis, & rerū istarum successione.

Philippi Macedonis ad Aristotelē Epistola.

35 ℂLenæus Ludi magister in vrbe Roma à Pompeio ob ingenium manumissus est.

36 ℂOuidius quum. 7. annis apud Getas in exilio durasset, diis iubentibus in fata cōcessit Cal. Ian. Cui mortuo gens illa quāuis barbara & inelegās & à mansuetioribus musis prorsus aliena, solēnes tamen exequias celebrauit, & sepulchrum erexit magnificum.

37 ℂQuid nōne mirū est histriones maiore quondā in p̄cio habitos, q̄ nunc habeātur vel egregiè literati, quū Roscio actori Theatrico anulum aureum cum censu equestri donauerit Sylla? Quem etiam ferunt mercedem diurnam de publico mille denarios sine gregalibus accepisse. Tullius quoq; elegātissima oratione populum Romanum obiurgauit, ꝙ Roscio gestū agente tumultum mouisset,

38 ℂDecius Laberius quū in spectaculis mimos suos egisset palàm, donatus est quingētis sestertiis, cum anulo aureo, q̄ erat insigne census equestris, Authore tranquillo.

39 ℂAlcibiades ambitiōe quadā munera in Socratē cōgerebat, dignā viri doctrinā multò amplioribus existimans.

40 ℂEuripides Tragœdiographus Archelao Macedonum regi sola virtutis admiratione fuit familiaris, adeò, vt frequentibus conuiuiis ab eo exceptus fuerit, & aureo donatus poculo. In eius quoq; gratiam Syracusani plerosq;

Atheniēsium

Athenienſium(qui apud ſe ſeruitutem ſeruiebãt)libertate donatos domum incolumes remiſere.

41 ❡Iulius Calidius poeta quum à P. Voluſio in proſcriptorum numerum relatus eſſet, ab Attico propter ingenium & elegantem eruditionem abſolutus eſt.

42 ❡Cor. Gallus Elegiographus fauore Auguſti ad p̃fecturę gradum conſcendit, tribunuſq; cohortium effectus eſt.

43 ❡Veſpaſianus tantum conceſſit Saleio Baſſo poetę Lyrico, vt propter ingenium ſingularemq; eruditionẽ auri plurimum eidem ſit elargitus.

44 ❡Statiũ Domitian⁹ magnifico atq; apparatiſſimo donauit cõuiuio, coronaq; īſigni, & aliis munerib⁹ honeſtauit.

45 ❡Eiuſdem īperatoris bñficio Syllius ad tertiũ conſulatũ puectus eſt. Vnde Martialis Auguſto pia thura victimaſq; Pro noſtro date Syllio Camœnę. Biſſenos Iubet en redire faſces, Noto cõſule nobiliq; virga. Vatis Caſtaliã domum ſonare, Rerum prima ſalus & vna Cæſar, Gaudenti ſupereſt adhuc quod optet, Felix purpura tertiuſq; conſul.

46 ❡Stertinius vir clariſſimus tñ conceſſit Martialis īgenio & doctrinæ, vt ei adhuc viuenti imaginem more veterum in ſua bibliotheca poſuerit.

47 ❡Auſonius Cæſaris Gratiani (cuius filium Gratianum iuniorem erudierat) beneficio & honeſtiſſimis ſuffragiis dignitatem adeptus eſt conſularem.

48 ❡Aurelius prudentius beneficio Theodoſii imperatoris ad præfecturam militiæ perductus eſt.

49 ❡Lampſaco vrbi Helleſponti propter Themiſtoclem pepercit rex Perſarum.

50 ❡Phalaris Agrigẽtinus tyrãnus alias ſęuiſſim⁹, tẽplũ Steſichoro ędificãdũ curauit, ſuaſitq; diuinos illi honores in vrbe p̃ria habẽdos, quẽ tñ olĩ capitalẽ inimicũ habuerat.

51 ❡Democedes medicus à Dario (quẽ ſanitati reſtituerat) duob⁹ aurearũ cõpedũ paribus & ab vxoribus ipſi⁹ Darii aureis phialis donatus eſt. Author Herodotus in Thalia.

52 ❡Matthias rex Pãnonię, Io. Monteregiũ hoiem Germanum & Ephemeridum ſcriptorem, multis auxit honoribus & diuitiis.

53 ℭQuum Hermolaus Barbarus Venetorum Legationes obiret in Italia & ad vrbē Florentiā accederet, Laurētius Medices tanto viro cū multis amicis obuiam ꝓcessit, q̄uis podagricus, eumq; in Caiana villa honorificētissimē excepit, quā cum instructissima bibliotheca eidē obtulit.

54 ℭRobertus Siciliæ rex Fr. Petrarcham omnesq; eruditos viros in pretio habuit.

55 ℭPtolemæus Philadelphus senes.70. Bibliacæ historiæ scientissimos ab Iudæa vsq; in Aegyptū vocauit, quos regia vrbe acceptos hospitaliter & benignè aluit, magnisq; muneribus donatos dimisit.

56 ℭIoanni Campegio Bononiensi in Patauinū Gymnasiū (quo ad publicam literarum professionem fuerat inuitatus) proficiscēti, ab vrbis magistratibus Gymnasiarchisq; magna hominum frequentia obuiam itum est.

58 ℭVicentina ciuitas Sabellicū argentea patera magni ponderis donauit.

58 ℭCęsar Dictator duas Timomachi tabulas.800.talentis emit in templo Veneris genitricis dicaturus.

59 ℭCandaules rex Bularchi picturā Magnetem haud mediocris spacii rependit auro.

60 ℭQuintilianus ex Hispania veniens stipendium à fisco accepit ab Eusebio sub Domitiano.

61 ℭTadeus florentinus medicus, tanta fuit nominis celebritate, vt ad curam ægrotorum extra vrbem vocatus, non vilius q̄.50.aureorum mercede in singulos dies peregrinaretur, vocatusq; ab Honorio quarto centum sibi statui, voluit, à quo curato decē milia reportauit.

62 ℭPropter Ialisii imaginē à Prothogene pictā Demetrius Rhodon non succendit, ne simul tabula cōflagraret.

63 ℭM.Popilius Andronicus opusculum quoddam annalium.16.milibus nūmum vendidit.

64 ℭArrianum historicum (qui historiam magni Alexandri octo libris scripsit) Adrianus & Antonius propter literas ad honorem consularem euexerunt.

65 ℭAsiniꝰ Pollio Varrōis imaginē collocauit ī bibliotheca.

66 ℭCyrus Pānapolyta poeta beneficio Theodosii iunioris

& Eudoxiæ eius vxoris præsul factus est.

67 ¶Democritus Diagoram Milesium phm seruum mille Drachmis emit, vt eundem erudiret.

¶Alii q Literarū, & literatoꝝ fuerūt amātissimi.

1	Anaxagoras	16	Hieronymus	31	Sophocles
2	Democritus	17	Augustus	32	Simonides
3	Cyprianus	18	Carol⁹ magn⁹	33	Carolus septim⁹
4	Scipio	19	Carol⁹ Crassus	34	Antonius Pius
5	Gordianus	20	Sigismundus	35	Alexāder Seuer⁹
6	Monymus	21	Scipio	36	Iuli⁹ massanēsis
7	Pythagoras	22	Borsius	37	Ptolemęus
8	Alexander	23	Bessarion	38	Nicola⁹ quintus
9	Euclides	24	Liuius Drusus	39	Dionysi⁹ Syracu
10	Plato	25	Publ. Crassus	40	Lysander (san⁹
11	Aristoteles	26	Carneades	41	Ferdinandus
12	Hippocrates	27	Marcellus	42	Terētius Varro
13	Adrianus,	28	Socrates	43	Cato Cēsorinus
14	Cato	29	Chrisippus	44	Iulius Cęsar
15	Tacitus Imp.	30	Cleanthes	45	Vespasianus

1 Anaxagoras oē patrimoniū suis concessit, remq́ȝ oēm publicā & priuatā neglexit, vt liberi⁹ vacaret phiæ.

2 ¶Nauigauit in Aegyptum Democritus in Persidem vsq́ȝ ad rubrū mare, vt & Chaldæos consuleret, & melius philosopharet. Idem quoq́ȝ oculos sibi eruit, q̄ rerum naturalium & diuinarum contemplationi impedimēto esse viderentur, Existimabat enim cogitationes, cōmētationesq́ȝ animi sui contemplandis naturæ rationibus vegetiores & exactiores fore, si eas videndi illecebris & oculorum impedimentis liberasset. Vt autem cōmodius amplecteret̄ studia, diuitias omnes reliquit, q̄ tn̄ tantę fuerāt, vt pater eius Xerxis exercitui epulum dare potuerit. Democritus sibi oculos eruit

3 ¶Cyprianus diē nullū sine Tertulliani lectiōe pmittebat effluere, cui⁹ libros quū peteret, diceret̄ solebat, Da magr̄m.

4 ¶Scipio Aphican⁹ Pædiā Cyri de manibus nō ponebat.

5 ¶Gordiano imperatori bonę literæ adeò placuerunt, vt pluris fecerit libroꝝ q̄ auri vel argenti, sibi Thesaurū cōparare. Habuit enim in bibliotheca, 62. milia librorum.

6 ¶Monymus Corinthii cuiusdã trapezitę filius, quũ phiæ amore raperet̃, cuperetq́ꝫ magnopere dare operã Diogeni, neqꝫ tñ hoc ipsum à domino posset impetrare, simulata insania monetã cœpit spargere, eoq́ꝫ modo dimissus, ad philosophiam se conuertit, Diogenemq́ꝫ secutus est.

7 ¶Pythagoras ad perdiscendã phiam, solũ vertit exilio sũ sceptro verius q̃ pegrinatione. Profect⁹ ad Persas magorũ prudẽtię se formãdũ tradidit, à qbus syderũ mot⁹ cursusq́ꝫ stellarũ didicit. Cretã deinde, & Lacedæmona nauigauit, quarũ morib⁹ & legib⁹ ĩspectis ad Olympicũ certamẽ descẽdit, Quod & de Empedocle scribit Plinius lib. 30.

8 ¶Alexander quum esset legendi, & discendi percupidus. Iliadem Homeri (quam rei militaris viaticum solebat appellare) Aristotele exponente perdidicit, eam semper vnà cum pugione sub puluino iacentem tenere solitus.

9 ¶Euclides Megarensis quũ disciplinę Socraticę pcupiẽs esset, neqꝫ tñ Athenas (vbi pfitebat̃ Socrates) auderet ire, ꝙ capitale foret, si qs Megarẽsiũ Athenis, aut Atheniensiũ Megaris pp mutuũ vtriusqꝫ vrbis odium dephẽderet̃, sub noctẽ tunica lõga muliebri ĩdut⁹ ad ipm phm cõmeabat, vt vel noctis aliq tpe ꝯsilioꝝ sermonũq́ꝫ ei⁹ fieret pticeps. Rursus sb lucẽ eadẽ ĩdut⁹ veste redibat. Autor Gelli⁹ lib. 6.

10 ¶Ferunt Platonẽ quum tenui admodũ esset pecunia, tres tñ Philolai Pythagorici libros Decem milibus denarium mercatũ, quod pretium à Dione quodã Syracusano acceperat. Idem Octogenario maior moriens sub capite Sophronis numeros habuisse fert̃. Sic ne extrema qdem eius hora agitatione studii vacua fuit, inquit Val. Maxi.

11 ¶Aristotelem quoqꝫ traditum est pauculos Speusippi libros post mortẽ eius emisse talẽtis tribus Atticis.

12 ¶Fuit Hippocrates discendæ medicinæ adeò studiosus, vt eum non puduerit vel retrimenta gustare, vt inde morbi naturam persentisceret. Quod tamẽ aliqui Aesculapio ascribunt, Author Cælius.

13 ¶Adrianus imperator impense adeò græcæ doctrinę inuigilabat, vt à plerisqꝫ Græculus vocaretur.

14 ¶Cato vticẽsis neqd tpis absqꝫ aliqua exercitii pte effiue

tet,i curia grecè lectitabat,tantisp dũ cogeret senatus.

15 ¶Tacitus iperator Cor. Taciti viri cõsularis historiam de Romanis imperatoribus, nõ modo in oĩbus bibliothecis iussit collocari, sed ẽt edicto cauit, vt decies quotannis ad vsum publicũ trãscriberet, atq; in bibliothecis poneret.

16 ¶Beatus Hieronymus Romę primũ, mox in Bizantio & Antiochia, demũ apud Solymos, discẽdi studio variis præceptoribus operã dedit. Habuit in literis hebræis Barbanũ & Nicodemũ Iudæos, in humanioribus literis Donatum & Victorinum, in sacris Gregoriũ Nazianzenum, Apollinarem Antiochenum, & Didymũ Alexandrinum.

17 ¶Augustus liberalibus studiis præsertim eloquẽtię in tũ incubuit, vt nullus ne in procinctu quidẽ laberet dies, qn legeret, scriberet, declamaret.

18 ¶Nemo studia bonarũ artium fouit indulgentius, q̃ Carolus magnus, vt qui parrhisiense gymnasium, & papiense accersitis vndecũq; doctissimis viris instituerit.

19 ¶Fuit & Carolo Crasso singularis beniuolentia in literatos hoĩes, quos ad scribendũ solebat adhortari.

20 ¶Sigismundus iperator doctos hoĩes ẽt fouit, & magnis honestauit dignitatibus. Accusauit etiam plerũq; Germanos principes, qui latinas odissent literas. Reprehensus à quibusdam, q̃ viros humiles, sed literatos foueret, ego (inqt) eos amo, quos virtutibus, & doctrina (ex quibus nobilitatem metior) cæteris antecellere video.

21 ¶Scipio in mediis difficillimi belli apparatibus bonarum artiũ studia non prætermisit, philosophorum scholas crepidatus frequentans. Et ne post tot insignes victorias animũ sibi insolescere prosperis successibus rerũ permitteret, cũ literis & literatis frequens versabatur.

22 ¶Borsus ferrariensium princeps, Ingeniis magnopere fauit, quæ vndecũq; accersita domi alebat, & in his T. Strozium poetam florentinum, Ioannem Aurispam, Hugonẽ medicum, & Petrum Bonum Lyristem egregium.

23 ¶Bessarionis p̃sbyteri cardinalis (q sub Eugenio. 4. floruit) domus fuit liberalium artium officina, doctissimosq; viros semper aluit atq; fouit. Nec minus ipse in literis ver-

fabat. Platonē in primis obſeruabat, in cuius defenſionem cōmentarios ędidit cōtra Trapezuntiū peripateticum.

24 ℭ Liuius Druſus ætatis viribus & acie oculorū iam defe-ctus, ius ciuile tñ populo interpretatus eſt, quod cupientibus diſcere vtiliſſima cōpoſuit monumenta.

25 ℭ Publius Craſſus quum in aſiam ad Ariſtonicum regem debellandum conſul veniſſet, tantum gręcę linguę ſtudiū impendit, vt eam in quinq; diuiſam genera per omnes partes ac numeros didicerit.

26 ℭ Carneades phs quū cibi capiendi cauſa recubuiſſet philoſophicis cogitationibus interdū vſq; adeo inhærebat, vt manū ad menſam porrigere obliuiſceret. Idē cū Chriſyppo diſputaturus helleboro ſe ante purgabat ad expri-mendū ingenium ſuū attentius, & illius refellendū acrius.

27 ℭ Captis Syracuſis Marcellus Archimedis philoſophi ꝑcibus parci iuſſit, cuius tamen machinationibus victoriā ſuam multum ac diu inhibitam ſenſerat.

28 ℭ Cōfectus ſenio Socrates fidib⁹ tractādis operā dedit, vt tātis doctrinę ſuę diuitiis muſicę rōnis adderet elemētum.

29 ℭ Chryſippus octogeſimum. Iſocrates quartum & octogeſimum nati annos opera ſcripſerūt, hic Panathenicon, ille Logicon acutiſſimæ ſubtilitatis volumen.

30 ℭ Cleanthes quæſtu extrahendæ aquæ nocturno tēpore inopiam ſuam ſuſtentabat, diurno Chriſyppi præceptis percipiendis operam dabat. Idem quum centeſimum atti-giſſet annum, auditores tamen erudiebat.

31 ℭ Sophocles centum propè natus annos Oedipodem tragœdiam cōſcripſit. Cicero in Catone maiore. Sophocles (inquit) ad ſummam ſenectutem tragœdias fecit.

32 ℭ Simonides poeta octogeſimo anno & carmina docuit, & in eorum certamen deſcendit.

33 ℭ Carolus ſeptimus ſexti filius Gallorū rex ſolēni epiſcoporum conſilio Pragmaticām inſtituit ſanctionem, vt qui magna olei impenſa euaſiſſent literati, ad ſacerdotia proueherentur. Prius enim curæ animarum (quas vocant beneficia) mulionibus aut etiam lenonibus præſulum dabātur, ita vt vtilius multò videret, in aulica vita eius rei gra-

tia parasytari & scurram agere, q̃ studium literis imperti-ri. Asini enim portabant mysteria. Doctos oportebat sua fama cõtentos viuere, nec aliud sperare quicquam.

PARERGON. Sed me miserum. Quoniam ea ipsa crumenæ summorum pontificum nonnihil detrahere videbatur, ad eius excidium & ruinam totis semper viribus à Romanis itum est, ægre scilicet ferentibus, suas bullas & appensum plumbum nobis vilescere, atq; amplius vænale nõ exponi. Nec prius cessatum est machinari, q̃ Leoni data sit prædæ, frustra renitente clero. O stolidissima Gallorum ingenia, qui non percipiunt dari sibi verba ab Italis, suiq; regni viscera corrodi & succum hauriri. Sed adeo periculosum est hac in re quicquã dicere, vt extra fores pectoris nemo ausit prodere dolorem, quem intus patitur. Veh illis, qui tantam nobis, non nobis sed toti Reip. calamitatẽ attulerunt. Et certe si quid est cœlo clementiæ, spero vota mea exauditũ iri. Neq; ꝓpicia Gallis numina sceleris tãti (ꝙ illis malè vertat) authores relinquẽt ĩpunitos.

34 Antonius cognomẽto pius Rhetorib⁹, ac phĩs nõ salaria modo, verũetiã honores ac ꝓuincias decreuit.

35 Alexãder Seuer⁹ non mõ literatoꝝ genus oẽ, verũ aruspices, & architectos (in quo q̃sq; elucesceret) ꝓsecutus est.

36 Iulius Massanẽsis Alphonsi regis cẽsui rationibus præpositus ita Iouianum Pontanum poetam elegantissimum iuuit, vt Pontanus ipse oĩa sua eidẽ referat accepta.

37 Ptolemæus rex Alexãdrinus doctissimos quosq; ad se vocatos salariis, donisq; ꝓsecutus est.

38 Abundauit viris doctis Nicolai quinti Pontificis maximi & Alphonsi regis aula, quorum hic Antonium Panormitam ob scriptum de dictis ac factis suis librum mile aureis donauit, Poggium Florentinum quingentis ob conuersum è Græco in Latinũ Xenophontis librum, qui Cyri pædia inscribitur.

39 Dionysus Syracusanus Heliconem Cyzicenum talento donauit ꝙ solis deliquium prædixisset.

40 Lisander ob pauculos versiculos Antilochi, poetæ pileum argento impleuit.

41 ℭFerdinandus rex grandem pecuniæ summam quotānis ex ærario pendendā statuit Rhetoribus, medicis, Phīs, & Theologis, q publicè Neapoli docerent. Egregium sanè factum (inquit Pontanus) ingenia ꝓsequi, virtutes ornare, & ad excolendos animos excitare iuuentutem.

42 ℭTerētius varro annos sęculi supgressus iteriit scribēdo.

43 ℭCato Censorinus anno.86.ætatis causam pro se egit aduersus temerariam iuuentutē. Literas græcas didicit & ius ciuile, Defendit Galbā oratorē accusatum.

44 ℭIuli⁹ Cęsar (vt ē apud Suetoniū) oēs medicinę & liberaliū artiū ꝓfessores ciuitate donauit, vt libēti⁹ vrbē icolerēt.

45 ℭVespasius imperator ingenia & artes maximè fouit, prīmusq; è fisco latinis, græcisq; rhetoribus annua centena constituit, præstantes poetas muneribus ornauit, & bibliothecas incendio absumptas reparauit.

ℭIndocti, & qui literas oderunt.

1 Licinius Imp.	3 Heraclides.	5 Britannion,
2 Valētinian⁹ Imp.	4 Philonides.	6 Herodis attici fili⁹.

1 Licinius imperator fuit literis adeò infestus, vt virus ac pestem publicā eas appellaret, Sed cur inquit Baptista Egnatius eas non odisset, quarum adeò expers erat, vt ne decretus quidem subscribere posset?

2 ℭValentinianus quoq; imperator Gratiani filius magno literarum odio conflagrauit.

3 ℭCælius scribit Heraclidem Lyciū hebeti fuisse ingenio, & ad literas, politioremq; cultum ineptissimo.

4 ℭPhilonides fuit Melitēsis quispiā prægrandi corpore, cæterum insulsus, & indoctus. Vnde adagiū fluxit Erasmo positum. Indoctior Philonide.

5 ℭBritānio (cui victo Cōstātius īperator pepcit) adeò expers literarū est habitus, vt ne prima qdē elemēta calleret.

6 ℭHerodes Atticus quū īgenio, & eloquētia nulli secūdus haberet, filiū hūit adeò hebetē, vt ne prīa pcipet elemēta.

ℭBibliothecæ memorabiles.

ℭTyrannion grāmaticus (qui floruit ætate magni Pompeii) supra tria librorum milia possedit.

ℭGordianus impera, coaceruauit in bibliotheca, 62. mi

lia voluminum.

❡Plutarchus in Antonio scribit Pergamenas bibliothe/cas habuisse ducenta librorum milia.

❡Porro ex antiquis Bibliopolis vnicus fere Triphon ce/lebratur. Martialis lib. 4. Non habeo, sed habet bibliopo/la Triphon. Hic ille est, ad quem scribit Fabius in liminari institutionum oratoriarum epistola.

❡Qui multa scripserunt.

❡Scripsit Theophrastus treceta libroꝝ volumina. ❡Cry/sippus septingēta. ❡Seruius Sulpiti⁹. 180. Libros de iure ci/uili. ❡Atteius Capi. 60. ❡Empedocles tria & quadraginta. ❡Galen⁹ 130. ❡Beda. 36. ❡Aristarch⁹ grāmatic⁹ Aristopha/nis grāmatici discipulus scripsit cōmētarios supra mille.

❡Laboriosi & variarū artiū periti.

1 Cleantes	7 Porcius latro	13 Diodor⁹ Siculus
2 Plautus	8 Sophocles & alii	14 Nicaula
3 Turanius	9 Helius hippias	15 Apolloni⁹ Tya/næus
4 Iulis Cæsar	10 Adrianus	16 Antisthenes
5 Alexāder mag.	11 Aurelius alex.	17 Alphonsus
6 Iulianus impe.	12 Plinius.	

1 ❡Cleantes p̄hs inopia mercennariū se fecit, ac noctu q̄dē in hauriendis aquis victum sibi cōparauit. interdiu libera/libus studiis dedit operam, Pinsebat quoq; farinas sępenu mero, vt peniā illā necessariū plerisq; malū excuteret.

2 ❡Pugnabat Plautus in paupertatem dies & noctes, Scri/bebat enim fabulas suas interdiu, noctu vero operam lo/cabat pistori, & in agendis molis (quas trusatiles vocant) qualemcūq; faciebat quæstum.

3 ❡Turanius fuit quispiam exactæ diligētiæ senex, cui quū Cæsar post nonagesimum annum procurationis vacatio/nem vltro indulsisset, id ægreferens, cōponi se in lecto, & velut exanimē à circūstante familia plangi iussit. Nec ante tristitię finē fecit, q̄ pristino labori sit restitutus.

4 ❡Iulius Cęsar ꝯsumptis ī re bellica diebus, noctes tn̄ ad tri partita diuidebat officia, qetis. s. publicę rei, & musarū.

5 ❡Legimus Alexandrū magnū (quū dormitaret) brachio extra cubile ꝓtēto pilā tenuisse argēteā supposita pelui, vt

quũ neruoꝝ rigorē ſopor laxaſſet īfuſus, geſtaminis lapſi tinnitꝰ obrūperet ſommnū. Author Ammianꝰ Marcellinꝰ.
6 ¶Iulianus Imperator dimidiata nocte ſemp exurgebat, nō e plumis perdicū ſub alaribꝰ, vt Heliogabalus, aut ſtragulis ſericis ambiguo nitore fulgētibus, ſed ex aſperis ſtratis, in quibus vix decūberent abiectiſſimi vernæ.
7 ¶Porciꝰ Latro īcœpta ſemel ſtudia ñ poterat īterrūpere, vbi ſe ad ſcribēdū cōcitaſſet, iūgebant nocłibꝰ dies, & ſine īteruallo ſibi īſtabat, nec deſinebat niſi deficiebat. Quū ſe ſyluis & mōtibꝰ tradiderat, oēs illos agreſtes ī ſyluis & mōtibꝰ natos laboris patiētia ac venādi ſolertia ꝓuocabat.
8 ¶Sophocles, Plato, Iſocrates, Hieronymus, & alii cōplures ad extremam ſenectutem ſcribentes, labores ſubierūt, finemq; dicendi cum vita fecerunt.
9 ¶Helius Hippias Sophiſta præter literarum ſtudia (in quibus ætate ſua nulli fuit ſecundus) Olympicis ludis Zonā, veſtem, calceos, ampullam, anulum, gemmam (in qua ſignum inſculpſerat) ſibi fecit, habuitq; artem multarum rerum, quæ mortales plurimos ornare potuiſſet.
10 ¶Adrianus Imperator fuit Arithmeticæ periti ſſimus & Geometriæ, Pinxit egregiè, Muſicem tenuit, Aſtronomię ſcientia oēs ætatis ſuæ facilè ſuperauit.
11 ¶Fuit Aurelius Alexāder optimus aruſpex, excellēs augur, muſicus inſignis, & vtrāq; orationē eruditiſſimè ſcripſit. Quibus rebus tantā impendit operā, vt conſueuerit ī cōuiuiis vel legētes audire, vel aliis veſcētibus legere.
12 ¶Nihil vnq̄ legit Plinius, quin excerperet, nec in bibliotheca tm̄, ſed in menſa, ſed in lectica, ſed equitās quoq; vel ſcribebat, vel ſcribendū aliquid dictabat.
13 ¶Diodorus Siculus ne in deſcriptiōne vrbisꝰ (vt alii pleriq;) erraret, bonam Aſiæ & Europæ partem magno ſuo incommodo peragrauit.
14 ¶Virtuti maximæ tribuendum eſt Nicaulæ Aegypti & Aethiopum reginæ, ꝙ audita Salomonis ſapientia ab extremo Arabiæ in Iudęam iuerit vt eū audiret.
15 ¶Appollonius Tyanæus vt Bragmanum ſciētiā hurire poſſet, Perſas, Caucaſum, Albāos, Scythas, & Maſſagetas

prætergressus in Indiam penetrauit. Quibus auditis p Elamitas, Babylonios, Chaldæos, Medos, Parthos, Assyrios, Phœnicas, Arabes, Palestinos, in Aegyptũ rediit, vt quaq̃ trãsiret, ibidẽ à doctis (si q eẽnt) pficeret & aliqd decerperet. Trãsiuit & in Aethiopiã ad Gymnosophistas.

16 ℭ Antisthenes audito Socrate statim cõuersus ad discipulos monuit, vt aliũ quęrerẽt pceptorẽ, sibi se inuenisse dictãs. Quo facto relictis oĩbus fortunis Socratẽ secutus est.

17 ℭ Alphosus Aragonius Siciliæ rex iam quinquagenarius, præceptori tũ se submisit, ne loquendi vsu careret.

ℭ Ociosi.

ℭ Attal⁹ Eumenis frẽ ocio adeò solutus ẽ, vt saginę tradit⁹, Iperii onus in Philopomenẽ ẽ familiaribus vnũ reiecerit.

ℭ Vatia Seruilius vir prætorius nulla alia re q̃ ocio notus consenuit. Propterea à transeũtibus, dici solebat. Vatia hic situs est.

ℭ Coronæ diuersæ.

ℭ Variæ fuerunt olim coronæ, qbus pensabãt hoĩum virtus, vt & ignauis torpor excuteretur, & in generosis virtus cresceret. Plinius lib. 22. numerat Gemmatas, Aureas, Vallares, Murales, Rostrales, ciuicas, triumphales, quibus nobiliorẽ fuisse Gramineã dicit. Coronę triũphales erant aureæ, mittebanturq; imperatoribus ob honorẽ triũphi. Id vulgo dr̃ aurum coronarium, inquit Gellius. Aureis postmodũ successerũt laureæ. Erantq; eiusdẽ & virtutis & honoris præmia. ℭ Obsidionalẽ coronã dabãt obsidione liberati, ei q liberauerat, ea fiebat gramine, vnde & graminea dicta est. Hãc. S.P.Q.R. Fabio maximo dedit secundo bello punico, q̄ vrbẽ Romã obsidiõe liberasset. Ciuica dabatur ei q ciuẽ à morte liberasset, fiebat frõnde quęrna aut iligneа. Cæcilius. Aduehũtur inquit, cũ iligneа corona & Chlamyde. L. Gel. vir Cẽsorius cẽsuit Ciceronẽ ꝯsulẽ hac coronãdum corona, q̄ eius opa atrocissima illa Catilinæ cõiuratio deleta, vindicataq; fuisset. ℭ Muralis dabatur ab Iperatore, ei q primus murũ subiisset, & in oppidũ hostiũ p vim ascẽdisset. ℭ Castrẽsem donabat iperator ei q prim⁹ hostiũ castra pugnãs itroiuisset, habebat aũt isigne valli.

o. Nauali · ⁋ Naualem merebať, qui in maritimo prælio primus hostium nauē vi armatus trãsiliuisset, Ea rostris nauiũ erat insignita. ⁋ Muralis aiũt, Castrēsis & naualis fiebant ex auro. o. Ouali. Oualis corona erat Myrtea. Ea vtebanť iperatores, quãtes vrbē introibãt. Ouatio minor erat triũpho. Ouationis causa est nõ triũphi, quum aut bella nõ recte indicta sunt, nec cũ iusto hoste gesta, aut quũ hostiũ nomē humile est, vt seruoȝ, aut pyratarũ, Aut quũ deditione facta incruēta o. Oleaginu · parta est victoria. Hæc fiebat ex Myrto. ⁋ Dabať Oleagina ob conuersum hostem, De coronis vide Gellium lib. 5. Capi. 5. Blondum foroliuiensem de Roma Triumphante. Lib. 6. Volaterranum lib. 16. Philologiæ, Pliniũ lib. 16.

Junno ·

¶ Ttriumphatores seu qui de diuersis regibus & populis Triumphauerunt.

¶ L. Attilius Calatinus triũphauit de Sardis. ⁋ Cn. Domitius de Aruernis & Bathuloeorũ duce. ⁋ Liuius Salinator de Illiriis. ⁋ M. Attilius regulꝰ de Salētinis. ⁋ Paulus Aemylius iunior de liguribus & Perseo. ⁋ Meneuius Agrippa lanatus de Sabinis. ⁋ M. Antonius triũuir de Armeniæ rege. ⁋ M. Aquilius consul de Aristonico rege. ⁋ Iunius Bubulcus Brutus dictator Equos subegit, ac die octaua de eisdē triumphauit. ⁋ Furius Camillus Veios decēnali obsidione domuit, ac de eisdem triumphauit. ⁋ Spo. Cassio duo triũphi contigerunt.

¶ M. Curius de Samnitibꝰ & Sabinis. ⁋ P. Decius iunior de Samnitibus.

⁋ Cn. Duilius primus de nauali victoria triũphauit. ⁋ Fabius Rullianus de Appulis, Nucerinis, Samnitibꝰ, Vmbris, Marsis, ac Thuscis triumphauit.

¶ Fabius Gurges de Samnitibus. ⁋ Q. Fab. Max. de liguribus. ⁋ Cn. Fuluius flaccus de Samnitibus. ⁋ M. Fuluius nobilior ouauit de Aetolis, triumphauit de Ambraciensibꝰ. ⁋ L. Lucretius Tricipitinus de Volscis. ⁋ Marius de Teutonibus & Iugurtha. Propertius lib. 4. Dii melius q̃tus mulier foret vna triũphus. Ductus erat p quas ante Iugurtha vias. ⁋ Q. Ce. Metellus de Iugurtha & Numydis. ⁋ L. Mumius de Achæis. ⁋ M. Horatius consul de sabinis, sine au-

thoritate Senatus. ¶ L. Papyrius Cursor de Samnitibus. ¶ L. Papyrius Crassus eius filius de priuernatib⁹. ¶ Cn. Pō/peius magni Pōpeii pater de picentibus. ¶ Pompeius Magnus de Iarba Mithridate, Aristobolo rege iudæorum. ¶ Aul. posthumius Tubero de volscis. ¶ L. Aemylius Paulus de liguribus. ¶ Q. Capitolinus quinquies cōsul de volscis. ¶ Scipio Aphricanus de Annibale, & Scyphace. ¶ Sulpitius de reliquiis Brenni. ¶ L. Valeri Valesius filius de Veiētibus & Sabinis. ¶ Valerius Coruinus (q sexies fuit cōsul) de Samnitibus. ¶ L. Valerius potitus de volscis & Eqs sine authoritate senatus. ¶ M. Attilius Glabrio de Antiocho & Aetolis. ¶ Aurelianus īperator de Zenobia Palmyrenoꝝ regina. ¶ Septimius Seuer⁹ imp. de Arabib⁹ & Adiabenis. ¶ Dagobertus rex Francorum de Saxonibus. ¶ Papyrius Naso de Corsis. ¶ Iulius Cæsar confectis bellis quinquies triumphauit primū triūphum egit gallicū, Sequētē Alexādrinum, Deinde ponticum, huic ꝓximum Aphricanū, nouissimum hispaniensem. ¶ Triūphauit Bacchus de Indis. ¶ Tatius de Sabinis. ¶ Gordianus de Persis. ¶ Augustus curules triumphos tres egit, Dalmaticum, Actiacum, Alexādrinum, continuo triduo. ¶ Antonius Cōmodus triūphauit de Germanis. ¶ Domitianus de Dacis & Catis. ¶ Papyrius cursor de Corsis in monte Albano. Porro autem lege fuit cautum ne quis triumpharet, qui minus q̄ quinqꝫ milia vna acie superasset. Nulli item licuit triūphare, qui nec dictator, neqꝫ prætor, nec consul res gessisset, Itē nemini prius decernebat̄ triumphus, q̄ regionem (de qua triūphaturus erat) successori pacatam reliquisset. ¶ Triumphantes auratis curribus vehebant̄, quos albi trahebant equi. Pōpeii tñ currum in triumpho Aphrico traxerunt Elephantes, Quem imitatus Cæsar, vectus est Elephantis quadraginta dextra leuaqꝫ Lichnos gestantibus Authore Tranquillo, Et Gordiano quadrigæ Elephantorum decretæ sunt triumpho Persico. Habuit & Aurelianus currū quatuor ceruis iunctum. Moris quoqꝫ fuit, vt in triumphantiū curru sederent eorūdē filii, Vnde & Aemylius Paulus speciosissimo triumpho filium duxit quē triduo post amisit.

Mos. Triumphantem sequebātur laureati miles, Moris itē fuit, Imperatores belli ciuilis victoria q̄tūuis magna non triū-phare, quia ciues nō hostes occidissent Item, vt milites & abiecti missi quiq; diuersis conuiciis triumphantes incesse-rent, ne p̄spera illa fortuna plus æquo superbirent & inso-lescerent. Sic triūphante Cæsare milites dixerunt. Gallias subegit Cæsar, Nicomedes Cæsarem, Item. Romani serua-te vxores, Mœchū caluū vobis adducimus. Ventidium quoq; Bassum in Parthico triūpho secuti milites decanta-rūt. Qui mulos fricabat, factus est cōsul. Porrò lege cautū erat, ne dux ante triūphi initiū vrbem ingrederet. Paulus Orosius & cū eo Blondus scribūt Romanos triūphos nu-mero fuisse. 320. Oīum vltimus triūphauit Probus Impe-rator. Hęc de triumphis, de q̄bus qui plura scire cupiet, vi-deat Blondū foroliuiensem Li. 10. de Roma triūphante.

Qui ultimus triumphauerit.

¶ Præceptores & Pædagogi.

¶ Chrisipp⁹ Erasistrati, Asclepiades Temisonis, Prothago-ras Euathli, Agonas Zoroastris, Callimach⁹ Eratosthenis, Eratosthenes Aristophanis, Volcati⁹ Ceselii, Anaxagoras & Damon Periclis, Molo Ciceronis, Socion Senecæ. Se-neca Neronis, Cebes Phedonis, Philetas Cous Ptolemęi. Pāphil⁹ Amphipolyta Apellis, Empedocles Gorgię, Plu-tarchus Traiani. Donatus & Victorinus Hieronymi. Pale-mon & Flauius Virgini⁹ Persii, Architas Empedoclis, Sac-cas ammonius Plotini, Serbidius Scęuola Papiniani, Ar-nobius Lactātii, Linus Herculis, Lysias Epaminūdę, Poli-cetus Argii, Asopodori, Alexis & Aristidis picto℞, Agela-des Myronis, Sostratus Lysippi, Phydias Alcamanis & co-lotis, Myron Lycii, Lysippus Phœnicis, Euxinidas Aristi-dis, Eupompus Pāphili, Theophrast⁹ Demetrii Phalerei, Chiron & Phœnis Achillis, Lynus Orphei, Thamyræ, & Herculis, Pherecides Pythagoræ, Marianus Matheus. Fran. Puteolanus Beroaldi, Lysimachus & Leonides Ale-xandri, Connidas Thesei, Sarpedon Catonis, Zopyrus Al-cibiadis, Achillas Ptolemæi, Sadragesillus Dagoberti, Si-cinus libero℞ Themistoclis, Hopleus Tydei, Acetes Pallē-tis, Hyagnes tibicen Martiæ, Pōtanus Marulli, Silen⁹ Bac-

chi, Rainerius foroliuiẽsis Bartoli, Bartolus Baldi, Baldus docebat Ticini, Paulus Castrensis & Antonius Rosellus Paduæ, Benedictus Capra Perusii, Barbatia Siculus Bononiæ, Fuit & Victorinus Fertinus Gonzagarũ pædagogus. An. Panormita Alphonsi Aragonis Siciliæ regis pceptor, Andronicus Thessalonicẽsis Politiani, Chalcidias Iouiniani grãmatici, Andalus Genuensis Boccacii, Amonius Origenis, Anacreon Smerdis filii Polycratis Samiorum regis, Thales Milesius Anaximandri Anaximenis, Anaximenes Anaxagoræ, Philoxenus Antigenidis musici, Socrates Antisthenis, Antisthenes Diogenis, Euphranor Apionis grammatici, Asclepiades Apollodori grammatici, Apollodorus pergameus Cæsaris Augusti, Menecrates Arati poetæ, Anaxagoras Archelai Milesii, Plato Aristotelis, Socrates Aristippi, Aristophanes grãmaticus Aristarchi, Crates bionis, Hermocrates Callimachi, Aristoteles Calisthenis, Anaxagoras Carneadis, Socrates Cherephõtis, Herodotus Chœrili, Diogenes Cratis Thebani, Paulus Dionysii Areopagitę, Prodicus & Socrates Euripidis. ¶ Docuit Aristoteles annis. 30. Quintilianus. 20. Pōponi' letus Romæ. 10. Cãpanus Perusiæ, Christophorus Lãdinus Florẽtiæ, bonas artes pfessi sunt. Possem infinitos huiusmodi congerere, quos ptermitto, ꝙ hoc ipsum modicũ videat momẽti, tñ etiã ꝙ nõ putem posse fieri, vt quis ex maiori cõgerie fructũ sibi faciat, cui hęc nihil profuerint.

¶ Patria & locus natalis multoꝝ illustriũ virorum.

¶ Rudiæ vrbs Apuliæ Ennii, Sassina vmbriæ Plauti, Campania Næuii, Brundusiũ Calabriæ Pacuuii, Mediolanũ Statii Cæcilii, Pisaurus Accii, Carthago Terẽtii, Arica Lucilii, Roma Lucretii, Bononia L. Pōponii, Roma Decii Laberii & Q. Catuli epigrammatistæ, Syria Publii Syrii, Roma Porcii Licinii, Verona Valerii Catulli, Roma Q. Cornificii, Cremona Furii bibaculi. Atax vicus puincię Narbonẽsis P. Terẽtii Varronis, Roma Iulii Calidii, Mantua Virgilii, Venusium Apuliæ Ouidii, Parma Cassii Seueri, Roma Cæsaris Germanici, Verona Aemylii Macri,

Corduba Hispaniæ, Lucani, Sextilii & Senecæ, Roma Asinii Galli, Volaterrę Ethruriæ Persii, Neapolis Statii Papinii, Hispania Syllii Italici, Setia Cāpaniæ Valerii flacci, Aquinum Iuuenalis, Bilbilis Hispaniæ Valerii Martialis, Italica Hispaniæ Voconii victoris, Carthago Alphii auiti, Aphrica Septimii & Aurelii Olympii Nemesiani & Mauri Terentiani, Sicilia Calphurnii, Alexandria Claudiani, Burdegala Ausonii Galli, Hispania Damasi, Iuuenci, & Prudentii, Aphrica Licentii Hipponensis, Gallia Sidonii Apollinaris, Roma Pomponii secundi, Pedonis Albinouani, Aruncii Stellæ, Sentii Auguris Vestritii Spurinæ & Pauli Bassieni, Salamin Solonis, Lacedæmon Chilonis Mitylene Pittaci, Priene Biantis, Lyndus Cleoboli, Corinthus Periandri, Scythia Anacharsis, Gnosos vrbs Cretæ Epimenidis, Syria Pherecidis, Miletus Anaximenis, Clazomene, Anaxagoræ, Athenæ Socratis, Xenophontis, Aeschinis, Critonis & Glauconis, Syrene Aristippi, Elis Phdonis, Megara Euclidis & Stilponis, Thebę Cebetis & Cratis, Athenæ Platonis, Polemonis, Antisthenis & Speusippi, Chalcedon Xenocratis, Soli Crantoris, Cyrene Lacydis & Carneadis, Carthago Clitomachi, Stagyra Aristotelis, Lampsacus Stratonis, Troas Lyconis, Pontus Heraclidis, Synope Diogenis, Syracusæ Monymi, Aegina Onesicriti, Phœnicia Menippi, Cyprus Zenonis, Samos Pythagoræ & Melissi, Agrigentum Empedoclis, Tarentum Architæ, Croton Alcmæonis, Metapontus Hippasi, Gnydos Eudoxi, Ephesus Heracliti, Colophon Xenophanis, abdera Democriti, Protagorę Anaxarchi, Elis Pytrhonis, Nicæa Timonis, Athenæ Eupicuri, Calagurium Hispaniæ Quintiliani, Chrastus vrbs Siciliæ Epicarmi, Pella Macedoniæ Alexandri, Meliboea Philoctetæ, Panope Epei authoris machinæ troianæ, Ascra Hesiodi, Cheronnea Plutarchi, Megara Theognis, Mitylene Alcei, Lesbos Sapphus puellæ, Rhodos Panętii, Stratoclis Andronici, Pylos Nestoris, Croton Alcmanis, Miletus vel phœnicia Thaletis, Imera, Stesichori, Ithaca Vlyssis, Thebæ Amphionis & Pindari, Cos Appellis, Thracia Orphei,

Alexādria

Alexandria Appiani, Aristarchi, & Arrii, Arpinum Ciceronis, Tyana Græciæ Apollonii, Medaura Apuleii, Caros Archilochi, Athenæ Aristidis, Rhodos Aristophanis, Nicomedia Arriani historici, Methymna Arionis, Seleucia Siciliæ Athenęi Philosophi, Chaldæa Berosi, Agrigentũ Carcini, Aphrica Cipriani, Carthago Clitomachi, Athenę Cratini, Eupolidis, & Demadis, & Demosthenis, Syracusę Dionis, Thebæ Epaminũdę, Hierapolis Phrygię Epicteti, Cyrene Eratostheis, Athenę Hermippi, Arelate Fauorini, Chalcis Syriæ Iamblyci phi, Antiochia Ioannis Chrysostomi, Iudęa Ioseph, Elis Hippiæ, Cos Hippocratis, Athenæ Isocratis, Syracusæ Lyciæ, Athenæ Menandri & Periclis, Thebæ Musæi, Smyrna Homeri, Anazarbum Ciliciæ Oppiani, Roma Q. Hortensii, Cæsarea Cappadocię Prohæresii, Aegyptus Ptolomæi Aristologi, Syracusæ Philemonis, Cos philetæ, Roma Sallustii, & Suetonii, Patauiũ T. Liuii, Athenæ Sophoclis, & Thucydidis, Thracia Thamyræ, Eressus vrbs Lesbi Theophrasti, Lesbos Terpandri, Carthago Tertulliani.

¶ Formosi & formosę ex historicis Oratorib⁹ & poetis

1 Amaryllis
2 Alexis
3 Aegle
4 Adonis
5 Auentinus
6 Astur
7 Atys
8 Atalanta
9 Ariadna
10 Achillas
11 Antiopa
12 Argia
13 Antinous
14 Acanthus
15 Aegina
16 Alchibiades
17 Amaracus
18 Asterius
19 Augustus
20 Alsus
21 Amphimedon
22 Agarista
23 Baryne
24 Briseis
25 Bersabea
26 Bellorophon
27 Bathyllus
28 Castor Pollux
29 Chione
30 Cænis
31 Cyllarus
32 Calisto
33 Celeno
34 Calypso
35 Cydippe
36 Cestus
37 Catulla
38 Cynthia
39 Candaules
40 Daphnis
41 Deiopeia
43 Dido
44 Deianira
45 Deiphile
46 Diadumenus
47 Democles
48 Demetrius
49 Euryalus
50 Endymion
51 Ephestio

1 Amaryllis puella. Vir. Formosam resonare doces Amaryllida syluas.

2 ¶ Alexis, Idē egl. 2. Formosū pastor Coridō ardebat Alexī.

3 ¶ Aegle nympha. Idē egl. 6. Aegle Naiadū pulcherrima.

4 ¶ Adonis Mirrhæ fuit fili⁹. Veneri ob speciosam formam dilectus. Virgi. egl. 10. Et formosus oues ad flumina pauit Adonis. Ouidius li. 10. Laudaret faciē liuor, quoque, qualia namque Corpora nudorum tabula pingunt amorum, Talis erat. Propertius lib. 2. Testis qui niueum quondā percussit Adonim Venāte Idalio vertice durus aper, Illis formosū fleuisse paludib⁹, illuc Diceris effusa tu Venus isse coma.

Adonis Veneri adamans.

5 ¶ Auentinus. Virg. Victoresque ostentat equos satus Hercule pulchro Pulcher Auentinus.

6 ¶ Astur. Virg. Sequitur pulcherrimus Astur, Astur equo fidens, & versicoloribus armis.

7 ¶ Atys puer phrygius à Cybele (vt fabulantur poetę) ob formam adamatus est. Ouidius li. x. Meta. Erat Ind° Atys, quē flumine Gange Editta, limniace vitreis peperisse sub vndis Credit. egregius forma. Catullus sic inducit loquentem Ego adolescens, ego ephebus, ego puer, Ego gymnasii fui flos, ego erā dec° olei, Mihi ianuę freqntes, mihi Lumina tepida, Mihi floridis corollis redimita domus erat, Palladi Soranus. Chare puer puero lōge formosior Aty.

8 ¶ Atalāta puella fuit in arcadia venatrix & Iasii filia, liberalí admodnm forma. Ouidius lib. 8. Venit Atalante Schenei pulcherrima virgo. Rasilis huic summā mordebat fibula vestem, Crinis erat simplex nodum collectus in vnū. Talis erat cultu facies, quā dicere vere Virgineā in puero, puerilem in virgine posses.

9 ¶ Ariadne filia Minois forma fuit elegāte, quā propterea Bacchus duxit in vxorē, eiusq́ coronam stellis ornatā in astra retulit, Catullus de ea & Theseo loquēs sic inqt. Hūc simulac cupido cōspexit lumine virgo, Regia quā suaues expirans costus odores Lectulus in molli cōplexu matris alebat, Quales Auroræ ppingunt flumina Myrtos, Aura ve distinctos educit verna colores, Nō prius ex illo flagrātia declinauit Lumina, q̄ cūcto cōcepit corpore flāmam.

10 ¶ Achillas puer. Martialis lib. 3. Huic comes hærebat domini fugitiuus Achillas. Insignis forma nequitiaq́ puer.

11 ¶ Antiopa filia Nectei & vxor Lyci regis Thebarū speciosissimā ,ppter formā à Ioue adamata est, ex quo Zetum & Amphionē suscepit, Propertius. Tu licet Antiopæ formā Nycteidos, & tu Spartanā referas laudibus Hermonē.

12 ¶ Argia Adrasti argiuorum regis filia, & vxor Polynicis, fuit itidē mirū in modū speciosa. Statius lib. 2. Theb. Egregiam Argiam, nec formæ laude secundam Deyphilem.

13 ¶ Antinoo Bithynico mira pulchritudine adolescēti tātamq́ elegans fuit forma, vt Adrianus imp. (à quo adamabat) tēplū ei apud Mantineā constituerit, & ciuitatē apud Nilū, eiusq́ imaginem fecerit insculpi nūmis. Propterea

Atys a Cybele adamatus.

Antiopa Ioue adamata.

Antinous Bithynicus

Hieronymus Adriani concubinum eum vocat.

14 ℂFuit Acanthus puer speciosus, quē poetę fingūt in florem sui nois conuersum fuisse.

15 ℂAeginā Asopi regis Bœotię filiā ob excellētē pulchritudinem adamauit Iupiter, iacuitq; cū ea in specie ignis. Ouidius Aureus vt Danaē, Asopida luserit ignis.

Alcibiades. Scipio. 16 ℂForma īprimis visenda,& amabili fuisse ferūt inter Grecos Alcibiadē, sicut inter Romanos Scipionē Demetriū cognomēto. Plutarch⁹ in eius vita. Hoc ingt Alcibiadi cōcessit natura, sibiq; cū paucis cōmune, vt nō mō in pueritia, aut adolescētia, sed ēt in omni ætatis gradu maximū semp decorē, ac formā, sam hoīs speciem ptætulerit.

17 ℂAmaracum poetæ fingunt in herbam odoriferā mutatum, idq; ꝓpter elegantem formam.

18 ℂAsterius fili⁹ fuit Veneris forma singulari, oīum tñ amores respuens. Vnde Ouidius in Ibin. Filius vt Cereris frustra tibi semper ametur, Destituatq; tuas vsq; petit⁹ opes.

19 ℂSex. Aurelius scribit Augustū fuisse mite, gratū, ciuilis animi, toto corpore pulchrū, sed oculis magis, quoꝝ acies clarissimorum syderum modo promicabat.

20 ℂAlsus filius fuit Gygari Danorum regis, quē tā excellēti forma, ac cæsarie extitisse scribit saxo Grammaticus, vt argēteis nitere crinibus putaretur.

21 ℂAmphimedon. Caleti⁹ Formosum Phiale prius arserat Amphimedontē. Amphimedon Phiales maxīa cura fuit.

22 ℂHerodotus scribit Agaristam Clisthenis filiam adeò formosam extitisse, vt ad habendas ei⁹ nuptias celebrata sint procorum spectacula & certamina, quo speciosissimi qq; Græciæ adolescentes confluxerunt.

23 ℂBarynes meretricis formam cōmendat Horatius lib. 2. Car. dicens, Vlla si iuris tibi peierati Pœna Baryne nocuisset vnq̄, Dente si nigro fieres, vel vno Turpior vngui, Crederem, sed tu simul obligasti Perfidum votis caput, enitescis Pulchrior multo, Iuuenūq; ꝓdis Publica cura.

24 ℂBryseis fuit adeò formosa, vt Achilles eius amore cōflagrauerit, eamq; q̄uis ancillā plusq̄ puellas oēs adamauerit. Horatius. Prius insolētem Serua Bryseis niueo colore

Mouit Achillem. Propertius lib. 2. Omnia formosam pp Bryseida passus, tantus in erepto sæuit amore dolor.

25 ¶ Credibile est Bersabeam Vriæ vxorẽ elegãti fuisse forma, q̃ sapientissimũ illũ regẽ, & ꝓphetã sãctissimũ Dauidẽ vsq; adeo titillauerit, vt solitæ religiõis oblitus, adulterio & homicidio (Vriã enim deuouit morti) suã cõtaminauerit sanctitatẽ. Vnde Stroza pater. Ille sacri vates opis Iesseia ples, Præfecit populo quẽ deus ipse suo Bersabeæ captus forma, tibi magne Cupido Cessit, nec Salomõ tutior ipe fuit.

26 ¶ Bellorophon à Sthenobæa Prœti Argiuoꝝ regis vxore propter formam adamatus, & ad venerem (cui tamen assentiri noluit) postulatus est.

27 ¶ Fuit & Batyllus Anacreontis poetę amasius liberali forma. Vnde Pontanus de Stellis. Nirea sic phibent, & amatũ à vate Batyllũ, Pictũ oclis, fusumq; coma, roseũq; labellis.

28 ¶ De Castore & Polluce Oui. Li. 8. Me. At gemini nõdũ cœlestia sydera fratres, Ambo cõspicui, niue candidoribus ambo. Vectabantur equis.

29 ¶ De Chione Dædalionis filia. Idẽ Oui. Li. 11. Meta. Nata erat huic Chione, quæ dotatissima forma Mille procis placuit bis septem nubilis annis.

30 ¶ Cænis puella Thessala à Neptuno compressa. Idẽ Oui. Lib. 12. Meta. Clara decore fuit proles Elatea Cænis Thessalidum virgo pulcherrima.

31 ¶ Cyllarus. Idem Lib. 12. Nec te pugnantem tua Cyllare forma redemit.

32 ¶ Calisto, Idem Oui. Lib. 1. Fasto. Fœdera seruasset si nõ formosa fuisset.

33 ¶ Celeno. Idem lib. 4. Fasto. Neptuno Alcionem, & te formosa Celeno.

34 ¶ Calypso Oceani & Tethyos filia. Ouidius de Ponto. An graue sex annis pulchram fouisse Calypson Aequoreęq; fuit concubuisse deæ? Idem lib. 2. de Art. Litore constiterant illic quoq; pulchra Calypso.

35 ¶ Cydippe ab Acontio ob formam adamata est, Oui. in Epis. Aut esses formosa minus, peterere modeste, Audaces facie cogimur esse tua, Tu facis hoc, oculiq; tui, quibus

ignea cedunt Sydera, qui flāmę causa fuere meæ, Hoc fa/ciūt flaui crines,& eburnea ceruix. Quasq; precor veniāt in mea colla manus,Et decor,& vultus sine rusticitate pu/dētes,Et Thetidis quales víx reor eē pedes.Cætera si pos/sem laudare,beatior essem, Nec dubito, totum quín tua pars sit opus.Hac ego complexus,non est mirabile,formā si pignus volui vocis habere tuæ.

36 ℂCestum puerum cōmendatā forma Martia. Quāta tua est ꝓbitas: quāta est ꝑstantia formæ Ceste puer, puero ca/stior Hippolyto. Te secū diana velit,doceatq; natare , Te cybele secū vellet habere Phryga. Tu ganymedæo pote/ras succedere lecto,securus dn̄o basia sola dares. Felix q̄ te nerū vexabit spōsa maritū.Et q̄ te faciet pria puella virū.

37 ℂCatulla.Idē Mar.li.8.Formosissima q̄ fuere vel sunt,O q̄ te fieri Catulla vellē,Formosam min⁹,aut magis pudicā.

38 ℂPropertius formā suæ Cynthiæ sic cōmēdat. Et quascūq; tulit formosi tpis ętas.Cynthia non illas nomen hr̄e sinat. Idē.Illic formosæ veniāt chorus heroinæ, Quas dedit Ar giuis dardana ꝑda viris . Quarum nulla tua , fuerit mihi Cinthia forma Gratior. Idē. Fulua coma est, longęq; ma/nus,& maxima toto Corpore, & incedit vel Ioue digna soror.Idē.Lilia nō dn̄a sunt magis alba mea.Idē.Post he/lenā hęc terris forma secūda redit,Hac ego nō mirer si fla/gret nr̄a iuuēt⁹,Pulchri⁹ hęc fuerat Troia pire tibi,Digna qdē facies,ꝑ qua vel obiret Achilles.Si qs vult fama tabu/las anteire vetustas,Hic dn̄am exēplo ponat ī ante meam.

39 ℂHerodotus ait Candaulis Sardium Tyranni vxorem fe minarum omnium fuisse pulcherrimam.

40 ℂDe Daphnide Vir.in Buc.Formosi pecoris custos,For/mosior ipse.

41 ℂDeiopeia Nympha.Virg.Aen.Sunt mihi bis septē ꝑstā/ti corpore Nymphæ.Quarū q̄ forma pulcherrima, Deio/peiam Connubio iungam stabili,propriamq; dicabo.

42 ℂDido.Idem lib. 1.Aen. Regina ad templum forma pul/cherrima Dido.Incessit.

43 ℂDeianyra Herculis vxor.Oui.Lib.9.Nomine si qua suo tandem puenit ad aures Deianyra tuas , quodā pulcher/

rima virgo, Multorumq; fuit spes inuidiosa procorum.
44 ¶ Deiphyle vxor Tydei, Adrasti filia. Statius Li. 1. Theb. Egregiã argiam, nec formæ laude secundã Deiphilem.
45 Diadumen⁹ Augusti fuit pgustator, puer adeò speciosus, vt in formæ certamine (qd fiebat Elidi) meruerit palmã.
46 ¶ Democles puer Atheniensis fuit adeò speciosus, vt ex pulchritudine sua pulcher Democles ab oibus vocaret. Cui (quod paucis admodũ formosis contigit) tãta quoq; extitit pudicitiæ cura, vt ad declinandã vim Demetrii (ã quo petebat ad stuprũ) se in plenũ feruentis aquę Lebetẽ (quũ aliter effugere nõ posset) cõiecerit. Plutarchus.
47 ¶ Cælius scribit Demetrium cognomento Poliorcetem forma fuisse imprimis amabili.
48 ¶ Euryalus Nisi amicus. Virg. Li. 5. Aen. Euryal⁹ forma insignis, viridiq; iuuẽta. Idẽ Li. 9. Et iuxta comes Euryal⁹, q̃ pulchrior alter Nõ fuit Aeneadũ, Troiana nec iduit arma.
49 ¶ Endymion Lunæ amasius fuit admodũ speciosus. Val. flac. li. 8. Tũ quoq; syderea clar⁹ pcul ora iuuẽta Lathmi⁹ æstiua residet venator in vmbra, Dignus amore deę. Stroza pater. Abstulit Endymion tenera Latoida forma.
50 ¶ Fuit in Ephestione Augusta adeò facies, vt victi Darii vxor eum pro Alexandro salutauerit, Ob quam formam ipsi quoq; Alexandro fuit charissimus.
51 ¶ Eurydice Orphei vxor, Quin. libro secũdo Orpheos. Hæc fata Mercurio Eurydice formosa, puellas Tam visa est superare pares cœlestibus aulis Quàm iucunda Venus dominas supereminet omnes. Idẽ Venerat Eurydice sparsis formosa capillis, Cui teretes digiti, cui flaua monilia, vultus Syderei, inserto rubris candore papillis.
52 ¶ De Fabulla Martialis Li. 1. Bella es nouimus & puella, verum est, Et diues: quis enim potest negare?
53 ¶ Scribit Aeli⁹ Sabinus tãtam pulchritudinẽ oris fuisse in filio maximini, vt ẽt caput eius iã morte nigrũ, iam macceratum defluenti tabo, pulcherrimũ tamen videretur.
54 ¶ Galathea Nympha. Oui. Lib. 13. Candidior folio niuei Galathea Ligustri, Floridior prato, Lõga procerior alno. Splẽdidior vitro tenero lasciuior hœdo, Leuior assiduo

detritis æquore conchis, Solibus Hibernis, æstiua gratior vmbra, Nobilior pomis, platano cõspectior alta, Lucidior glacie, matura dulcior vua, Mollior & cycni plumis, & lacte coacto, Et (si nõ fugias) riguo formosior horto.

Ganimedes 55 ℭ Nõ aliam ob causam poetæ fabulant Ganymedẽ ioui miscere pocula q̃ ob elegantẽ speciẽ. Ouidius. Li. 4. Fasto. Phryx puer in syluis facie spectabilis altis. Turrigerã casto iunxit amore deam. Horatius Li. 3. Car. qualis aut Nireus fuit, aut aquosa Raptus ab Ida.

56 ℭ Glycera, Horatius Li. 1. Car. Vrit me Glyceræ nitor Splẽdentis Pario marmore purius Vrit, grata proteruitas, Et vultus nimium lubricus aspici.

+ Galatees 57 ℭ Galtees fuit adolescens forma speciosus, decensq́ʒ i primis. Reg. Ptolemæo ꝓpterea vsq́ʒ adeò charus, vt Ptolemæus ipse q̃busdam (qui ad supplicium trahebantur) eiusdem patrocinio pepercerit. Author Cælius.

58 ℭ Gygis pueri formã describit Horatius Li. 2. Car. dicens. Vt pura nocturno renidet Luna mari Gnydiusq́ʒ Gyges. Quẽ si puellarũ insereres choro, Mire sagaces falleret hospites, Discrimẽ obscurũ solutis Crinibus, ãbiguoq́ʒ vultu.

59 ℭ Veteres fabuloso cõfinxerũt inuolucro Gorgonẽ ꝓpter eximiũ venustatis decus, mentis inopes & stupidos reddẽtem spectatores in saxa deformasse. Cælius.

60 ℭ Hippolytus Thesei filius fuit etiam pulcherrimus. Virg. Ibat & Hippolyti proles pulcherrima bello Virbius. Pamphilus. Hippolytum superat formoso candidiore.

63 Herculis adamatum Hyla. ℭ Hylam Thyodamantis filium ob formã adamauit Hercules, & Nymphæ rapuerunt, Mar. Pulcher Hylas tenerã mersit in ora manum, Propertius. Cuius vt accensæ dryades candore puellæ, Miratæ solitos destituere choros, Prolapsum leuiter facili traxere liquore. Tum sonitum rapto corpore fecit Hylas. Cui procul Alcides iterat respon sa, sed illi Nomẽ ab extremis fluctibus aura refert. Idẽ Formosum nymphis credere visus Hylam.

64 ℭ Hyas Athlantis ex Aethra filius. Ouid. lib. 5. Fast. Nondum stabat Athlas humeros oneratus Olympo, Q uum satus est forma conspiciendus Hyas.

65 ¶Celebrat & Hermiones Menelai filiæ pulchritudo. Vñ Propertius li. 1. Tu licet Antiopæ formam Nicteidos, & tu Spartanam referas laudibus Hermionem.

66 ¶Fuit tam elegás & cócinna Hippodamiæ pulchritudo, vt ad impetrandas eius nuptias celebrata sint certamina ꝑ corum. In quibus quum victor euasisset Pelops, puellam duxit vxoré. Propertius. Nec phrygiũ falso traxit candore maritum. Aduecta externis Hippodamia rotis, Sed facies aderat nullis obnoxia gẽmis. Qualis Apellæis est color in tabulis. Idẽ li. 2. Hippodamiã vocat Ischomachẽ, ꝙ ꝓpter eã ortũ sit bellũ Centaurorũ. Qualis & Ischomache Lapithæ genus heroinæ Cẽtauris media grata rapina mero.

67 ¶Hiera fuit vxor Telephi mulier oĩum (quos Prothesilaus vidit) maxima & pulcherrima.

68 ¶Proposita de muliebri pulchritudine certamĩa plerisq; in locis legimus, sicuti in Cereris Eleusinæ festo prope Alpheum. vbi victrix herodice meruit palmam. Cælius. Herodice

69 ¶Herodotus scribit Hippoclidem Tisandri filiũ diuitiis & forma inter Athenienses præcipuum fuisse.

70 ¶Hypsiphile. Statius Lib. 4. Theb. Errãtes subito pulchrã in mœrore tuentur Hypsiphilẽ. Fuit Thoantis filia, à quo Thoantias appellatur.

71 ¶Iulus filius Aeneæ ex Creusa. Virgi. Lib. 5. Aen. Extremus, formaq; ante omnes pulcher Iulus. Idem Lib. 7. Aen. primiq; duces & pulcher Iulus. Item. Quo litore pulcher Insidiis cursuq; feras agitabat Iulus. Ouid. in Epi. Si quæras vbi sit formosi mater Iuli.

72 ¶Iuuencius Catulli amasius, Idem Cat. Mellitos oculos tuos Iuuẽci. Si qs me sinat vsq; basiare, Vsq; ad milia basiẽ trecẽta, Nec vnq̃ saturũ idecor futurũ est. Idẽ. Surripui tibi (dũ ludis) mellite Iuuẽci Suauiolũ dulci dulci⁹ Ambrosia. Catulli amasius.

73 ¶Iason. Medea apud Ouidiũ Iasoni loquẽs, Et formosus eras, & me mea fata trahebant, Abstulerant oculi lumina nostra tui.

74 ¶Ioseph. Mantuanus ĩ maria. Sic alacer Sanson sic, & formosus Ioseph.

75 ¶De Lauso Mezentii filio Virgi. Lib. 7. Aen. Filius hunc

Iuxta Lausus, quo pulchrior alter. Non fuit, excepto Laurentis corpore Turni.

76 ¶ Lauiniæ forma fuit origo belli inter Aeneã & Turnum, quorum vterque eam sibi vxorẽ dari volebat. Virg. Lib. 12. flauos eius crines & roseas appellat genas, vbi ait. Filia prima manu flauos Lauinia crines, & roseas laniata genas.

77 ¶ Catull⁹ de sua Lesbia sic inqt, Lesbia formosa est, quã quum pulcherrima tota est, Tũ oibus vna oẽs surripuit veneres.

78 ¶ Lygdi pueri formam cõmẽdat Pamphilus his versibus Sapphicis. Lygde, q forma superas Cynœdũ, Nobilẽ, pulchrũ, tenerũ, pteruũ, Qui sacro pbet mãib⁹ tonãti Nectar eburnis. Lygde, q vincis nitidis ocellis, Qui miser disco cecidit cruẽto, Quẽ ferox syluis aper ĩ iugosis Dẽte pemit.

79 ¶ Laodomia. Catullus. Quo tibi cum casu pulcherrima Laodomia.

80 ¶ Lais Corinthia meretrix fuit speciosissima. Ouid. Li. 1. Eleg. Qualiter in thalamos formosa Semiramis isse. Dicitur, & multis Lais amata viris.

81 ¶ Lycoris Cor. Galli amasia. Martia. Li. 6. Fœmina pferri potuit tibi nulla Lycori. Propertius Lib. 1. Et mõ formosa quã multa Lycoride Gall⁹ Mortu⁹ inferna vulnera lauit aqua.

82 ¶ Musæ⁹ poeta formã Leãdri pueri ex Abydo (q Hero puellã adamauit, & ab ea redamat⁹ ẽ) multis laudib⁹ cõmẽdat.

83 ¶ Lucretiæ formam tanti fecerunt Romani, vt eã suis monumentis vbique celebrauerint, & vindicauerint à mortalitate, nec solum ob eximiam pulchritudinem, verũ etiam ob castitatem, pro vim tarquinii gladio sit vlta.

84 ¶ Lycaste Priami filia tantæ fuit pulchritudinis, vt Polydamas Antenoris ex Theano Hecubæ sorore filius, illam ex concubina vxorẽ sibi copulauerit, Fuit & alia Lycaste, quæ ob pulchritudinem Venus vocabatur.

85 ¶ Lamia authore Plutarcho puella fuit speciosissima à Demetrio adamata, quæ & tibiis optimè cecinisse dr. Hæc pcanẽdi modulãdique suauitate gratiã sibi apud oẽs pauit.

86 ¶ Ligurinus Horatii fuit amasius forma itidẽ excellẽte, vt ipsius poetæ testimonio cõstat. Idẽ quoque Lycum celebrat dicens. Et Lycũ nigris oculis nigroque Crine decorum.

87 ℭLæda. Stroza filius Formosę meruit quo Iuppiter oscu la Lædæ.
88 ℭMaia Atlãtis filia. Ouid. lib. 5. Fast. Quatum Maia suas forma supasse sorores Tradit, & summo cõcubuisse Ioui.
89 ℭTibullus Marathi amasii sui formã versibus cõmẽdat.
90 ℭMagnes Smyrneus fuit adolescens oĩum sui sęculi pul cherrimus, cũctisq; ꝓpterea gratissimus, sed maxime Gy/ gi Lydorum regi. Quod ferentes ægre parentes, capillos ei totonderunt, vt aliqd de pulchritudine minueret. Indĩ gnatus verò Gyges, bellum mouit in Magnesios.
91 ℭNarcissus filius fuit Cephisi, & Lyriopes, à multis Nym phis ob pulchritudinẽ amat⁹, cui⁹ desiderio quũ Nymphę ipsæ intabescerẽt, mutat⁹ est in florẽ sui noĩs. Virg. in Bata rii. Nõ illinc Narcissus abest, cui gloria formæ Igne cupi/ dineo ꝓprios exarsit in artus. Ouid. lib. 3. Meta. Multi illũ iuuenes, multæ cupiere puellæ. Sed fuit in tenera tã dura sũpbia forma. Nulli illum iuuenes, nullæ tetigere puellæ. Stroza pater. Qd' si me facies, qualẽ Narcissus habebat.
92 ℭNisus Megarẽsiũ rex ob pulchritudinẽ capillos aureos ferẽ habuisse Tibull⁹ li. 1. Carmine purpurea ẽ Nisi coma.
93 ℭNireus fili⁹ Caropi & Alagiæ, puer fuit è Naxo admo/ dũ speciosus, cuius formã Homerus suis carminib⁹ digna/ tus est. Horatius li. 3. Car. Qualis aut nireus fuit, aut aquo/ sa Rapt⁹ ab Ida. Idẽ in Epodo. Formaq; vincas Nirea. Ouĩ dius li. 4. de Ponto. Tam mala Thersitẽ ꝓhibebat forma la tere, Quàm pulchra Nireus cõspiciẽdus erat. Propertius lib. 3. Nirea nõ facies, nõ vis exemit Achillem. Pontanus lib. 3. de Stellis. Nirea sic perhibent, & amatum à vate Ba/ thillum Pactum oculis, fusumq; coma, roseumq; labellis. Bapt. Pius. Nirea diuinũ facit immortalis Homerus.
94 ℭNearchi formã cõmendat Horatius lib. 3. Car. Ode. 30. vbi ait Ferẽ & leui recreare vẽto Sparsum odoratis hume ris capillũ. Qualis aut Nire⁹ fuit, aut aquosa Rapt⁹ Ab Ida.
95 ℭOmphale regina Lydorum fuit facie adeò pſtanti, vt ei se submiserit Hercules. Propertius lib. 3. Omphale in tantum formæ processit honorem, Lydia Gygæo tincta puella lacu, Vt qui pacato statuisset in orbe columnas,

Tam dura traheret mollia pensa manu.

96 ℂDe Pyramo & Thysbe Ouid.lib.4. Meta. Pyramus & Thysbe iuuenum pulcherrimus alter, Altera(quas Oriẽs habuit)prelata puellis Cõtiguas habuere domos.

97 ℂFuit & formosus Paris dicente Ouidio Dux pari Príamide damno formose tuorum.

98 ℂHoīum pulcherrimū fuisse pdicāt Phaona, quẽ inter lactucas occultarit Ven⁹. Dicūtq; oblatū eidẽ ab ipsa Venere alabastrū vnguẽti, quo quū se obliuisset, factus est omniū formosissimus, ꝓptereaq; adamat⁹ à Mytilenæoꝝ mulieribus sed maxime à Sappho poetria Scamandronymi filia. Eius formā Ouidius sic describit. Hūc ne ꝑ Cephalo rapeіres aurora timebam, Et faceres, sed te prima rapina tenet. Hūc si cōspiciat, q̄ cōspicit oīa Phœbe, Iussus erit somnos ꝯtinuare Phaon. Hūc ven⁹ in cœlū curru vexisset eburno, Sed videt & Marti posse placere suo. Huc ades, inq̄ sinus formose relabere nr̄os, Nō vt ames oro, sed ꝙ amare sinas.

99 ℂPhœdrus Eliensis Socrati Platoniq; familiaris, à dn̄o Lænone (dictu infandū) ob excellẽtẽ formā coactus est se prostituere, suoq; corpore quæstum facere.

100 ℂPlutachus in Lucullo scribit Preciam quandā fuisse in vrbe Roma fœminam venustate formæ nulli secundam, quæ sua pulchritudine Cethegum sibi deuinxerit adeò, vt nihil probaret Cethego, quod Precia nō iussisset,

101 ℂPartenopæum Meleagri, & Atalantæ filiū, seu(vt aliis placet) Martis & menalippes, forma fuisse liberali scribit Statius. Pulchrior haud illi triste ad discrimẽ ituro Frons fuit in sylvis, qualis iam Casside missa Partenopæus erat. Bap. Pius. Nirea diuinum facit immortalis Homerus. Arcadāq; impubem Partenopæa Lyra.

102 ℂPāthea vxor fuit Abradatę viri nobilis apud Persas, quā Cyrus expugnatis assyrioꝝ castris duxerat captiuā. Abradata aūt absente, & apud Bactrianos legatū agẽte Araspæ Mœdo seruādā tradita est, q apud Cyrū affirmauit nondū esse ortā, aut oīno inuentam tota Asia pulchriorem,

103 ℂPsāmniticus rex Aegypti Rhodopẽ meretricẽ ob pulchritudinem matrimonio sibi iunxit.

104 ¶ Magnus Alexāder totius ꝑpè Orientis victor & ĩperator, Rhoxanam Satrapis barbari filiā mr̄imonio sibi iūnxit ob solā eius pulchritudinē. Vnde Curtius. Barbara inqt opulētia cōuiuiū (quo regem accipiebat) instruxerat, Id quū multa comitate celebraret, introduci triginta nobiles virgines iussit. Inter quas erat filia ipsi⁹ Roxane noīe eximia corporis specie, & decore. Quæ q̄q̄ inter electas ꝓcesserat, oīum tñ oculos cōuertit in se, maximè Regis, minus iā cupiditatibus ĩperātis ĩter obsequia fortunæ, cōtra quā nō satis cauta mortalitas est. Itaq; ille q vxorē Darii, q duas filias virgines, qbus forma ꝑter Rhoxanē cōparari nulla poterat, aut alio aīo q̄ parētes aspexerat, tūc ĩ amore virgūculæ ita effusus est, vt diceret ad stabiliēdū regnū ꝑtinere Persas, & Macedones cōnubio iungi. Hactenus Curtius.

105 ¶ Q. Catullus poeta Epigrāmaticus formā Roscii pueri Amasii sui his versibus celebrat. Cōstiterā exoriētē Auroram fortè salutans, Quum subito à leua Roscius exoritur. Pace mihi liceat cœlestes dicere vestra, Mortalis visus pulchrior esse deo.

106 ¶ Serranus. Virg. lib. ix. Et iuuenem Serranū, illa qui plurima nocte Luserat insignis facie.

107 ¶ Sulpitię formā cōmendat Tibullus lib. iiii. dicens.

Illius ex oculis quum vult exurere diuos,
  Accendit geminas lampadas acer amor.
Illam quicquid agit, quoquo vestigia mouit,
  Componit furtim, subsequiturq; decor.
Seu soluit crines, fusis decet esse capillis.
  Seu compsit, comptis est veneranda comis.
Vrit, seu Tyria voluit procedere palla,
  Vrit, seu niuea candida veste venit.

108 ¶ Fuit ēt in Semiramide eximia pulchritudo, & facies imperio digna. Vnde & mortuo marito Persis ĩperauit vsq; ad prouectam filii ætatem. Ouidius lib. i. Eleg. Qualiter in thalamos formosa Semiramis isse Dicitur.

109 ¶ Spurina fuit egregius adolescēs, qui quū fœminas virosq; ad libidinē solo decoro aspectu prouocaret, pulchritudinē oris sponte vulneribus deformauit. Val. Max.

110 ℭSisigambis vxor Darii nulli suæ ætatis fœminę pulchritudine cessit teste Curtio. Quam tamen victo Dario Alexander non solum non violauit, sed & summam adhibuit curam, ne quis captiuo corpori illuderet.

Scipio. 111 ℭScribit Gellius Scipionē cognomento Demetriū apud Romanos forma fuisse amabili & elegante.

112 ℭSaxo Grāmaticus li.8. Danicæ Historię scribit Suauildā reginā tantę fuisse pulchritudinis, vt quum vincta liris exposita eēt eqnis calcibꝰ obterēda, ipsis q̄q; iumētis horrori fuerit artꝰ eximio decore p̄ditos sordidis lacerare vestigiis.

113 ℭTurnum à forma plerisq; in locis cōmēdat Virgilius. vt lib. vii. Petit ante alios pulcherrimus omnes Turnus auis, atauisq; potens. Item. Ipse inter primos pręstanti corpore Turnus Vertitꝰ arma tenens, & toto vertice supra est.

114 ℭTysbe amasia Priami. Oui. li.4. Me. Pyramus & Tysbe iuuenum pulcherrimus alter, Altera (quas Oriēs habuit) prælata puellis.

115 ℭFerunt Albium Tibullum poetam Elegiographum corporis forma admodum præstanti fuisse. Vnde Horatius de eo loquens. Non tu corpus eras sine pectore, Dii tibi formam, Dii tibi diuitias dederant.

116 ℭThetidem deam maris poetæ niueam & formosam faciunt, ꝙ perpetuis aquis abluatur. Catullus. Te ne Thetis tenuit pulcherrima Neptunine.

117 ℭPaulus Diaconus scribit Theodotē puellā genere Romanam forma fuisse cōspicua & mirabili, flauis ꝓmissisq; capillis ad pedes vsq; pendentibus, eaq; pulchritudine inescatum, Cunibertum regē amore puellæ exarsisse.

118 ℭTyro puella Salmonei filia ob formā Neptuno adamata est. De hac Proper. lib. ii. Vobiscū est Ioppe, vobiscum cādida Tyro. Bap. Pius. Carmine cōspicua est Tyro pegasæa puella. Idē. Est Helene formosa illic, est cādida Tyro.

119 ℭViolātillam Stellæ poetæ vxorē multis verbis cōmēdat Statius li.i. Syl. Sed maximè vbi Venerē sic inducit loquētem. Hāc ego formę Egregiū mirata decus, cui gloria patrum. Et generis certabat honos, tellure cadentē. Excepi, fouiq; sinu, nec colla genasq; Comere, nec pingui crinem

deducere amomo Cessauit mea nate manus, mihi dulcis imago Prosiluit. celsę procul aspice frontis honores, Suggestumq; comę, Latias metire quid vltra emineat matres, quātū Latonia Nymphas Virgo pręit, quārumq; egomet Nereidas exto. Idem pauloposť. At tu pulcherrima forma Italidum tandē merito possessa marito.

110 ℂHabuit Xerses in exercitu. 68. Myriades, quæ ratio habet bis & quinquagies centū octoginta tria milia hoīum. Herodotus tū scribit in tanto mortaliū numero neminem fuisse pulchriorem rege ipso, aut proceriore statura.

111 ℂSunt alii per multi pueri, & puellæ, in quibus elegans fuisse pulchritudo memoratur, vt Pyramus, Pelops, Idas, Castor, Pollux, Iason, Artaxerxes, Cyrus, Troilus, Patroclus, Hymen. Ex fœminis Pasiphae, Ariadne, Berenice, Hermione, Briseis, Penelope, Deidamia, Ersilia vxor Romuli, Hero, Virginia, Anaxerete, Antigone, Arachne, Arethusa, Arsinoe, Polixena, Pelagia, Lycaste, Iocasta, Hecuba, Cassandra, Hesperie, Cleopatra, Chœlia, Ilia, Sibyllæ, Vestales, Heroinæ, & aliæ propē infinitæ. Quas qui scire volet, Authores reuoluat. Stroza pater Libro Sexto Eroticon de quibusdam sic meminit.

Talis erat virgo Ceneia, talis & altum
  Per mare dictæo vecta puella boue.
Talis erat fului decepta cupidine nimbi.
  Et quam sub falso lusit olore deus.
Talis erat vatum Omphale celeberrima cantu,
  Talis & idæo rapta Lacæna proco.

ℂItem Pamphilus.

Oebalides, Cyparissus, Hylas, Dyadumenus, Atys.
  Phryx puer, & ficto Parthenopæus equo.
Cuius & in gremio posuit miserabilis ora,
  Quum Stygiæ vates iret ad antra domus.

112 ℂHelenæ forma poetis oībus cantatissima laudem meruisset maximam, nisi ea Troiæ ruinam belliq; decennalis causam attulisset. At nemo est, cui non sit odio, quū tantæ cladis & calamitatis venit in mentem. Paris apud Ouidium formam illam Veneri comparat. dicens. His similes

110 ¶ Sisigambis vxor Darii nulli suæ ætatis fœminę pulchritudine cessit teste Curtio. Quam tamen victo Dario Alexander non solum non violauit, sed & summam adhibuit curam, ne quis captiuo corpori illuderet.

Scipio. 111 ¶ Scribit Gellius Scipionē cognomento Demetriū apud Romanos forma fuisse amabili & elegante.

112 ¶ Saxo Grāmaticus li. 8. Danicæ Historię scribit Suauildā reginā tantę fuisse pulchritudinis, vt quum vincta liris exposita eēt eqnis calcib⁹ obterēda, ipsis q̄q; iumētis horrori fuerit art⁹ eximio decore p̄ditos sordidis lacerare vestigiis.

113 ¶ Turnum à forma plerisq; in locis cōmēdat Virgilius. vt lib. vii. Petit ante alios pulcherrimus omnes Turnus auis, atauisq; potens. Item. Ipse inter primos pręstanti corpore Turnus Vertit arma tenens, & toto vertice supra est.

114 ¶ Tysbe amasia Priami. Oui. li. 4. Me. Pyramus & Tysbe iuuenum pulcherrimus alter, Altera (quas Oriēs habuit) prælata puellis.

115 ¶ Ferunt Albium Tibullum poetam Elegiographum corporis forma admodum præstanti fuisse. Vnde Horatius de eo loquens. Non tu corpus eras sine pectore, Dii tibi formam, Dii tibi diuitias dederant.

116 ¶ Thetidem deam maris poetæ niueam & formosam faciunt, q̄ perpetuis aquis abluatur. Catullus. Te ne Thetis tenuit pulcherrima Neptunine.

117 ¶ Paulus Diaconus scribit Theodotē puellā genere Romanam forma fuisse cōspicua & mirabili, flauis p̄missisq; capillis ad pedes vsq; pendentibus, eaq; pulchritudine in escatum Cunibertum regē amore puellæ exarsisse.

118 ¶ Tyro puella Salmonei filia ob formā Neptuno adamata est. De hac Proper. lib. ii. Vobiscū est Ioppe, vobiscum cādida Tyro. Bap. Pius. Carmine cōspicua est Tyro pegasæa puella. Idē. Est Helene formosa illic, est cādida Tyro.

119 ¶ Violātillam Stellæ poetæ vxorē multis verbis cōmēdat Statius li. i. Syl. Sed maximè vbi Venerē sic inducit loquētem. Hāc ego formę Egregiū mirata decus, cui gloria patrum. Et generis certabat honos, tellure cadentē. Excepi, fouiq; sinu, nec colla genasq; Comere, nec pingui crinem

deducere amomo Cessauit mea nate manus, mihi dulcis imago Prosiluit.celsç procul aspice frontis honores, Suggestumq; comç, Latias metire quid vltra emineat matres, quãtũ Latonia Nymphas Virgo prçit, quãtumq; egomet Nereidas exto. Idem paulopost. At tu pulcherrima forma Italidum tandẽ merito possessa marito.

110 ¶Habuit Xerses in exercitu. 68. Myriades, quæ ratio habet bis & quinquagies centũ octoginta tria milia hoĩum. Herodotus tñ scribit in tanto mortaliũ numero neminem fuisse pulchriorem rege ipso, aut procériore statura. Myrias.

111 ¶Sunt alii per multi pueri, & puellæ, in quibus elegans fuisse pulchritudo memoratur, vt Pyramus, Pelops, Idas, Castor, Pollux, Iason, Artaxerxes, Cyrus, Troilus, Patroclus, Hymen. Ex fœminis Pasiphae, Ariadne, Berenice, Hermione, Briseis, Penelope, Deidamia, Ersilia vxor Romuli, Hero, Virginia, Anaxerete, Antigone, Arachne, Arethusa, Arsinoe, Polixena, Pelagia, Lycaste, Iocasta, Hecuba, Cassandra, Hesperie, Cleopatra, Chœlia, Ilia, Sibyllæ, Vestales, Heroinæ, & aliæ propè infinitæ. Quas qui scire volet, Authores reuoluat. Stroza pater Libro Sexto Eroticon de quibusdam sic meminit.

Talis erat virgo Cencia, talis & altum
Per mare dictæo vecta puella boue.
Talis erat fului decepta cupidine nimbi.
Et quam sub falso lusit olore deus.
Talis erat vatum Omphale celeberrima cantu,
Talis & idæo rapta Lacæna proco.

¶Item Pamphilus.

Oebalides, Cyparissus, Hylas, Dyadumenus, Atys.
Phryx puer, & ficto Parthenopæus equo.
Cuius & in gremio posuit miserabilis ora,
Qũum Stygiæ vates iret ad antra domus.

112 ¶Helenæ forma poetis oĩbus cantatissima laudem meruisset maximam, nisi ea Troiæ ruinam bellíq; decennalis causam attulisset. At nemo est, cui non sit odio, quũ tantæ cladis & calamitatis venit in mentem. Paris apud Ouidium formam illam Veneri comparat. dicens. His similes

vultus (quātū reminiſcor) habebat, Venit in arbitriū, quū Citheræa meum. Si tu veniſſes pariter certamē in illud, In dubium Veneris palma futura fuit, Magna qdem de te rumor præconia fecit, Nullaq́ꝫ de facie neſcia terra tua eſt. Nec tibi ꝑ totā Phrygiam nec Solis ab ortu Inter formoſas altera nomē habet. Credis & hoc nobis, minor eſt tua gloria vero, Famaq́ꝫ de forma penè maligna tua eſt. Propertius Lib. ii. Poſt Helenā hęc terris forma ſecunda redit, Digna qdem facies, ꝓ qua vel obiret Achilles, vel Priam᷒ Belli cauſa ꝓbāda fuit. Pamphilus Cui modo cędebat formoſo Tyndaris ore. Baptiſt. Pius. Carmine formoſa eſt Cycno generata lacæna, Qua quondam in cineres Troia ſuperba ruit. Iſocrates orationem ſeripſit de laudibus Helenæ, vbi cumulatiſſimè formam eius cōmendat.

¶ Damiſella Textoris.

FLoricomo qd adhuc Damiſella quieſcis in horto?
Et roſeum pubens occulit herba caput?
Egredere, atq; animos populoſi paſce theatri,
Vt Phrygias taceat publica fama deas.
Fatiloquis aufer palmam, preciumq́ꝫ Sibyllis.
Liuor erit formæ buccina magna tuæ.
Nec timeas, quòd ſis in agro generata nucoſo,
Terra vbi fructifero ſurgit aprica iugo,
Namq; tibi ſimilem nullus parit angulus orbis,
Pulchrior, & nulla viuit in vrbe Venus,
Præterea nunquid Dryades in mōtibus altis,
Nunquid in herbifero viuit Oreas agro?
Quid fuit Hippolyto, quid Apolline pulchrius? aut quid
Candidius nato Myrrha decora tuo?
His placuere tamen ſyluæ, monteſq; ſupini,
Et placuit violis luxurioſius ager.
Vrbanas alii mirentur, amentq́ꝫ puellas,
Tu mihi præ cunctis o Damiſella places.
Sic inquam Damiſella places, vt ſordeat illa,
Quam pepererit gelido lucida concha mari.
Et iaculatricis cultuſq; decorq́ꝫ Dianæ.
Atq; cerebrigenæ forma venuſta deæ.

His

His oculis si quando tuos contemplor ocellos,
Has mihi qui venas acrius igne coquunt.
Cycnigenam præ te iuro nihil esse puellam,
Qua Danais cecidit Troia superba rogis.
Vror,& in modicas soluit me flamma fauillas,
Atq; animo vires deficiente cadunt.
Nec solum tantus vigilem me concremat æstus,
Lampade sopitum me quoq; torret amor.
Nam mihi dum thalamo comes esse videris eodem,
Aethereo nollem proximus esse Ioui.
Multa quidem in tenero surgunt tunc gaudia somno,
Felicemq; malus me facit esse sopor.
Verum ego quum falsa delusus imagine surgo,
Et somni video spem cecidisse mei,
Quas ego tunc lachrimas,& quæ suspiria mitto,
Maximus ex oculo riuus vtroq; fluit.
Vis dicam Damisella,thimo mihi dulcior Hyblæ,
Suauior atq; tuo terra Cilissa croco.
Non ita flammifera Briareus torretur in Aetna,
Vt tua me facies,vt tua forma coquit.
Tu siquidem Graiæ speciosior ansere Lædæ
Pulchrior es prima candidiorq; niue,
Blanda tibi ceruix fragat,quod & Attica cæra,
Et quod virginea lilia secta manu.
Leuior est tibi frons detrita in littore concha,
Pulchrior & cycnis vnda Caystra tuis.
Si talem in vinclis Venerem Gradiue teneres,
Plus tibi q̃ cœlum vincula grata forent,
Sed quem non faciunt gemipomæ ardere papillæ,
Rugosa q̃uis fronte Catonis eat?
Quas ego quum video,Clibitinam afferte ministri)
Mammarum intuitus me facit exanimem.
Ergo breuem exangui si fudero corpore vitam,
Hoc habeat carmen,qui teget ossa,lapis.
Non iaculis,nec aquis periit,bibitoq; veneno,
Quem breuis angusto contegit vrna loco,
Hunc tu pomasa fecisti ardere papilla

Acrior Oetheis o Damisella rogis.
Cætera quid. memorem venerandæ insignia formæ?
Sunt tibi quos crines vellet habere Venus,
Inq; genis ardet rubri tibi flamma pyropi,
Mollior Hyblæis est tua lingua rosis.
Quis tam formoso nollet sub corpore fulcrum,
Aut (per quem incedit pes tuus) esse lapis?
O quoties volui mutato vt corpore pulex
In thalamo fierem te recubante tuo.
Ipse tuis oculis (quum vult exurere diuos)
Accendit faculas deliciosus amor.
Dum loqueris, sedet in tenero tibi suada labello
Cecropiis vngens omnia verba fauis.
Dum rides, lepido tanta est tibi gratia risu,
Iratum vt facias ponere tela Iouem.
Dum varias lepidis imples concentibus auras,
Auriti veniunt ad tua verba dei.
Est in fœmineo virtus tibi mascula sexu.
Quid sibi Saturni filia maius habet?
Nec minor est forma morum præsignis honestas,
Qua potes Argolicam vincere Penelopen.
Tota deo incumbens, mitis, simplex, sine fastu,
Sermone atq; ipso tota pudica thoro.
Tam tua te virtus, quàm regia forma venustat.
Quicquid agis, cœlum totaq; terra probant.
Ah caueas, ne (dum Nucerino ludis in agro)
Te premat ignoti subdola forma dei.
Fecit olorinæ Lædam succumbere pennæ,
Quem timet astriferi machina tota poli.
Et Danaen lusit fictum mutatus in aurum,
In taurum Europen, in Satyrum Asterien.
Te quoq; (ni caueas) eludet Imagine falsa,
Vrit enim summos hæc tua forma deos.
Vrit, & ipse suo Neptunus in æquore feruet,
Teq; cupit Nymphis præposuisse suis.
Nomine cur ficto Damisellam te voco? fallor,
Verus amor nomen dissimulare nequit.

Nysia nomen habes, q Nysum & Nirea vincas,
Q d'q; tibi flaua cedat vterq; coma.
Nulla tulit similem, ventura nec afferet ætas,
Quam tibi præponat, non habet aula Iouis.

¶Deformes.

1 Brotheus	7 Galba	13 Philenis
2 Hipponax	8 Epicteus	14 Vetustina.
3 Corytheus	9 Hermippus	15 Gellia.
4 Thersites	10 Colomanus	16 Zoil⁹ Martialis.
5 Damon	11 Polyphemus	17 Socrates
6 Aesopus	12 Vulcanus'	18 Alii pleriq;.

1 Rotheus Vulcani & Mineruæ filius deformi facie dicit fuisse, Ob quā dū plerisq; esset ridiculus, ai dolore se i rogū cōiecit, teste Ouidio in Ibin, Quodq; ferūt Brotheū fecisse cupidie mortis, Des tua succēsæ mēbra cremāda pyrę.

2 ¶Hipponactis poetæ iambographi deformitatem suis tabulis expresserunt Bubalus & Anterinus pictores, eamq; imaginem, q notabili esset vultus fœditate, pposuere in ridentiū circulis magno suo malo. Indignatus enim Hipponax vtriūq; suis Satyris tanto retalliauit fœnore, vt ābo laqueo se præfocauerint.

3 ¶Aiunt & Corytheū quēpiā fuisse hoīem notissimæ deformitatis, qui'q; liberos susceperit patrē infelicissima forma referētes. Vnde fluxit adagiū. Corytheo deformior. Prouerbium

4 ¶Homerus scribit Thersiten omnium (qui ad Troiam venerunt) fœdissimum fuisse, totumq; hominem à capite ad pedes ita graphice depingit, & corporis vicia & animi morbos, vt dicas pessimum ingenium in domicilio se digno habitasse, inquit Erasmus. Vnde adagium. Thersitæ facies. Ouidius Lib, 4. de Ponto. Tam mala Thersiten prohibebat forma latere, Quàm pulchra Nireus conspiciendus erat. Prouerbium

5 ¶Damon fuit pędotriba quispiam insigni claudītate deformis, q quum crepidas retortis suis pedibus congruentes furto amisisset, imprecatus est, vt eius pedibus conuenirent, qui surripuisset. Author Cælius.

6 ¶ Ferunt Aesopum è Phrygia fabulatorem oīum quoq; turpissimum extitisse. Fuit enim nigerrimus, vnde illi datum nomen. Nam Aesopus & Aethiops idem ferè significant. Corpore præterea gibbosus, verū ingenio (quo deformitatem illam pensauit natura) clarissimus.

7 ¶ Galbæ imperatori corpus fuit gibbo deforme, Authore Macrobio.

8 ¶ Epictetus verò philosophus fuit claudus. Vnde & hoc distichon à Macrobio positum. Seruus Epictetus genitus sum, corpore claudus, Pauptate Irus, diis & amicus ego.

9 ¶ Hermippus poeta fuit Atheniēsis, Altero captus oculo.

10 ¶ Colomanus rex Pānoniorū post Ladislaū dr̄ fuisse ore improbo, luscus, claudus, gibbosus, & lingua blesus.

11 ¶ Virgilius scribit Polyphemū Cyclopē Siculū fuisse monoculum, vbi ait. Et telo lumē terebramus acuto, Ingens quod torua solum sub fronte gerebat. Idem. Monstrum horrendum, informe, ingens, cui lumen ademptum.

12 ¶ Poetæ quoq; fabulantur Vulcanū claudū fuisse, ac toto deformē corpore, dicuntq; ppterea parētes infanti nō risisse, suoq; cubili admisisse. Virg. Incipe parue puer cui nō risere parentes, Nec deus hunc mensa, dea nec dignata cubili est. Ouidius Lib. 2. Eleg. Vulcano Venerē, quis incude relicta Turpiter obliquo claudicet ille pede.

13 ¶ Martialis Philenem puellā luscā fuisse, & altero lippā oculo videt innuere Lib. 1. vbi ait. Oculo Philenis semp altero plorat, Quo fiat istud quæritis modo? Lusca est. Itē Lib. 2. Cur non basio te Phileni? calua es. Cur non basio te Phileni? ruffa es. Cur nō basio te Phileni? Lusca es.

14 ¶ Idē Author Lib. 3. ait Vetustinam tres habere dētes, tres capillos, pectus Cicadæ, crus formicę, Rugosam frontem, māmas aranearū cassibus pares, os rictibus crocodili simile, cantum Ranarū & culicum, noctuæ visum, hirci fœtorem, & plerasq; alias deformitatis inhonestas notas.

15 ¶ Olim creditū est eos septē diebus formosos fore, qui leporem esitassent, Propterea Idē Martialis Gellię deformitati illudēs, ait eā nunq̄ esitasse leporē, his verbis.

Quum leporem mittis, semper mihi Gellia mandas,

Septem formosus Marce diebus eris,
Si verum dicis, si verum Gellia mandas,
Edisti nunq̃ Gellia tu leporem.

16 ¶Idẽ Martialis Li. 12. Zoili sui deformitatẽ sic depingit. Zoilus
Crine ruber, niger ore, breuis pede, lumine læsus,
Rẽ magnam præstas zoile si bonus es.

17 ¶Aiunt Socratẽ phm fuisse simis naribus, recalua fronte, pilosis hũeris, & repãdis crurib⁹. Propterea quũ duę vxores Xantippe, & Myrtho zelotypia quadã ĩ cõtentiões venirẽt, illis iter se iurgantibus dicebat. Quid pp me iurgia simul exercetis, quẽ adeò deformẽ peperit natura?

18 ¶Afferunt & alia de forma phoꝝ. Zeusipp⁹ dr̃ fuisse ceruice curua, Arat⁹ pãda, Zeno fronte cõtracta, Epicur⁹ cute distẽta, Diogenes barba comãte, Socrates cadẽte, Aristoteles brachio exerto, Xenocrates crure collecto, Heraclit⁹ oculis fletu clausis, Democrit⁹ labris risu aptis, Crisipp⁹ digitis pp numeroꝝ ĩdicia ꝯstrictis, Euclides pp mẽsurarum spacia laxatis, Cleãthes pp vtrũq; corrosis. Author Sidonius Li. 9. Zenosippus. Aratus. Diogenes. Xenocrates. Democritus. Euclides. Cleanthes.

¶Amasii deoꝝ & hominum.

1 Ganymedes Iouis	18 Hippolytus asinii Galli
2 Endymion Lunæ	19 Testylus voconii
3 Hylas, & Abderus Herculis	20 Ligurin⁹, & Lycist⁹ Hora.
	21 Roscius, & Theotimus Q. Catuli
4 Hyacinthus Apollinis	
5 Branchus Apollinis	22 Agathon Euripidis
6 Ampelos Bacchi	23 Philinus Arati
7 Adonis Veneris	24 Iuuencius Catulli
8 Cephal⁹ & Tithon⁹ Auroræ	25 Antinous Adriani
9 Atys Cybeles	26 Argilius Pausaniæ
10 Hippolytus Dianæ	27 Agathon Platonis
11 Pindarus Panos	28 Theseus Minois
12 Amazonicus Val.	29 Chrisippus Laii
13 Cherinthus Tibulli	30 Magnes Smyrnę⁹ Gygis
14 Lygdus Pãphili Saxi	31 Armodi⁹ Aristogitonis
15 Bathyllus Anacreontis	32 Philocles Epicuri
16 Lycus Alcæi	33 Aufilen⁹ Cœlii Veronẽsis
17 Mystes Valgii	34 Alii nonnulli.

Forma

FOrma est quoddam amoris illectamentum, quo nullũ aliud magis efficax venenum ad irritandam venerem dari queat. Vrit enim nõ solũ tactu, sed ipso quoq; intuitu, & venas incendio quodã populat. Quo qui laborant, sic miseri pereunt, vt oés alias recusent, & auersent voluptates. Nunc ergo (qm̃ prius locutus sum de formosis) subiũgam liberalis formæ pueros, quorum pulchritudo deos ipsos nedum homines irretiuit.

1 ℭ Ganymedem in primis fabulant poetæ Iouis esse amasium, quẽ ob formã Aquila pedibus in Ida corripuerit, & in cœlũ euexerit. Virg. Quẽ præpes ab Ida sublimẽ pedibus rapuit Iouis armiger vncis. Ouidius lib. 10. Rex superum quondã Phrygii Ganymedis amore Arsit. Et paulo post loquens de Aquila. Arripit Iliadem, qui nunc quoq; pocula miscet Inuitaq; Ioui nectar Iunone ministrat.

2 ℭ Endymionem formosum pastorem Luna fert adamasse, adeò vt cœlo relicto in montẽ Lathmium eius osculandi grã plerũq; descenderit. Ouidius li. 3. de Arte. Lathmius Endymion nõ est tibi Luna pudori. Propertius lib. 2. Nudus & Endymion Phœbi cepisse sororẽ Dicitur, & nudæ concubuisse deæ. Stroza. Abstulit Endymion tenera Latoida forma, Dũ patrio niueas monte reducit oues. Pontanus lib. 1. de Stellis. Sed q̃q̃ properare viam timet, Ipsa relicto Aethere (cogit amor) per amici deuia Lathmi Furtim saxa petit complexus inter amatos Attrectare suis tenerum Endymiona Lacertis.

3 ℭ Hylam Thiodamantis filiũ adamauit Hercules, secũq; duxit cũ Argonautis. Vbi quum aquas hauriens puer vrnę pondere fuisset demersus multis clamoribus ab ipso Hercule cõuocatus est. Hinc natũ adagiũ. Hylam vocare. Val. Flac. li. 3. Arg. Rursus Hylã & rursus Hylã p lõga reclamat auia, respondant syluæ, & vaga certat imago. Propertius li. 2. Tãdẽ haurire parat demissis flumina palmis, Innixus dextro colla trahẽs humero, Cui⁹ vt accensę Dryades candore puellæ Miratę solitos destituere choros, Prolapsum leuiter facili traxere liquore, Tũ sonitũ rapto corpe fecit Hylas, Cui pcul Alcides iterat responsa, sed illi Nomẽ ab

Prouerbiũ

extremis fontibus aura refert. Bapt. Pius. Pyritoum Theseus, iuuenis Phocæus Orestem, Falsiparens genitũ Thyo damante deus. Politianus. Sed suus Alcidæ pocula miscet Hylas. Euristheum item Herculis delitias fuisse testis est Diotimus apud Cælium.

4 ¶ Adamauit etiam Hercules Abderum puerulum, nõ minori, q̃ Hylam affectu.

5 ¶ Hyacinthus Apollinis fuit amasius. Ouidius lib. 10. Te quoq; Amyclide posuisset in æthere Phœbus, Tristia ponendi tempus si fata dedissent, Pamphilus. Hãc premis, & veluti tenerum formosus Apollo Oebalidẽ puerũ Iuppiter Iliacũ. Plinius li. 2. Hyacinthũ comitatꝛ fabula duplex, Luctum præferens eius, quem Apollo dilexerat.

6 ¶ Adamauit ẽt Apollo Branchũ puerũ Thessalum, quem mortuũ suis tẽplis sacrũ hr̃i voluit. Itẽ Daphnẽ puellã, Penei fluminis filiã, quã fugiãtẽ in laurũ ɔuertit, Mantuanꝰ. Quot studuit verbis Daphnẽ facundus Apollo Flectere.

7 ¶ Ampelos puer speciosus Baccho adamatus est. Ouidiꝰ lib. 3. Fast. Ampelon intonsum Satyro Nymphaq; creatũ Fertur in Ismariis Bacchus amasse iugis.

8 ¶ Adonis Cynaræ ex Myrrha filius Veneri fuit charissimus. Oui. lib. 1. de Arte. Necte prætereat veneri ploratus Adonis. Propertius lib. 2. Testis qui niueũ quondã pcussit Adonim, Venantẽ idalio vertice durus aper. Illis formosum fleuisse paludibꝰ, illuc Diceris effusa tu Venus isse coma. Pontanꝰ li. 1. de Stellis. Nec deploratũ Veneri linquamus Adonim. Venantẽ quẽ durus aper sub dente peredit.

9 ¶ Cephalus & Tithonus clarissimi fuerũt Auroræ. De Cephalo, Ouidius lib. 3. de Arte. Lathmius Endymion non est tibi Luna pudori, Nec Cephalus roseæ prẹda pudenda deæ. Stroza filius, Supprime lora precor, sic à seniore marito In tenero Cephali suscipiare sinu. Ouidius in Episto. Sapphus ad Phaonem. Hunc ne pro Cephalo raperes Aurora timebam. De Tithono. Stroza pater. Inuidisse deos perhibent, quum mollia cano Oscula Tithono culta puella daret. Propertius libro secundo. At non Tithoni spernens Aurora senectam Desertum Eoa passa;

iacere domo est. Illũ sępe suis decedẽs fouit ĩ vlnis, Quàm prius adiũctos sedula lauit equos. Itẽ. Cũ sene non puduit talẽ dormire puellam, Et canæ toties oscula ferre comæ.

10 ¶ Athys puer Phrygius Cybeles fuit amasius. Catullus. Tenerum vidit Athyn prope marmor pelagi, Facit ipetũ ille demens fugit in marmora fera. Ibi semper oẽ vitę spaciũ famula fuit. Ouidius lib. 10. Hirsuto vertice pinus Grata deum matri, siquidem Cybeleius Athys Exuit hac hominem, truncoq; induruit illo.

11 ¶ Amauit Hippolytum Diana quum ob formam, tum raram in forma castitatem.

¶ Pindari poetę eiusq; carminum amatorem fuisse Pana fabulant̃. Author Plutarchus in Numa Pompilio. Syrinx quoq; Arcadica fuit Nympha, quam à Pane deo mire adamatam scribit Ouidius.

¶ Amasii hominum.

12 ¶ Habuit in primis Val. Flaccus poeta Setinum in delitiis Amazonicũ puerũ, cuius formam cõmẽdat Martialis.

13 ¶ Tibullus suum Cherinthum, de quo lib. 4. ait. Est qui te Cherinthe dies dedit hic mihi sanctus, Atq; inter sanctos semper habẽdus erit. Idem. Inuisus natalis adest. qui rure molesto, Et sine Cherintho tristis agendus erit. Idẽ quoq; magnopere dilexit Marathũ puerum, De quo li. 1. sic ait. Heu heu quã Marathus lento me torquet amore.

14 ¶ Lygdum adamauit Pamphilus Saxus. Vnde lib. 4. ait. Sed peterem Lygdum, Lygdus mea vita, meum cor, Lux mea qui facie vulnera mille gerit. Eius quoq; formã multis locis magnopere extollit.

15 ¶ Bathyllus fuit Anacreontis poetę delitiũ. Vñ Horatius in Epodo. Nõ al'r Samio dicũt arsisse Bathyllo Anacreonta Teiũ. Ab eodẽ quoq; adamat⁹ est Megistheus puer. De vtroq; Politianus in Rustico. Nunc Samiũ celebras (iubet Adrastęa) Bathyllũ, Nũc tenerã Eurypilẽ, tenerũq; Megisthea laudas, (Tandẽ acino passæ cadit intercept⁹ ab vuæ.

16 ¶ Lycũ puerũ adamauit Alcęus poeta Lyric⁹, de quo Horati⁹ Li. 1. Carminũ. Liberũ & musas, Venereq;, & illi semp hærẽtẽ puerũ canebat. Et Lycũ nigris oculis, nigroq; Cri-

ne decor. Politianus i Nutricia, Ipse Lyci nigros oculos, nigrúq; capillú, Exactosq; canis pugnax Alcee tyrános.

17 ¶ Amauit Valgius poeta elegiographus Mysten, cuius morte multis lachrymis defleuit, dicete Horatio. Tu semp vrges flebilibus modis Mysten ademptú, nec tibi vespero Surgente decedút amores, Nec rapidú fugiente Solem. Mystes

18 ¶ Asini⁹ Gall⁹ poeta fili⁹ Asinii Polliois viri ꝯsularis, pari qq; affectu dilexit Hippolytú liberali forma adolescenté. Hippolytus

19 ¶ Voconius victor poeta habuit in deliciis Testylú puerú elegante forma. Vnde Martialis. Testyle Victoris tormentum dulce Voconi. Quo nemo est toto notior orbe puer, Sic etiam positis formosus amere capillis, Et placeat vati nulla puella tuo. Testylus

20 ¶ Ligurinus Horatii fuit delitium. Vnde li.4. Car. scribit, Sed cur heu Ligurine, cur Manat rara meas lachryma per genas? Cur facunda parum decoro inter verba cadit lingua silentio? Nocturnis ego somniis Iam captum teneo, iam volucrem sequor. Amauit & Lycistum, de quo sic scribit in Epodo. Nunc gloriantis quálibet mulierculá Vincere mollicia amor Lycisti me tenet. Lycistus

21 ¶ Amauit Roscium adolescentem. Q. Catullus Epigrammatista, de cuius forma hunc in modum scripsit. Cóstiterá exoriente auroram forte salutans. Quú subito à læua Roscius exorit. Pace mihi liceat cœlestes dicere vestra, Mortalis visus pulchrior esse deo. Amauit & Theotimum, de quo sic scribit. Aufugit mi animus, credo vt solet, ad Theotimum deuenit, sic est, perfugium illud habet. Theotimus

22 ¶ Arsit Euripides Tragœdiographus Agathonem puerulum, quem adultiore quoq; amplexabat arctius, suauiabaturq; etiam spectante populo & in conuiuiis. Agatho

23 ¶ Pari affectu Aratus poeta Cilix Philinum adolescétulú deperiit, ꝑ cui⁹ reditu e Chio isula, deos multa ꝑcatus est. Philinus

24 ¶ Catullus suos amores in Iuuenciú his exprimit verbis. Surripui tibi (dú ludis) mellite iuueci, Suauiolú dulci dulcius Ambrosia. Verú id non ipune tuli, náq; amplius horá Suffixum in summa me memini esse cruce. Quę carmina plena sunt pruritus, multamq; præseferunt lasciuiam. Iuuencius

25 ℂAntonius puer fuit elegantissimæ formæ ex Claudiopoli Bithyniæ ciuitate, quem Adrianus imperator ad infamiam vsq; adamauit, vt etiam mortuo ciuitatem constru/xerit, templumq; erexerit cum ara, & eius effigiem curauerit imprimendam. Spartianus ait puerum illum ab impe/ratore muliebriter desectum.

26 ℂPausanias Lacedęmonius authore Cælio, Argiliū spe/ciosa pulchritudine adolescentē amore Venereo dilexit.

27 ℂGelli⁹ li. 19. ca. 11. citat hos Platonis versus amatorios de suo Agathone, quem vti meritoriū dilexit. Suauia dās Agathoni animam ipse in labra tenebā, ægra etenim ꝑperans tāq̄ abitura fuit. Amauit quoq; Stellā ob ingenii sua/uitatem, & elegantiā, de qua authore Plutar. sequētes versus lusit. Ardentes stellas, lucens mea stella tueris, Cœlum vtinam fierē, te vt multo lumine cernā. Itē. Stella prius superis fulgebas Lucifer, at nunc Hesperus ah fulges mani/bus occiduus. Hæc nouissima scripsit post eius mortem.

28 ℂMinos rex Cretensiū susceptas cum Atheniensibus ini/micitias, ob mortem filii sui Androgei, lubens deposuit amore Thesei (quem deperibat) inescatus.

29 ℂLaius à Pelope hospitio susceptus filiū eius Chrysippū ita adamauit, vt secum Thebas rapuerit. Praxilla tñ apud Cælium testis est hoc à Ioue perpetratum.

30 ℂGyges rex Lydoꝝ Magnetē Smyrnæū eximia pulchritudine clarū vsq; adeò dilexit, vt belliū i Magnesios mouerit, ꝗ puero capillos totōdissent, quo videret deformior.

31 ℂAristogiton Atheniēsis Armodiū isigni forma adolescē/tē ēt deperiit. Author apud Volaterranū Thucydides.

32 ℂAmauit Epicurus Philocleni eximium adolescentē ad quē solitus erat hoc modo scribere. Consumor ac deficio amabilę tuum ac diuinum ingressum sustinens.

33 ℂCatullus facit Aufilenum Cælii cuiusdam Veronensis amasium, vbi ait. Cælius Aufilenum, & Quintius Aufile/nam Flos Veronensium depereunt iuuenum.

34 ℂInter meritos pueros ēt ponunt Euryalus Virgilianus, Parthenopæus Statianus, Cottallus Siculus Anacreontis, Harmodius Hippiæ, Aster Platonis, Piso Galbæ.

¶Amasiæ deorum, & hominum.

¶Iam diximus Daphnen Penei fluminis filiam adamatam Apollini. Sappho ad Phaonē. Et Phœbus Daphnen, & Gnosida Bacchus amauit.

¶Tyro Salmonei filia adamata est à Neptuno, & ab eodem cōpressa. Propertius Lib. 1. Non sic Aemonio Salmonida missus Enipeo Tænarius facili pressit amore deus.

¶Heben deam iuuentutis amauit Hercules. Idem Propertius Lib. 1. Nec sic cœlestem flagrans amor Herculis Heben Sensit in Othæis gaudia prima iugis. Amauit q̄q; Iolen, & Omphalem reginam Lydorum. Idem Propertius Lib. 3. Omphale in tantum formæ processit honorem Lydia Gygæo tincta puella lacu, Vt qui pacato statuisset in orbe colūnas, Tam dura traheret mollia pensa manu.

¶Aliæ deorum & hominum amasiæ fuerunt, Ariadne Minois filia, Bacchi, Syrinx Nympha Panos, Hero Læandri, Phyllis filia Lycurgi regis Thracū, Demophoontis, Ariadne Thesei, Atalanta Meleagri, Cydippe Acontii. Iphis Patrocli, Similax Croci. Author Plinius Lib. 16. Cap. 36. ¶Clycera Pausiæ Sicyonii pictoris. Plinius Li. 21. Cap. 2. & Lib. 35. Cap. 10. ¶Sappho Phaonis.

¶Campsape Alexandri, quā Alexander ipse muneri dedit Apelli pictori. Pli. Lib. 35. Cap. 10. ¶Philace Stratoclis, Authore Plutarcho. ¶Rhoxane Alexādri. Plutarchus, & Curti⁹. ¶Echo Narcissi. Ausoni⁹. Cōmorit Narcisse tibi resonabilis Echo. Galēti⁹ Risit Liriopes flagrātē filius Echo.

¶Thysbe Pyrami. Stroza pater. Nō magis īfelix Thysbe dilexit amantem.

¶Tyro Salmonei filia, Enipei. Propertius lib. 3. Testis Thessalico flagrans Salmonis Enipeo.

¶Phœbe Castoris, Ilaira Pollucis, quę fuerūt Leucipi filiæ. Propertius lib. 1. Non sic Leucippis succendit Castora Phæbe, Pollucem cultu non Ilaira soror.

¶Chloris, seu Flora dea florū Zephyri, à cuius nomine dicitur Zephyritis.

¶Galathæa Nympha Polyphemum. Propertius Lib. 3. Quinetiā Polypheme fera Galathæā sub Aetna, Ad tua

rotātes carmina flexit equos. Stroza Pater. Nil magis hor rendum Polyphemo senserat Aetna. Sæuior indomito fratribus ille fuit. Dum tñ æquorea siccas in rupe capil los, Exarsit visa te Galathæa Cyclops.
¶Bersabea Dauidis. Idem Stroza. Ille sacri vates operis Iesseia proles Præfecit populo quem deus ipse suo, Bersa beæ captus forma tibi magne cupido Cessit.
¶Helena Paridis. Propertius Lib. 2. Ipse Paris nuda fert periisse lacæna, Quum Menelao surgeret è thalamo.
¶Acme Septimii. Catullus. Acmem Septimius, suos amo res, Tenēs in gremio, mea inquit Acme, Ni te pdite amo, atq; amare porrò oēs sum assiduè paratus annos, Solus in lybia, indiaq; tosta Cæsio veniā obuius leoni. Idē. Vnam Septimius misellus Acmen Mauult, q̄ Syrias, Britanniasq;. Vno in Septimio fidelis Acme Facit delicias libidinesq;.
¶Aufilena Quintii. Catullus. Cœlius Aufilenū, & Quin tius Aufilenam flos Veronensum depereunt iuuenum.
¶Atalanta Mimalionis Arcadici. Propertius. Mimalion nullos fugiendo Tulle labores Sæuitiam duræ contudit Iasidos. Nam mō Partheniis amens errabat in antris, Ibat & hirsutas ille videre feras. Ergo velocē potuit domuisse puellam, Tantum in amore preces, & bene facta valent.
¶Antigone Hæmonis Bœotii, quam quum iugulari fe cisset Creon, Hæmon ad mortuæ tumulum se interfecit. Propertius Lib. 2. Quid non antigones tumulo Bœotius Hæmon, Saucius ipse suo corruit ense latus?
¶Briseis Achillis. Horatius. Prius insolētem Serua Briseis niueo colore Mouit Achillem. Propertius libro secundo. Omnia formosam propter Briseida passus, Tantus in ere pto sæuit amore dolor. Item. Necnon exanimē amplectēs Briseis Achillem, Candida vesana verberat ora manu.
¶Rhodope Charaxi fris Sapphus. Sappho ad Phaonē. Arsit inops frater victus meretricis amore, Mixtaq; cum turpi damna pudore tulit.
¶Andromeda Persei. Sappho ad Phaonem. Candida si non sum, placuit Cepheia Perseo Andromede, patriæ fu sca colore suæ.

¶Hesperie Nympha Aesaci. ¶Lesbia Catulli. Catullus. Nulla potest mulier tantum se dicere amatam. Verè q̃tum à me Lesbia amata mea est. Hæc vero nomine vocabatur Claudia. Amauit etiam Ipsithillam. Ipsithilla.

¶Quintilia Calui licinii. Catullus. Certe non tanto mors immatura dolori est Quintiliæ, q̃tum gaudet amore tuo. Propertius li. 2. Hoc etiã docti confessa est pagina Calui. Quum caneret miseræ funera Quintiliæ.

¶Lyde Callimachi, Batthis Philetæ. Ouidius lib. 1. de Tristibus. Nec tantum Clario Lyde est dilecta poetę. Nec tantum Coo Bathis amata suo. Batthis.

¶Beatrix Dantis Aligerii. ¶Aureta Patrarchæ. Lycinia Horatii. Horat. li. 2. Car. Me dulcis dominę musa Lyciniæ Cantus, me voluit dicere lucidũ Fulgẽtes oculos, & bene mutuis fidum pectus amoribus. Amauit & Glyceram. De qua lib. 3. Car. Me lentus Glyceræ torret amor meæ. Lycinia. Glycera.

¶Stella Platonis. Author Plutarchus.

¶Violãtilla Stellæ poetæ, Hæc Græcè hiantis dicit. Martialis lib. 6. Perpetuam Stellæ dum iungit hiantida vati Læta Venus, dixit, plus dare non potui. Aliter vocatur Asteris. Vide Statium in Syluis. Hiantis. Asteris.

¶Leucadia Terentii Varronis Atacini. Hinc fluxit illud Distichon. Hæc quoq; perfecto ludebat Iasone Varro, Varro Leucadię maxima flamma suæ.

¶Dælia, Sulpitia, Nemesis, Neæra Tibulli. De Nemesi notum est illud, Vrit amatorem Nemesis lasciua Tibullũ, In tota iuuit quem nihil esse domo. Tibulli amatores quot.

¶Hostia, seu Cynthia Propertii. Propertius ipse li. 1. Illa vel angusto mecum requiescere lecto, Et quocũq; modo maluit esse mea, Quàm sibi dotatæ regnum vetus Hippodamiæ, Et quas Elis opes antè pararat equis. Idem lib. 1. Cynthia prima suis miserum me cepit ocellis. Contactum nullis antè cupidinibus. Martia. Cynthia facundi carmen iuuenile Properti Accepit famã, ne minus ipsa dedit. Cynthia.

¶Melenis domitii Marsi. Mar. Nota tñ Marsi fusca Melenis erit.

¶Cesennia Cn. Getulici Epigrãmatistæ.

¶Bissula Ausonii Galli.

Lycoris. ¶ Metella Ticidæ Epigrãmatistæ. ¶ Cytheris, seu Lycoris Cornelii Galli. Hinc illud manauit. Gallus & Hesperiis & Gallus notus Eois, Et sua cum Gallo nota Lycoris erit. ¶ Pãphila Valerii Aeditui, De qua sic apud Gelliũ scribit. Dicere quum conor curam tibi Pãphila cordis, Quid mĩ abs te quærã? mẽbra labris abeũt. Per pectus miserũ manat subito mihi sudor, Sic tacitus, subitus, duplo ideo pereo. ¶ Chrisis Q. Trabeę Comœdiographi de qua sic scripsit. De improuiso Chrisis vbi me aspexerit, Alacris, obuiam mihi veniet, complexum exoptans meum. Mihi se dedet, Fortunam ipsam anteibo fortunis meis. ¶ Neæra Lycinii imbricis itidẽ Comœdiographi, de qua afferunt hi versus. Nolo ego Neęrã te vocet, sed Nerienẽ, Quum quidem Marti es in connubium data. ¶ Propertius Lib. 2. de plerisq; poetarũ amasiis sic scribit.

Hæc quoq; perfecto ludebat Iasone Varro,
Varro Leucadiæ maxima flamma suæ.
Hæc quoq; lasciui cantarunt scripta Catulli,
Lesbia queis ipsa notior est Helena.
Hoc etiam docti confessa est pagina Calui,
Quum caneret miseræ funera Quintiliæ.
Et modo formosa qui multa Lycoride Gallus.
Mortuus inferna vulnera lauit aqua.
Cynthia quinetiam versu laudata Properti,
Hos inter si me ponere fama volet.

¶ Item Sidonius Apoll. Lib. 2. de aliis sic meminit. Sisq; opido meminens, q olim Martia Hortẽsio, Terentia Tullio, Calphurnia Plinio, Pudentilla Apuleio, Rusticana Symmacho, legentibus meditantibusq; candelas & cãdelabra tenuere. Reminiscere q sæpe versum Corinna cum suo Nasone compleuit, Lesbia cum Catullo, Cesennia cũ Getulico, Argentaria cum Lucano, Cynthia cum Propertio, Delia cum Tibullo. Item Stroza pater Li. 1. Eroticon. Abstulit ardentem Gallum formosa Lycoris, Carmine amatoris Cynthia clara sui est. Viuit ab insigni Nemesis celebrata Tibullo, Viuit pelignis nota Corinna sonis. His addi possunt Lamia Demetrii, Phryne Timothei, Flora

Pompeii; Aſpaſia Periclis, Rhodope Pſamnitici, & Antonii Cleopatra.

ℭ Cynædi, Pædicones, & Pathici.

1 Aemylius	8 Ibycus	15 Cleocritus
2 Naſo	9 Hipparchus	16 Thallus
3 Phædon	10 Libanius	Portius
4 Gargilianus	11 L. Papyrius	Socratio
5 Armodius Ariſtogiton	12 Theophraſtus	Piſo
6 Cratinus	13 Ale. Abonotichites	17 Mamurra Cæſar
7 L. Quintius Flaminius	14 Pauſanias Argilius	18 Pindarus



1 AEmylii cuiuſdã Cynædi obſcœnos amores molleſq; delicias, poſtremò infinitas libidines notat Catullus.

2 ℭ Idem in Naſonẽ quẽdã pathicũ his ĩuehitur verbis. Multus homo es Naſo, neq; tecũ multus hõ, ſed Deſcendis Naſo, multus es & pathicus.

3 ℭ Phœdon philoſophus quum adoleſcentulus Athenis eſſet in ſeruitute, à domino in lupanari conſtitutus eſt, vt proſtaret, & corpõ faceret quæſtum.

4 ℭ Martialis Li. 3. arguit Gargilianũ quẽdã, vt Cynœdũ & mollẽ, quẽ depilatoriis vnguẽtis faciẽ lauare ꝯſueſſe dicit.

5 ℭ Armodio & Ariſtogitoni apud Atheniẽſes mutua erat Veneris conſuetudo.

6 ℭ Cratinus Atheniẽſis Comœdiographus notatus eſt ẽt Pędareſtię, ſeu obſcœni in pueros amoris.

7 ℭ L. Quintius Flaminius vir ꝯſularis puerũ ardebat, à cui latere nũq̃ diſcedebat. Quĩetiã ad eius votũ hoiem quẽdã ſecuri pcuſſit, dũ ille corãm ſe aliquẽ optaſſet interfici.

8 ℭ Ferunt Ibycum hiſtoricum patria Rheginum, inſano puerorum amore exarſiſſe.

9 ℭ Hipparchus Piſiſtrati filius ſtuprato Armodio Ariſtogitonis puero, vtriuſq; coniurationẽ in ſe concitauit.

10 ℭ Libanius Sophiſta Antiochenus Conſtantinopoli ob ĩpudicos amores puerorũ pulſus eſt. Demùm Nicomedia (quo ſe receperat) eandem ob cauſam detruſus.

Lex.
11 ℭL.Papyrius Publium adoleſcentē in vinculis tenuiſſe, plagiſq; & contumeliis(ꝙ ſtuprū pati noluiſſet) affeciſſe dr. Qua re ad Senatum delata, dānatus eſt lege lata, ne qs in corpora libera ob æs alienū ius haberet. Volebat enim hoc ſibi licere Papyrius, ꝙ Publius eidē eſſet debitor.

12 ℭTheophraſtus philoſophus Nicomachum Ariſtotelis filium ad præpoſteram vſq; venerem adamauit.

13 ℭAlexander Abonotichites copiam ſui corporis mercede faciebat. Author Lucianus.

14 ℭHabuit Pauſanias Lacedæmonius ſtupri conſuetudinē cum Argilio adoleſcente.

Cleocritus 15 ℭEraſmus in adagiis ait Cleocritum veteris Comœdiæ ſcriptorem maledictis proſciſſum, ꝙ Cynœdus eſſet. Quā
Argyrrhius notam Argyrrhio cuidam inurit.

16 ℭCatullus ī Thallū adoleſcētē īpudicū his verbis īuehit. Cynœde Thalle, mollior cuniculi capillo, Vel anſeris me
Portius: dullula, vel hīnula mollicella. Idē q̄q; Portiū, & Socratio
Socratius. nē ſuis verſib⁹ īfamat, ꝙ ſtupri meritis à Piſone p̄tore p̄po ſiti ſint duob⁹ aliis adoleſcētulis. ſ. Veraniolo, & Fabullo.

Caesar. 17 ℭIdē Mamurrā, Phormianū, & Cęſarē notat vt Cynœdos & Pathicos, dū ait. Pulchrè cōuenit improbis Cynœdis, Mamurræ Pathicoq;, Cæſariq;. Nec mirum maculæ pares vtriſq;. Sed & Suetoni⁹ ait nihil famā pudicitię Cęſaris lęſiſſe, p̄ter Nicomedis regis Bithynię cōtubernium.

18 ℭLaborauit hac infamia Pindarus poeta, qui in gremio pueri adamati obdormiſcens vitā efflauit, teſte Valerio.

ℭMolles, effœminati, & Elegantes.

1 Straton	11 Nitarus	21 Sardanapalus
2 Mecœnas	12 Ariſtodemus	22 Attidius
3 Artemon	13 Andramytis	23 Diadumenus
4 Abron	14 Ariſtoteles	24 Miraces
5 Cliſthenes	15 Ariſtophanes	25 Bacchus
6 Syri	16 Demoſthenes	26 Cæſar
7 Lyſicrates	17 Hortenſius	27 L.Sylla
8 Maſſylienſes	18 Heliogabalus	28 C.Duillius
9 Argyrrhius	19 Ariſtagoras	29 Clodi⁹ pulcher
10 Battalus	20 Agathon	

Theopompus

1 Theopompus scripsit Stratonem Sidonium mortales omnes supasse delicijs, & mollicie. Ad quod allusit Mirãdula in hymnis. Quàm quę Sidonium valebat purpura regem.

2 ¶ Augustus ad Mecœnatem scribens eiusdẽ molliciem,& delicias multis expressit locis,sed hoc maxime. Vale Mecœnas mel gentium,ebur Ethrurię,lasar Aretinum, Tyberinum margaritum, Cilneorũ Smaragde. Iaspi figulorum,Berille,& carbunculũ Porsenæ. Annæus quoq; Seneca Mecœnatẽ vocat discinctũ, mollissimasq; eius delicias,& portentosam orationem. Idem. Magnum inquit Romanæ eloquentiæ daturus exemplum, nisi illũ eneruasset felicitas.

3 ¶ Aiunt Artemonem quendã fuisse mollẽ adeò & solutũ delicijs,vt nunq̃ pedibus itaret, sed semper lectica circũferretur,haberetq; duos vtrinq; famulos peluim æreã supra caput ferẽtes,ne quid supernè noxium excideret. Propterea factus est puerbio locus, Artemon versatilis.

4 ¶ Fuit & Abron quispiã vitæ adeò corruptæ, & effœminatæ, vt locũ parœmię sequenti reliquerit. Abronis vitam agens. De molliter, ac delitiose viuentibus.

5 ¶ Clisthenes Comicorũ conuicijs laceratus est, q̃ parũ vir haberetur, seq; cultu indecoro velut in mulierem transfigurarent. Quod fecisse dicitur Assyriorum rex Sardanapalus, vt liberius inter fœminas lasciuiret.

6 ¶ Syri olim malè audierunt ob morum molliciem. Vnde adagium. Syrus quum non sis, ne Syrissa.

7 ¶ Lysicrates abijt in vulgi fabulam, q̃ iam senio confectus capillos fucaret, vt speciosus videretur, & iuuenis. Cuiusmodi ridentur apud Martialem Ollus, apud Horatium vxor pauperis Ibyci.

8 ¶ Massylienses luxu perditi muliebrẽ in modũ ornabantur, comis vnguẽto delibutis, capillisq; religatis. Hinc ortum adagium. E Massylia venisti, in molles.

9 ¶ Argyrrhius fuit dux quispiã effœminatus, nihil habens viri præter barbam.

10 ¶ Battalus fuit nescio quis tibicen, qui lasciua, & vinolẽta

carmine cōplexus est, fecitq; adagio locū. Battali similis. Cælius ait hunc primum oium calceis fœmineis in scena vsum fuisse, artēq; tibiarum oīno remolliuisse. A quo fluxos, exolutos, & parum viros Battalos vocant.

11 ¶ Cælius scribit Nitarum quendam fuisse, mollicie plusq̃ muliebri infamem.

12 ¶ Dionysius apud eundem Cælium testis est Aristodemū tyrannum apud Cumas in Romanis antiquitatibus mollē fuisset cognominatum, quod parum vir esset, ac pudicitiā substrauisset.

13 ¶ Ferunt Andramytem Lydoꝝ regem oīum primū fœminas Eunuchas fecisse, eisq; Eunuchorum vice vsum.

14 ¶ Gaudebat Aristoteles mūdo cultu, & elegāte, comāq; delicatius contondebat. Anulis prȩterea digitos onerabat, & in hoc placebat sibi nimiū. Quo factum est, vt molliciei suspectus haberetur.

15 ¶ Aristophanes Philostratum quendam lasciuiusculè se ornantem Cynalopeca vocabat, vocabulo ex cane, & vulpe concinnato.

16 ¶ Demosthenem tradunt cultu corporis nitido nimis, & accurato fuisse, adeò, vt molles (quibus lasciuiebat) tunicuIæ ab æmulis probrò datę sint. Quinetiam notatus est, vt parum vir, qꝫq; polluto esset ore.

17 ¶ Eodem quoq; modo Hortensius orator probrosis lacerauis est Satyris, quod circunspecte & morose indutus esset, qꝫq; manus eius inter agendum essent argutæ & gestuosæ. Sed & L. Torquatus eum Dionysiæ saltatriculę nomine appellabat. Author Gellius.

18 ¶ Traditum est Heliogabalum (qui supra oīa ꝓdigia fuit mollissimus) versatilia triclinia habuisse, in qbus amicos qn̄q; ponere cōsueuit, eosq; violis, & floribus opprimere, sic vt aliqui animam efflauerint. Author Lampridius. Idē quoq; quaternos canes ad currū iunxit, processit & in publicum iunctis quattuor ceruis, cōiunxit etiam Leones, & Tygres, Cybelē se & Liberū patrē vocans, habuit vehicula gēmata, & aurata. Atq; vt insaniā libidini adderet, iūxit etiam quaternas mulieres, nudusq; à nudis vectus est.

19 ℭAristagoras quidam milesius quũ in concionẽ ꝓdiisset, insolita apud Lacedæmonios vestitus mollicie, quidam ex Ephoris hoc eum dicto submonuit. Domi Milesia. Prouerbium.

20 ℭAgathon fuit quispiã tibicen, cantilenarum suauitate aures maiorem in modum deliniens, quem infamia mollitiei laborasse, testis est apud Erasmum Zenodotus.

21 ℭSardanapalus ob insignem molliciem ꝓuerbio locum fecit. Fuit enim deliciis vsq; adeò effœminatus, vt inter Eunuchos, & puellas ipse puellari cultu delitesceret.

22 ℭAttidius melior Domitiani tẽporibus tantæ fuit mollitiei, vt nitidus appellari meruerit, Vnde Statius. Stat quæ perspicuas nitidi melioris opacet Arbor aquas.

23 ℭDiadumenus fuit quispiã elegans iuuenis, cuius effigiẽ Polycletus expressit iuuenta molliore.

24 ℭFuit Miraces nescio qs cõcinnatulus, qui vnguentatos, auratosq; capillos ferẽ habuisse. De hoc Val. Flaccus lib. 1. Argon. Simul armiger ibat Semiuir, impubẽmq; gerẽs sterilemq; iuuentã. Idẽ. Et grauidæ maduere comæ, quas flore Sabæo Nutrierat, liquidoq; parens signauerat auro.

25 ℭBacchi molliciẽ Seneca in Hercule furẽte his exprimit verbis. Non erubescit Bacchus effusos tener Sparsisse crines, nec manu molli leuẽ Vibrasse thyrsum, quũ parũ forti gradu Auro decorum Syrma Barbaricum trahit.

26 ℭFuit Iulius Cæsar adeò effœminatꝰ, vt Curio pater quadam eum oratione omnium mulierum virum, & omniũ virorum mulierem appellauerit.

27 ℭL. Sylla imperator chlamydato sibi, & crepidato Neapoli ambulare deforme non duxit.

28 ℭC. Duellius (q de Pœnis triũphauit) quotiescũq; epulaturus erat, ad funalẽ cæreum præeũte tibicine & fidicine à cœna domũ reuerti solitus est. Author Val. Maxi.

29 ℭClodius pulcher eneruem & frigidã iuuentã egit, perditoq; amore vulgatissimæ meretricis infamis fuit.

ℭViri muliebrem habitum mentiti.

1	Achilles	4	Clisthenes		
2	Hercules	5	Cleocritus	7	Sardanapalus
3	P. Clodius	6	Euclides		

Achilles. 1 Ræcis ad expeditionẽ Troianam proficiſcentibus, quum Thetis dea præuideret Achillẽ filium ibidem interfectum iri, eum ex antro chironis dormientẽ rapuit, & puellaribus tunicis indutum, prẽmonitumq́ʒ ne ſe maſculũ cuipiã ꝓderet inter filias Lycomedis regis occuluit. Quarum vnam Deidamiam grauidam fecit, Pyrrhumq́ʒ ex ea ſuſcepit. Verum quũ Græci oraculo didiciſſent Troiã ſine Achille capi nõ poſſe, miſſus eſt Vlyſſes vt Græcoꝝ oium aſtutiſſimus ad explorandam rei veritatem. Qm̃ iam facti ſuſpicio & rumor ferebaẽ. Vt ergo ꝓderet Achillem, ciſtiferum ſe finxit, attulitq́ʒ mercatoris inſtar fuſos, acus, monilia, & cætera id genus quę puellã decent, cum arcu & ſagittis. Quum ergo Achilles relictis puellaribus inſtrumentis arcũ intendiſſet, vires ſuas & ſexum ꝓdidit, & eo cõmẽto repertus eſt. Ouidius li. 1. de arte, Turpe niſi hoc matri precibus tribuiſſet Achilles, Veſte virũ longa diſſimulatus erat. Quid facis Aecide, nõ ſunt tua munera lanæ, Ha titulos alia Palladis arte pete. Quid tibi cum calathis? clypeo manus apta ferendo Penſa quid in dextra (qua cadet Hector) habes? Reiice ſuccinctos opoſo ſtamine fuſos. Quaſſanda eſt iſta Pelias haſta manu. Statius li. 4. Achil. Stat medius trepidante domo, Peleia virgo Quæritur. Per virginem Peleiam intelligit Achillem.

Hercules. 2 ℭ Sicubi vnq̃ amor vires ſuas aut in mortaliũ vllo docuerit maxime ꝓbauit in Hercule, quem tot alioqui monſtrorũ domitorẽ coegit relicta (quæ virũ decet) virtute ad muliebres tranſire delicias, ſeq́ʒ in puellã transformare, & fœminam mentiri, vt liberius cũ Omphale regina Lydorum laſciuirẽt, qua ẽt iubente fuſos, & lanas rudibus illis manibus (qbꝰ porteta ſubegerat) attrectauit. Quod ei magno datꝰ ꝓbro Deianyra apud Ouidiũ loquens, Craſſaq́ʒ robuſto deducis pollice fila, Aequaq́ʒ formoſæ penſa rependis heræ. Itẽ apud Propertiũ ſic loquiẽ. Idẽ ego Sidonia feci ſeruilia palla Officia, & Lyda pẽſa diurna collo. Mollis & hirſutum cepit mihi faſcia pectus, Et manibus duris apta puella fui. Statius lib. 1. Achil. Si Lydia dura penſa manu

Troia sine Achille capi non posse. Ulyssis Astutia. Virgo Peleia pro Achi.

mollesq; tulit Tyrinthius hastas. Lactãtius. Nã illud (inqt) nemo negauit, Herculẽ non tm̃ Euristheo seruisse, sed etiã impudicæ mulieri Omphale, quæ illum vestibus suis indutum sedere ad pedes suos iubebat pensa facientem.

3 ℭTranquillus in Iulio scribit P. Clodium inter publicas bonæ deæ cæremonias penetrasse ad Pompeiam Q. Pompeii filiam & Syllæ neptem muliebri veste & ꝓpterea Cæsarem cum ipsa Pompeia diuortium fecisse. Propterea Cicero quadam ad Lentulum epistola scribit Clodiũ ipsum non pluris fecisse bonam deam, q̃ tres sorores.

4 ℭClisthenes malè audiit, & Comicorum laceratus est satyris, ꝙ parum vir haberetur, seq; cultu indecoro in fœminam transfiguraret. Vnde adagia nata, Clisthenem video, & Clisthene intemperantior.

5 ℭEadem nota inuritur Cleocrito ꝙ ad maiorem lasciuiã tunicis & vestibus fœminam mentiretur.

6 ℭEuclides Megaricus quũ Socraticæ disciplinæ cupientissimus esset, neq; tñ auderet Athenas ire (vbi profitebat Socrates) ꝙ capitale foret, si quis Atheniensium Megaris aut Megarensium Athenis propter mutuũ vtriusq; vrbis odium deprehenderetur, muliebri veste indutus ad audiẽdum philosophum sub ipsam noctem itabat, ac demum ipso auroræ diluculo reuertebatur. Author Gellius.

7 ℭOmnium (quos eneruauit mollicies & delicię corruperunt) principẽ locũ maiorẽq; apud posteros ignominiam meruit Assyrioꝝ rex Sardanapalus, qui eò illecebrarũ se demisit, vt relicta maiestate (qua princeps tantò debet excellere, quantò sublimior est cæteris) positis masculi sexus indumẽtis mẽtit⁹ sit fœminã, interq; puellas & Eunuchos euiratior spadõe delituerit. Quæ fuit causa vt ab Arbacto ꝑfecto, lasciuiã tã corruptã ꝑ eroso ad incendiũ domus (in quã victus se receperat) & volũtariã mortẽ sit coactus.

ℭMulieres habitum virilem mentitæ.

1 Semiramis	5 Pelagia	Axiothea
2 Theodora	6 Ioanna Gallica	Phliasia
3 Marina	7 Ioanna Anglica	9 Eugenia
4 Euphrosina	8 Lesthenia	

1 LOngè vero aliter fecit Semiramis Assyriorū regina, quę quum certò intelligeret, graue esse populo fœminam pati principantē, mortuo marito virū mentita est, vt tantisper iperaret, dū filius Ninus (q p ipuberē adhuc ætatē regnare nō poterat) adolesceret, regnoq; foret idone⁹.

2 ¶Laudabile fuit nec minus astutum Theodoræ virginis Antiochenæ cōmentum, quæ militis ad se stuprandā missi libidinem & furorem adeò verbis emolliuit, vt non solū à flagitio deterruerit hominem, verū etiam mutatis cū eo vestimentis exitum à carcere (quo per Diocletianū fuerat intrusa) & impunitatem meruerit.

3 ¶Marina virgo natione Græca sexum quoq; dissimulauit, sed honesta de causa, vt scilicet admitteretur in Cœnobium quoddam, in quo soli viri recipiebant, vbi ad mortē vsq; sanctissimè vixit nomine Marini.

4 ¶Euphrosina virgo Alexandrina quū aīæ tenus curiosa, corporis cultū nihili faceret, virū mētita, pfecta ē i cœnobiū, i quo pr degebat, vbi durauit. 36. annos nemini nota.

5 ¶Pelagia mulier fuit Antiochena voluptatibus & illecebris primū deditissima, vt quę nulli rei attentius vacaret, q̄ corpori cōmēdo, Tādē tñ meliore ducta spiritu, vbi aspernari cœpit, quod pridē amabat maximè, virum se finxit. Et ne rediuiuus aliqs pristinæ vanitatis fomes denuo repullularet, relictis hoīum colloquiis secessit i solitarias nemorum latebras, vbi ad mortē pseuerauit constantissimè.

6 ¶Nihil grauiore stomacho aut maiore animi idignatione excipiunt Angli, q̄ quum audiunt verba fieri de Ioāna virgine Gallicana & bellatrice. Medii crepant & apud se non sunt præ furore, existimantq; suam imbelliā & turpissimam fugam redargui, quotiescūq; tam generosæ tātiq; spiritus puellæ aliquis incidit sermo. Habēt pro rediuiuo vlcere, q ab ea vestimentis armisq; virilibus induta instar leporum galeatorum fugati sint & extrusi Gallia, principāte apud Gallos Carolo septimo.

7 ¶Scitum est ex Chronicis & à maioribus scriptum Ioannam Anglicam ab Ephebis sexū virilem simulasse, & tādē fato nescio quo aut fortuna volente ad pontificatum pue

nisse, in quo annis circiter duob⁹ sederit post Leonē quartum, neq; prius innotuerit facti veritas q̄ à quodam ex domesticis impraegnata, tandem emiserit partum.

8 ¶ Dicaearchus apud Cęlium testis est Lastheniā Mātineā & Axiotheam Phliasiam Platone vsas praeceptore, & ornatu virili auditorium nonnunq̄ intrasse.

9 ¶ Eugenia filia cuiusdam Philippi inter Romanos potētissimi, virum quoq; mentita est in coenobio, quo se inclusit, vt domino commodius seruiret,

¶ Meretrices quaedam.

1 Rhodope
2 Baryne
3 Spatale
4 Lais
5 Thais
6 Phryne
7 Faucula
8 Flora
9 Glycerium
10 Leontium
11 Sinope
12 Metra
13 Niceta
Aquilina
14 Aphra
Digna
Eumenia
Eutropia
15 Maria Aegyptia
16 Maria magdale.
17 Campaspe
18 Leaena
19 Lyde
20 Cyrene
21 Aspasia
22 Pythonica
23 Timandra
24 Chione
25 Lycisca
26 Philenis
27 Faula
28 Alce
29 Manulia
30 Stagonion
Anthis
31 Sappho
32 Mintha
33 Pandemus
34 Cynna
Salauaccha
Casaurium
35 Abrotonum
36 Anticyra
37 Hermia
38 Archidice
39 Pyrrhine
40 Caelia

1 RHodope meretrix fuit Aegyptia, quae tātas opes meretricio quaestu sibi comparauit, vt superbam & magnificam in Aegypto Pyramidem cōstruxerit. Eā Sappho doricam vocat, & fratris sui Charaxi amicam his verbis, Arsit inops frater victus meretricis amore. Mixtaq; cū turpi damna pudore tulit. Sunt qui putēt alteram fuisse Rhodopem Thraciam genere, quam Xantus Samius in Aegyptum detulerit, itidem meretricē Pyramidis illius Authorem, & Aesopi fabulatoris Phrygii cōseruam. Cui opinioni astipulatur Plinius Lib. 36. Nat. histo. De hac ēt meminit Plutarchus in Nicia, & Herodotus in Euterpe.

2 ℭBaryne Romana fuit meretrix, quam Horatius suis carminibus illustrauit dicens. Vlla si iuris tibi peierati Pœna Baryne nocuisset vnq̃.

3 ℭSimili modo Martialis de Spatale scribit. Nouit Loturos Dasius numerare, poposcit Mãmosam Spatalem pro tribus, illa dedit.

4 ℭLais meretrix fuit Corinthia, ad quã propter formę elegantiam Græci oẽs turmatim cõuolabant. Claudianus in Eutropium. Haud aliter iuuenũ flãmis Ephyreia Lais, Et gemino ditata mari, Aristippo Cyrenaico cũ ea fuit cõsuetudo, quod cũ flagitiũ Philosophus sic defendebat, vt diceret multũ inter se & cæteros Laidis amatores interesse, ꝙ ipse haberet Laidẽ, Alii vero haberent̃ à Laide, Author Lactãtius, qui etiam hoc ait. Quid ergo interfuit, quo aio philosophus ad meretricẽ famosissimã cõmearet, quum eũ poplus & riuales sui viderent oibus perditis nequiorẽ? Ab hac meretrice quũ Demosthenes petiisset, vt sui copiã faceret, & illa decẽ Drachmarum milia pro cõcubitu poposcisset, pecuniæ magnitudine deterritus & expauidus Philosophus, pœnitere, inquit, tanti nõ emo. Author Gellius, & post hũc Macrobius. Quã historiam Architrenius quoq; versibus mãdauit. Nõ patit̃ Lais dubio Demosthene, necquẽ Mouerat euellit, ꝑdendo ꝓdigus auro. Non emit amplexus, thalamos quæ vendit, ementem Fallit & emptorem, mox pœnitet empta voluptas. De hac meretrice meminit Propertius. Non ita complebant Ephyrææ Laidos ædes, Ad cuius iacuit Græcia tota fores. Ouidius, Multis Lais amata viris.

5 ℭThais fuit itidẽ meretrix, quæ Atticam iuuentutẽ in sui amorẽ pellexit. Hãc suis carminibus celebrauit Menãder poeta grecus, Vnde & menãdræa dicta ẽ. Proptius Turba menandræę fuerat nec Thaidos olim Tanta, in qua ppl'us lusit Erichthonius. Martialis. Tale lẽma ẽ Menãdri Thais. Idẽ. Thaida nocte volo. Fuit & altera Thais, q̃ suasu beati Panutii, ab ĩpudica vita ad honestatẽ morũ se conuertit.

6 ℭPhryne meretrix Thespiensis (quæ ciuitas est Bœotię) olim in iudicium vocata, dũ sibi timeret à sentẽtia iudicũ,

ſublatis tunicis corpus denudauit, Cuius pulchritudine p/
moti iudices, liberam abire permiſerunt. Neq; tam profuit
puellæ Hyperidis actio & patrocinium, q̃ venuſtas formę,
Authore Quintiliano. Eidem quũ Apelles dediſſet optio
nem eligẽdę imaginis oium (quas haberet) pulcherrimæ,
nec tũ ipſe prodere voluiſſet, quę nam eſſet pulcherrima,
hoc fabricauit cõmentũ. Subornauit enim q Apelli nũcia/
ret officinã cũ ſignis & tabulis cõflagrare. Quo triſti nun/
cio permotus Apelles, pcontari cœpit eſſet ne ſaluus ſuus
Cupido. Hoc itaq; dolo explorauit meretrix, quæ nam
eſſet tabula omnium ditiſſima. De hac meminit Proper/
tius lib. 1. Nec quæ deletas potuit componere Thebas
Phryne, tam multis facta beata viris.

7 ¶ Faucula clunia meretrix fuit alioqui tñ pientiſſima. Nã
Annibale Capuã tenente alimẽta captiuis egẽtibus furtim
ſuppeditabat.

8 ¶ Flora meretrix fuit, q̃ populum Romanũ cõſtituít hęre
dem. Vnde floralia ſacra eidẽ conſecrata ſunt, alio nomine Floralia.
Larentia vocat. De hac vide Gelliũ lib. 6. Ca. 7.

9 ¶ Glicerium Theſpienſis fuit meretrix, quæ tabulam Cu
pidinis (quam à Praxitele gratis acceperat) Theſpiẽſibus
quoq; dono dedit.

10 ¶ Leontium Gellius ſcribit fuiſſe meretricem, quę Theo/
phraſti libris doctiſſime reſponderit.

11 ¶ Sinope ſcortum fuit nobile celebratęq; laſciuiæ, hĩnc
Sinopiſſare, verbum eſt libidinari & laſciuire. Sinopiſſare

12 ¶ Eriſichthõ quidã Theſſalus quũ abſumptis facultatibus
ad extremã deueniſſet inopíam, coactus eſt filiã (quã ha/
bebat liberali forma) Metrã noie pſtituere. Ad quã q cõ/ Metra.
meabãt adoleſcẽtes, corporis copiã non aſſequebant, niſi
equos, boues, ampliſſimaq; deferrẽt munera, quia nondũ
id tẽporis repertus fuerat gẽmarum vſus. Porrò Theſſali
per iocũ dicebãt Metram Eriſichthonis verti in ea omnia
quæ illi ab amatoribus donabantur. Vnde fluxit puerbiũ. Prouerbium.
Mutabilior Metra Eriſichthonis.

13 ¶ Niceta & Aquilina ſorores, quum corporis quæſtu me/ Aquilina.
rerent, miſſæ ſunt à rege Dagnæ ad corrũpendum beatũ

Christophorum, inculcãdum ꝙ ei falſę religionis cultum. Verum aliter res ſe habuit, Nam & ipſæ ad fidem cõuerſæ ſunt, & iuſſu regis interfectæ.

14 ¶ Aphra fuit meretrix in Creta, quæ vnà cũ tribus ancillis Digna, Eumenia, & Eutropia, cũctis ſe ꝓſtituebat. Tandem tñ à Narciſſo Hieroſolymarũ epiſcopo, ad bonã frugem reuocata, voluptati repudiũ miſit, & chriſtianã ſecuta eſt religionẽ, pro qua ẽt martyrium paſſa eſt.

15 ¶ Maria Aegyptia annos nata duodecim relictis parẽtib⁹ Alexãdriam ſe cõtulit, vbi. 17. annos corporis ſui copiã fecit cuicũq; petẽti, adeò vt quũ nõ haberet ſtipẽ quã nautis exolueret, corpus ſuũ obtulerit ꝓ naulo. Tãdẽ aũt quũ ad adorãdã crucẽ (in qua pepẽderat Chriſtus) vna cũ aliis ꝓfecta, ab oĩbus ob impudicã repelleretᷣ vitam, cœpit protinus moueri pœnitentia, & corpus conterere, qđ prius voluptati deuouerat. Profecta ergo trans Iordanẽ ſeceſſit in latebras nemoꝝ, vbi tribus (quos ſecum tulerat) panibus annos. 17. vixit, Perſtititq; adeò feruẽter & durauit, vt veſtimentis putrefactis remanſerit nuda, membris oĩbus ęſtu denigratis. Peractis illis. 17. annis, durauit aliis. 30. mãſitq; ſine cibo, gratia ſpirituali abunde paſta.

16 ¶ Eodẽ modo Maria Magdalene Syri & Eucharíæ filia Lazariq; & Marthæ ſoror, aliquot annis voluptatibus indulſit, adeò vt peccatricis meruerit nomen. Demum tamẽ vbi ad Chriſti in Simonis leproſi domo recũbentis pedes ſe ꝓuoluiſſet, ſuiſq; rigaſſet lachrymis, capilliſq; abſterſiſſet, & delibuiſſet vnguento, veniam impetrauit.

17 ¶ Plinius ſcribit Campaſpen meretricem fuiſſe forma admodum liberali, ꝗ̃ Alexander Apelli pictori eã depereuntis dono dederit.

18 ¶ Authorum monumẽtis celebratᷣ Leæna meretrix, quæ nullis tormentis cogi potuit, vt Armodium & Ariſtogitonem tyrannicidas ꝓderet, In hoc Anaxarchum imitata, ꝗ quũ ſimili de cauſa torqueretᷣ, præciſam dentibus linguã in tortores expuit. Authores Plinius & Lactantius.

19 ¶ Lyde ſcortũ celebratur Horatio lib. 2. carminum dicenti. Quis deuium ſcortum Eliciet domo Lyden.

20 ℭFerunt ſcortũ quoddã fuiſſe noĩe Cyrenem,quę in per/agenda venere duodecim figuris vſa ſit, Author Eraſmus in explanatione illius adagii.Duodecim artium homo.

21 ℭAſpaſia meretrix fuit, cuius gratia & ſuaſu Pericles Sa/mios expugnauit,Author Plutarchus.

22 ℭIdẽ in Phocione,ſcribit Pythonicã fuiſſe meretricẽ,quã Harpalus Alexandri domeſticus ſupra modũ adamauerit.

23 ℭEodem teſte Alcibiades Athenienſis meretricẽ habuit chariſſimã Timandram nomine,quæ mortuo tumulũ pro facultatibus ſuis magnificũ erexit. Cum hac oppreſſus eſt Alcibiades ipſe à Lyſandro.

24 ℭChione nomen eſt ſcorti apud Martialem lib.1.dicẽtẽ. A Chione ſaltem, vel Laide diſce pudorem, Abſcondunt ſpurcas hæc monumenta lupas.

25 ℭApud eundem notatur Lyciſca, vt fellatrix & lupa,his verbis.Facere in Lyciſcã, Paule me iubes verſus, Quibus illa lectis rubeat, & ſit irata. O Paule malus es, irrumare vis ſolus.Itẽ apud Iuuenalem,Nomen mentita Lyciſcæ.

26 ℭPhilenis meretrix fuit,quã Philochrates poeta Græcus ſuis carminib⁹ lacerauit, De hac ẽt meminit Martialis li.7.

27 ℭVerrius apud Lactantiũ teſtis eſt Faulam Herculis ſcor/tum fuiſſet.

28 ℭAlcen quandã fuiſſe meretricẽ palã eſt ex verbis Gellii li.4.ſcribentis.Dicebat Pythagoras ſe Euphorbum primò fuiſſe,deinde Pyrandrum,deinde Callidenã, deinde fœ/minam pulchra facie meretricẽ,cui nomen fuerit Alce.

29 ℭManulia fuit meretrix,cui Hoſtilius Mancinus diem di xit ad populum,ꝙ de ambulachro eius noctu lapide ictus eſſet.Author Gellius.

30 ℭApollodorus ꝓdit meretriculas quaſdã fuiſſe Aphias, ideſt,Apuas cognominatas,qđ minutulę forẽt,albęq; ocu lis grãdioribus.Noĩa eis fuere Stagonion & Anthis.

31 ℭScribit Cæli⁹ Sapphon è Leſbo meretricẽ fuiſſe, ſed nõ poetriã,qm̃ Lyrica Scandronymi fuit filia altera à ſcorto.

32 ℭFingunt fabulæ Mintham Plutonis fuiſſe pellicẽ,quam Proſerpina dolis circumuenerit & in hortenſem mentam commutauerit.

33 ¶Pãdemꝰmeretriculę cuiusdã fuit nomẽ. Authore Cęlio.

34 ¶Aristophanes in Comœdiis scripsit Cynnã, Salauachã, & Casaurinum fuisse Athenis celebres & forma exuperanti meretriculas.

35 ¶Abrotonum meretricis nomen est, quam Themistoclis fuisse matrem Amphicrates apud Cælium prodit in libro de viris illustribus.

36 ¶Fuit Anticyra meretrix, quã inde nuncupatã ferũt, ꝙ cũ mẽtis emotę hoibus furentibusq; discũberet, vel ꝙ Nicostratus medicꝰ moriẽs hellebori vim ei magnã reliquerit.

37 ¶Hermia fuit meretrix, cui præ nimio amore sacra fecit Aristoteles, eiusq; laudibus hymnos dicauit. Vnde ab Eurimedõte seu Demophilo accusatꝰ relictis Athenis (vbi.30. annos docuerat) Chalciden se recepit. Author Origenes.

38 ¶Herodotus in Euterpe scribit Archidicẽ Græcam fuisse meretriculã, cuius amore ĩsaniẽs Charaxus frater Sapphꝰ Mitylenem redierit.

39 ¶Inter Corinthias meretrices nominantur Lais, Cyrene, Leæna, Sinope, Pyrrhine, Sicyone.

40 ¶Martialis li.7. Epigrã. notat Cæliã. ꝙ cuicũq; petẽti corporis sui copiã faceret. Vide versus ĩ historia de libidinosis.

¶Lenones & Lenæ.

1 Dipsas	3 Cinnarus	5 Hylaria
2 Crobylus	4 Silo	

1 Dipsas nomẽ est Lenæ, quã Oui. li. 1. Eleg. suis carminibus insectaẽ, ꝙ puellã suã meretricia arte instrueret. Sic aũt scribit. Est quædã (quicũq; volet cognoscere Lenã Audiat) est quædam noie Dipsas anus &c.

2 ¶Crobylus Leno fuit scelestissimus. Is duo scorta domi alebat, quoꝝ lenociniis quã plurimos adolescentes in perniciem alliciebat, allectos compilabat furto. Vnde natum adagium. Crobyli iugum, quod de conuentu & societate duorum hominum (qui pari sunt improbitate) dici consueuit. Erasmus in Chiliadibus.

3 ¶Timeus apud Erasmum testis est Cinnarum quempiam fuisse, patria Selinusium, arte Lenonem, qui quo ad viuebat, pollicebatur se facultates omnes veneri consecraturũ,

Cęterum moriens populo diripiendás expoſuit.
4 ℭCatullus iuehit in quędã Siloně, quẽ vt lenoně arguit. *Silo.*
5 ℭAphra meretrix) quã diximus à Narciſſo Hieroſclymarum epiſcopo à turpi, & imundo quæſtu reuocatã fuiſſe) matrem habuit Hylariam, quæ ſolis Lenociniis victum ſibi comparabat. *Hylaria.*
6 ℭClaudianus Eutropiũ inceſſit vt peritiſſimum lenoně, eiuſq; hac in re aſtutiam deſcribit his verbis. Acutũ aggreditur lenonis opus, nec ſegnis ad artẽ Mens erat, officiiq; capax, oẽſq; pudoris Hauſerat inſidias, cuſtodia nulla tuẽda Fida toro, nulli poterant excludere vectes. Ille vel ęrata Danaen ſub turre latentẽ Eliceret, fletus domini fingebat amantis, Indomitaſq; mora, precio lenibat amatas, Laſciuaſq; iocis, nec blandior vllus emitis Ancillæ tetigiſſe latus, leuiterq; reductis Veſtibus, occulto crimen mandare ſuſurro. Idem paulopoſt. Quis enim committere vellet lenoni Thalamum?
7 ℭLatinus mimus Domitiani adeo ĩdulſit vxori ſuę Thymellę, vt eã velut impuriſſim⁹ leno, aliis proſtitueret, & à mœchis nonnunq̃ cęderet. Huic ex notiſſimis Thymelles adulteriis, & opprobrio Latini, nouã pſonam in ſcena fecerunt mimographi. Martialis. Qua Thymellen ſpectas, deriſoremq; Latinum, Illa fronte precor carmina noſtra legas. Idem ad Marianum. O quam dignus eras alapis Mariani Latini.
ℭPlacet in medium afferre verba ſcitu digniſſima, qbus Aegidius Maſerius familiaris meus doctiſſimus, lenarum dolos & perniciẽ ad vnguẽ exprimit. Turpiſſimũ (inquit in Valerium Flaccum) lenarũ ſtudium, quę virgíneas mentes melle perungunt, vt fel infundãt. Promiſſis euerberãt, molliunt dulciloquiis, honeſtatis ſpecie, & vtilitatis dãna ingerunt, & inhoneſta, oportunũ tempus aucupantes laqueos tendunt, quos vix Lucretia vitaret, Eſcam parant, quam vel ſatur Hippolytus ſumeret, Arma mouent, quæ virginitatis dea Aegide non ꝓpulſaret. Munera oſtendũt (Danaen omitto) inconcuſſum Penelopes animum euerſura. Minas obiiciunt, quas Suſanna expaueret. Quot *Ægidius Maserius. Lenarum [illegible]*

quæſo Proſerpinas his harpagonibus Pluto corripit? Hæc & alia multo plura, Maſerius.

¶ Proci diuerſarum mulierum.

¶ Hippoclides Tiſandri fuit filius, q cũ multis aliis iuuenibus Cliſthenis Sicyonii filiã ambiuit. Author Herodotus, qui filiam illam Agariſtam vocat, aliosq́ eius procos enumerat Smyndridem, Sybaritẽ, Syritanum, Damaſum, quos ab Italia ad certamen veniſſet ſcribit. Venerunt eodẽ teſte ex Ionio ſinu Amphimneſtrus Epidamnius, Aetolus, Meges. E Peloponneſo Leocides Phidonis Argiuorũ tyrãni filius. Amianthus, Archas, Laphanes, Heleus. Ex Attica Megacles Alcmeonis filius. Ex Ethruria Lyſanias. E Theſſalia Diactorides, Crannonius. Ex Moloſſis Alcon. Conuenerant aũt in Græciam, vt in Olympico certamine vires ſuas oſtentarent, quoniam pater puellæ Cliſthenes Ariſtonymi filius ꝓclamauerat, ei ſe daturum filiam, quẽ in certamine præſtantiſſimum reperiſſet.

¶ Proci Hippodamię Oenomai filię numerant̃ Marmax, Alcathus Parthaonis filius, Euryalus, Eurymachus, Crotalus, Acrias Lacedæmonius, Capetus, Lycurgus, Laſius, Chalcodus, Tricolonus, Ariſtomach⁹, Prias, Pelagus Aeolius, Cromius, Erythrus Leuconis filius. Alii tñ enumerantur Merinnes, Hippotous, Pelops, Opontius, Acarnan, Eurymachus, Eurylochus, Automedon, Laſius, Chalcon, Tricoronus, Alcathus, Ariſtomachus, Crocalus. Cælius ſcribit Marmaca omnium primum veniſſe Hippodamiæ procum, & ante alios ab Oenomao necatum. Equaſq́ eius tradunt vocatas Partheniam & Eripham, quas quum iugulaſſet Oenomaus, iuſſit ſepeliri.

¶ Abſente Vlyſſe proci ex diuerſis locis conuenerunt, vt caſtitati Penelopes inſidiarentur, fueruntq́ Dulichii. 52. Samii. 24. Zacynthii. 20. Ithacẽſes. 12. ex quibus hi ab Homero nominantur. Antinous, Eurynous, Eurymachus, Leocritus, Neſo, Pyſander, Heſippus, Agalus, Leocles, Ampinomus, Demotholomeus, Medon præco, Euphemus Cytharœdus. Quos oẽs reuerſus Vlyſſes occidit. Qui

diana Penelope nõnullos his verbis enumerat. Dulichii, Samiiq;, & quos tulit alta Zacynthos Turba ruunt in me luxuriosa proci. Quid tibi Pisandrum, Polybon, Medontaq; dirum Eurymachiq; auidas, Antinoiq;, manus Atq; alios referam? quos oẽs turpiter absens Ipse tuo partis sanguine rebus alis. Irus egens, pecorisq; Melanthius author edendi Vltimus accedunt in tua dãna pudor. De Antinoo Propertius libro quarto meminit Penelopem quoq; neglecto rumore mariti, Nubere lasciuo cogeret Antinoo.

Fuit Hippomenes vnus ex procis Atalantæ virginis Arcadicæ, quæ cum amatoribus certabat cursu. Vnde Statius libro primo Syluarum. Vidi ego & immiti cupidum decurrere campo Hippomenen. Hippomenes.

Claudianus libro primo de raptu facit Martẽ & Apollinem Proserpinæ (priusq̃ a Plutone rapta fuisset) procos, vbi ait. Personat aula procis, pariter pro virgine certant. Mars donat Rhodopen, Phœbus largit Amyclas, Mars clypeo melior, Phœbus præstantior arcu. Virgilius, Ouidius, & Ausonius inter procos Didonis numerant Hiarbã Getulorum regem. Propterea Dido ipsa apud Ausonium sic loquitur. Sed furias fugiens, atq; arma procacis Hiarbę Seruaui fateor morte pudicitiam. Saxo grammaticus facit Otharum quendam fortissimum, procum Syritæ virginis pudicissimæ, Hildigisleum vero Theutonicum Sygnis puellæ, Sigari cuiusdam filiæ. Mars, Apollo. Didus Proci. Otharus. Hildigisleus.

Riuales, seu eiusdem puellæ amatores,

Anausis (de quo meminit Vale. Flaccus li. 6. Argon.) riualis fuit Stiri Albani. Stirus.

Excandescit Catullus in Raudum riualem, vt puellæ suæ furem, vbi ait, Quæ nam te mala mens miselle Raude Egit præcipitem in meos iambos? Raudus.

Idem Catullus ægrefert Lesbium riualem sibi ob pulchritudinem a Lesbia prępositum, abi ait. Lesbius est pulcher, quid ni, quem Lesbia malit, Quam te cum tota gente Catulle tua. Idem Catullus vocat Mamurram Phormianum & Cæsarem socios riuales, Quam durũ sit autem Lesbius.

Quã durũ sit Riualẽ pati.

& intolerabile riualẽ pati, Propertius docet illis versibus.
Te socium vitæ, te corporis esse licebit.
Te dominum admitto rebus amice meis.
Lecto te solum, Lecto te deprecor vno,
Riualem possum non ego ferre Iouem.

¶ Raptores diuersarum puellarum.

1 Pluto rapuit proserpi.	13 Catheus Siliam
2 Eurytus Hippodamẽ	14 Tlepolemus Astio.
3 Theseus Ariadnen	15 Aiax Telamonius Tecmessam
4 Paris Helenam	16 Iason Medeam
5 Tarquinius Lucre.	17 Hercules Pyrenen
6 Telamon Hesionen	18 Iupiter Aeginam
Achilles Briseidam. & Diomedam	19 Castor Phœben Pollux Ilairam
7 Boreas Orithyiam	20 Apollo Marpissam
8 Romulus Hersiliã & Sabinas	21 Axus perhibiam
9 Pyrrhus Androma.	Iupiter Europen
10 Aiax Cassandram	Hercules Augen
11 Nessus Deianyram.	Dryope Hylam
12 Apharetus marpissam	22 Cephisus Liriopen



1 Rapuit Pluto Proserpinam, Cereris filiã, vnde à Claudiano ĩfernus raptor dicitur. Ouidius. Raptor agit currus, & noĩe quẽq; vocando Exhortatur equos. Syllius li. 14. Hac Stygius quondam stimulãte cupidine raptor Ausus adire diem, mœstoq; Acheronte relicto, Illicitas egit currum per inania terras. Tum rapta præceps Ennæa virgine cessit. Pontanus de stellis. Hinc ẽt Graii vates, Aetneia furta, Et raptus Siculæ toties fleuere puellæ.

2 ¶ Eurytus Cẽtaurus Hippodamen rapuit. Ouidius li. 12. Eurytus Hippodamen, alii quam quisq; probabat, Aut poterat rapiunt.

3 ¶ Theseus Ariadnen Minois regis filiã, & Helenã ipsam, priusq̃ Paris non offensa tñ eius virginitate. Ouidius. Te quoq; qui rapuit, rapuit Minoida Theseus. Idẽ. li. 1. de arte. Forma viros neglecta decet. Minoida Theseus Abstulit à nulla

a nulla tempora comptus acu. Rapuit & Anaxonam Troezeniam fœminam.

4 ℭParis Helenā, vnde fax belli Troiani secuta est. Ouidius lib. 1 2. Victus es a timido Graię raptore maritæ. Idē in Epistola Hermiones. Tyndaris ideo trans æquora ab hospite rapta Argolicas ꝑ se vertit in arma man⁹. Sidonius. Raptor depopulat⁹ ē Amyclas Prędā trans pelagus petēs sequacē.

5 ℭ Tarquinius sext⁹ Lucretię virginis Romanę pudiciciā ꝑ vim expugnauit. Cuius rei dolore manū sibi intulit puella. Hūc raptū graphice describit Ouidius li. 2. Fasto. Seneca in Octauia. Nata Lucreti stuprū sęui passa tyranni.

6 ℭTelamon Græcus Hesionē puellā Troianā & Achilles Briseida. Ouidius in Epistola Acontii. Aesionē Telamon, Briseida cepit Achilles, Vtraq; victorē nēpe secuta suū. Idē Achilles rapuit Diomedā Phorbantis filiā e Lesbo. Achilles.

7 ℭBoreas Orithyā filiam Erichthei Athenarū regis. Ouidius lib. 1. Eleg. Si satis es raptæ Borea memor Orithiæ. Propertius lib. 3. Infelix Aquilo raptæ timor Orithiæ.

8 ℭRomulus Sabinas & Hersiliā. Ouidius de arte. Primus sollicitos fecisti Romulę ludos. Quum iuuit viduos rapta Sabina viros. Pamphilus. Romani si forte duces rapuere Sabinas.

9 ℭPyrrhus Achillides Lanassam Herculis neptem, & Andromachen.

10 ℭAiax Oilei filius Cassandrā. Ouidius in Ibin. Vtq; ferox periit, & fulmine, & ęquore raptor.

11 ℭNessus Cētaurus Deianyram Herculis vxorem, vt scite docet idem Ouidius lib. 9.

12 ℭEuenus Martis & Stropæ filius ex Alcippa Oenomai filia Marpissam suscepit, quam Apharetus visam ex chorea rapuit. Author Plutarchus in Parallelis.

13 ℭSimili modo Catheus nobilissimus adolescens Saliam virginem Anii Tuscorum regis filiam adamauit vsq; ad raptum. Idem testis ibidem.

Tlepolem⁹ Astyothiā ex Ephyra Peloponesi vrbe rapuit.

14 ℭAiax Telamonis filius Tecmessam. Horatius. Mouit Aiacē Telamone natū Forma captiuę dominū Tecmessæ.

16 ℭIason Medeam Aeetæ Colchorum regis filiam, quam postea reliquit superinducta Creusa.

17 ℭHercules Pyrenem virginem Bebryciam, a cuius nomine montes Pyrenęi nomen sumpserunt. Sylius. Nomē Bebrycia duxere a virgine colles, Hospitis Alcidę crimē, qui sorte laborum Geryonis peteret quum longa tricorporis arua, Possessus Baccho sæua Bebrycis in aula Lugē dam famæ sine virginitate reliquit Pyrenen.

Pyrenęi montes unde nomen sumpserint.

18 ℭIupiter Aeginem rapuit prope Acrocorinthum.

19 ℭCastor Phœben, Pollux Ilairam sorores Leucippi filias. Propertius lib. 1. Non sic Leucippis succēdit Castora Phœbe, Pollucem cultu non Ilaira soror.

Pollux.

20 ℭApollo Marpissam Eueni filiam & Idæ vxorem. Idem Propertius. Non Idæ & cupido quondam discordia Phœbo Auecta externis Hippodamia rotis.

21 ℭAxus Oceani filius rapuit Perhibiam. ℭIupiter Europam. Seneca. Modo per fluctus raptam Europam, Taurū tergo portasse trucem.

22 ℭHercules Augen. Idem Seneca. Arcadia nempe virgo Palladios choros Dū nectit Auge, vi stupri passa excidit. ℭDryope Nympha Hylam.

23 ℭRapuit Cephisus fluuius Liriopem nympham, vt fabulantur poetæ, & ex ea suscepit Narcissum. Ouidius lib. 3. Meta. Cœrulo Liriope, quam quondam flumine curuo Implicuit, clausæq; suis Cephisus in vndis Vim tulit.

ℭNutrices diuersorum hominum.

1	Philix Domitiani	12	Eupheme musarum
2	Policha Oedipi	13	Amalthea Iouis
3	Barce Sichei		Melissa
4	Charme Scyllæ		Adrastea
5	Caieta Aeneæ		Ida
6	Beroe Semeles	14	Ino Bacchi
7	Aceste filiarum adra.	15	Hypsiphile arsinoes
8	Acca laurētia romu.	16	Caphyrna Neptuni
9	Nysa Bacchi	17	Spaco Cyri
10	Amycla alcibiadis	18	Euryclia Vlyssis
11	Hellanice Alexandri	19	Coryna Ariadnæ.

1 PHilix nutrix fuit Domitiani, quæ domini cadauer populari Sandapila per vespillones exportatū in suburbano suo latina via funerauit. Author Suetonius.

2 ¶Policha nutrix fuit Oedipi, quem pater Laius deuouerat, quod eius manu periturū se ab oraculo didicisset.

3 ¶Barce nutrix Sichei Phœnicū ditissimi & mariti Didonis. Virg. li. 4. Aene. Tum breuiter Barcen nutricem affata Sichei, Annam chara mihi nutrix huc siste sororem.

4 ¶Charme Scyllæ puellæ. Vnde Virgilius in Cyri. Illa aūt quid nunc me inquit nutricula torques.

5 ¶Caieta Aeneæ. Virg. lib. 7. Aen. Tu quoq; littoribus nostris Aeneia nutrix Aeternam moriens famam Caieta dedisti. Martialis. Seu placet Aeneæ nutrix, seu filia Solis.

6 ¶Beroe Semeles, quæ fuit mater Bacchi. Ouidius lib. 3. Meta. Ipsaq; erat Beroe Semeles Epidauria nutrix.

7 ¶Aceste nutrix fuit filiarum Adrasti. Statius lib. 1. Theb. Tunc rex longæuus Acesten (Natarum hæc altrix, eadem & fidissima custos) Imperat acciri.

8 ¶Accā Laurentiā Romuli fuisse nutricē testis est Plinius li. 18. Cap. 2. Itē Statius li. 1. Syl. Iā secura parēs Thuscis regnabat in vndis Ilia, portantē lassabat Romulus Accam.

9 ¶Nysa Bacchi fuit nutrix, quam Plinius ait sepultam fuisse prope Scythopolin.

10 ¶Habuit Alcibiades nutricem nomine Amyclam, vel (vt alii legunt) Amydam, Pædagogum vero zopirum. Testis Plutarchus in Lycurgo & Alcibiade. Amycla. Zopirus.

11 ¶Fuit & Hellanice nutrix Alexandri, teste Curtio.

12 ¶Eupheme nutrix fuit musarū, quę filium noīe Erotum suscepit Parnasi incolam, & venationi deditum.

13 ¶Amalthea & melissa iouem infantulum caprino lacte fouerunt, hinc orta fabula, qua poetæ nutritum à capra fabulati sunt. Pontanus. Post hinc & pecus Olenium, & Iouis inclyta nutrix. Alii tamen dicunt Iouem ab Adrastea & Ida Melissei filiabus nutritum, vt docet Erasmus in illo adagio. Copiæ cornu. De Melissa Pontanus lib. 1. de amore Coniugali. Qualem quum teneris lac instillaret alūnis, Spirabat niueo dia Melissa sinu. Melissa. Prouerbiu

ii

24 ¶ Ino fuit nutrix Bacchi. Ouidius i Ibin. Vt teneri nutrix, eadem matertera Bacchi. Statius lib. 2. Syl. Quid te post cineres deceptaq; funera, matris Tutius Inoo reptantem pectore Bacche? Ammonius grãmaticus ponit Fesulã vnã e Bacchi nutricibus.

25 ¶ Archemorus filius Lycurgi regis Thracum nutricẽ habuit Hypsiphilem, quæ quum infantem in herba reliquisset, depastus est a serpente, Statio authore.

26 ¶ Caphyrna seu Calphurnia Oceani filia Neptunum educauit vna cum Rhodiis. Testes Annius in Berosum, & Calderinus in Statium.

27 ¶ Spaco nutrix fuit Cyri, quæ dictio quoniam mædorũ lingua canem significat, factum est, vt Cyrus creditus sit nutritus a cane. Testis Herodotus in Clio.

28 ¶ Eryclea seu Euryclia nutrix fuit Vlyssis, de qua Ouidius in Epistola Penelopes intelligit, dicens, Hoc faciunt custosq; boum, longæuaq; nutrix.

29 ¶ Coryna nutrix fuit Ariadnæ, quam rapuit Theseus, author Plutarchus.

¶ Plinius lib. 28. Cap. 7. Sotyram & Salpem obstetrices facit, quarum etiam placita in quibusdam morborum remediis citat. Idem lib. 32. Cap. 6. de Salpe meminit.

¶ Ancillæ quædam.

1 Cibale Simili
2 Lathris Cinchiæ
3 Cypassis
4 Phyllis phocei
Bryseis Achillis
5 Galantis Alcmenæ
6 Ocrysia Tanaquilis
7 Tecmessa aiacis
8 Næra Cleopatræ
Charmione
9 Agar Abrahæ
10 Gyge parysatis
11 Tressa Thaletis
12 Rhodope Iadmonis
13 Elos athamantis
14 Chionia Anastasiæ
15 Lardana
16 Titula
17 Plecusa Dianæ
18 Melissa
Lagopice
Proconnesia

1 Cybale ancilla fuit pauperis cuiusdam Simili, cuius paupertatem Virgilius describit in Moreto, Idem ibidẽ. Exuit interea Cybale quoq; sedula panem.

2 Lathris ancilla fuit Cynthiæ Propertianæ. Idem lib. 4. Deliciæq; meæ Lathris, cui nomen ab vsu est.

3 Cypassis ancilla fuit Corinnæ. Ouidius lib. 2. Eleg. Comendis in mille modis perfecta capillis, Comere sed solas digna Cypassi deas.

4 Phyllis Troiana Phocei, Bryseis Achillis. Horatius, Ne sit ancillæ tibi amor pudori Xanthiæ Phoceu, prius insolentem Serua Bryseis niueo colore Mouit Achillem. Bryseis.

5 Galantis ponitur ab Ouidio ancilla Alcmenæ matris Herculis lib. 9. vbi ait. Vna ministrarum media de plebe Galantis Flaua comas aderat faciendis strenua iussis.

6 Plinius lib. 36. Cap. 27. facit Ocrisiam Tanaquilis reginæ ancillam. Huius vultum obscurare, nec mores fortuna potuit, Plutarcho teste de Romanorum Fortuna. Ocrisia.

7 Tegmessa Aiacis Telamonii. Cassandra Agamēnonis. Horati⁹. Mouit Aiacē Telamone natū forma captiuę dñm Tecmessę, Arsit Atrides medio i triūpho virgine rapta. Cassandra.

8 Naæra & Charmione duæ fuerunt Cleopatræ ancillæ, quæ spontaneam dominæ mortem secutę sunt, ac suis gladiis se confoderunt. Author Plutarchus. Charmione.

9 Agar ancilla fuit Abrahæ, a cuius nomine Agareni dicti sunt, qui & Sarraceni a Sarra eiusdem Abrahæ vxore nominantur. Iosephus lib. 1. Antiquitatum. Agareni.

10 Gyge ancilla fuit Parysatis reginæ Persarum & matris Cyri. Author Plutarchus.

11 Thressa Thaletis fuit ancilla, quę Thaletem ipsum in foueā collapsum obiurgasse dicitur, quod cœlestia scire cuperet, quum ne prospicere quidem potuisset, quæ ad pedes essent. Author Theodoricus Cyrensis.

12 Herodotus in Euterpe scribit Rhodopen Thraciā ancillam fuisse Iadmonis Samii.

13 Elos ancilla fuit Athamantis, a cuius nomine dicta est vrbs Achaiæ Alos. Alos.

14 Chiona beatæ Anastasiæ fuit ancilla.

15 Lardana apud Herodotum nomen est ancillæ, a qua fluxerunt Heraclidæ.

16 Titula seu Philotis nomen est ancillæ Romanæ apud

Plutarchũ in Camillo, & apud Macrobiũ li. 1. Saturnaliũ.

17 ¶Plecusa fuit ancilla Dianę, de qua Martialis li. 2. Et ceci dit sectis icta Plecusa comis. Ancillas Dianæ ponit Ouidi⁹ li. 3. Meta. dicẽs. Ismenis, Crocale sparsos p colla capillos Colligit i nodũ, quis erat ipsa solutis. Excipiũt laticẽ nymphęq;, hyalęq;, rhanisq;, Et psecas, & Phiale, fundũtq; capacib⁹ vrnis. Apud eũdẽ lib. 7. Lagopice nomẽ ẽ ancillæ.

18 ¶Chrysippus p̃hs adeo fertur intentus fuisse argutiis logicis, vt ad mensam etiam fame periturus fuerit, nisi ancilla Mellissa cibum in os ingessisset.

¶Proconnesia ancilla est apud Pliniũ, q̃ eiusdẽ diei coitũ alterũ dño similem, alterũ procuratori eius peperit.

¶Eunuchi & Spadones.

¶Aristonicus fuit Eunuchus Ptolemęi. Phileterus Lysymachi. Dorotheus p̃ful Antiochen⁹ natura fuit Eunuch⁹. ¶Fauorinus quoq; p̃hs Arelate oriundus fuit Eunuchus Hadriano principi maxime infensus. Propterea tria de se mira p̃dicabat, se Galliũ Græcissare, Eunuchũ mœchũ putari, inimicũ imperatori viuere. Hyacinthus & Proth⁹ Eunuchi fuerũt Eugenię filię pręfecti sub Maximiano.

¶Narses fuit Eunuchus Iustiniani principis cubicularius, ẽ Cartulario & Bibliopola princeps copiarum factus post Belisariũ, q multis rebus pręclare gestis tãdẽ siue inuidia siue fortuna, siue populi accusatiõe in odium Iustiniani & eius vxoris deuenit, adeò vt imperator lr̃as ad eũ dederit plenas ignominię, q̃bus eũ monebat, vt ad coliũ, pensum, & lanas rediret. Tũ ille iratus, ducam (inquit) tale pẽsum, talemq; ordiar telam, quam non facile sit vobis explicare. Itaq; vt iniuriam vlcisceret, Longobardos Romam iãdiu inuadere cupientes cõuocauit. Paulus Diaconus.

¶Parthenius & Calocerus Eunuchi Tryphonię vxoris Decii, martyres facti sunt sub eodem principe. ¶Ananias, Azarias & Misael pueri nobiles, natiõe iudęi fuerũt, quos Nabuchodonosor captos duxit Babylonẽ, & ibidẽ castrauit, deditq; Aphanã Eunuchorum p̃fecto. ¶Paronetenus fuit Spado, quem Plinius ait ingẽti precio fuisse emptum. ¶Arnaces Eunuchus fuit, quem Themistocles accepit in

deditionē. Plutarchus in Aristide. ❡Tyreus Eunuchus fuit & cubicularius vxoris darii. ❡Didymus fuit quispiam Eunuchus, qui vxoris suę copiā oībus faciebat, vt eo ditesceret mō. ❡Photinus fuit Eunuchus Ptolemęi q in gratiam Cæsaris victoris, Pompeium suasit interimendū, Lucanus. Ausus; Pompeium Letho dānare Photinus. ❡Ganymedes fuit Eunuchus & nutricius Arsinoes, de quo Lucanus lib. 10. A famulo Ganymede dolis peruenit ad hostes Cæsaris Arsinoe. ❡Bagoas fuit spado, qui Alexandrum obsequio corporis sibi deuinxit. Author Cælius.

❡Cor. Tacit[9] scribit Pelagonē fuisse Spadonē, quē Nero Cēturioni & manipulo ministrū regiū pposuerit. ❡Possidius fuit Eunuchus Messalinæ vxoris Claudii Tiberii, cui īperatrix ipsa, post triūphum Britannicum inter militariū fortissimos arma insignia tanquā participi victoriæ dono dedit. Author Sex. Aureli[9]. Hic a Iuuenale dicit̄ Posides, saty. 14: vbi ait. Vt spado vincebat capitolia nr̄a Posides. ❡Sporus fuit Spado Neronis, quem Nero ipse exectū formare in mulierem tentauerat. Hic dominum iuuit ad inferendam sibi mortem. Sextus Aurelius. ❡Fuit Menophilus Mithridatis Pontici regis Eunuchus. Author Ammianus Marcellinus. ❡Amantius fuit Eunuchus Iustini Imperatoris. ❡Hermotimus Xerxis. Author Herodotus.

❡Candaces Aethiops natione fuit Eunuchus & Christi discipulus ❡Sylla & Cotta cum vnico testiculo nati sunt. Author Blondus. ❡Halotus fuit Eunuchus Agrippinæ, & pręgustator Cæsaris Claudii, qui suasu imperatricis, boleto medicato dn̄m interfecit. Author Suetonius. ❡Bochis Eunuchus fuit Statyræ & Rhoxanæ sororū Mithridatis.

❡Bagous à Persis dicitur spado, hinc Ouidius. Quem penes est dominam seruandi cura Bagoe.

❡Hermias Eunuchus fuit trapezitæ cuiusdam, qui Athenas p̄fectus, Platonē, Aristotelem'q; audiuit. Strabo li. 13.

❡Incestuosi.

1 Anchemolus	2 Artaxerxes	3 Tereus
Casperia	Atossa	Philomela

4 Menephron
5 Caunus
Biblis
6 Myrrha
Cynara
7 Macareus
Canace
8 Cleopatra
9 Themison
10 Oedipus
Iocasta
11 Cydon
12 Thyestes
Europa
13 P.Clodius
14 Secundus phs
15 Antiochus
16 Stratonice
17 M.Antonius
Faustina
18 Ant.Caracalla
Iulia
19 Ptolemæus
Berenice
20 Theodoricus
21 Capronia
22 C.Caligula
23 Commodus
24 Aufilena
25 Nereus
Doris
26 Phœnix
27 Phinidæ
Cleopatra
28 Pto.Philadel.
Arsinoe
29 Hypermestra
30 Hæmon
Rhodope
31 Leucon
32 Armitus
Medulina
Cyanippus
Cyane
33 Valeria
Valerius
34 Papyrius
Canusia
35 Gidica
Phædra
36 Tucia
37 Sysimibritas
38 Agrippina
39 Perdix
Polycaste
40 Claudius Cæsar
Agrippina
41 Io.Armeniacẽsis
42 Cambyses
43 Scythes
Opœa
44 Philippus
Christiana
45 Nycteus
Nyctimene
46 Domitianus
Iulia
47 Crispinus

EXPLANATIO.

1 ANchemolus filius Rheti Marrhubiorum regis nouercam suam Casperiam stuprauit. Virgilius lib. 10. Hinc Sthelenum petit, & Rheti degente vetusta Anchemolum thalamos ausum incestare nouercæ.

2 ¶ Artaxerxes puellã Atossam pditissime adamauit, Quo factũ est, vt post frequentẽ veneris cõsuetudinẽ, eã in matrimoniũ duxerit, cõtẽptis Grecorum legib9, author Plut.

3 ¶ Tereus rex Thraciũ Martis filius ex Bistonide Nympha, Philomelam filiam Pandionis regis Athenarum, vxoris suæ Prognes sororẽ stuprauit. Ouidius li. 6. Meta. Fassusq; nefas & virginem & vnam Vi superat, frustra clamato sæpe

parente. Ausonius, Intulit incestam tibi vim Philomelā fe/rus Trax.

4 ℂ Menephron iacuit cum matre. Ouidius li. 7. Metamor. Dextera Cyllene est, in qua cum matre Menephron Concubiturus erat sæuarum more ferarū. Quintianus in Cleo pol. Flagret si matris amore Menephron.

5 ℂ Caunus Mileti ex Cyane filius, quū esse forma libera/li, adamatus est a sorore Biblide ad incestū vsq;, cuius pœ/nitētia postea se interfecit. Ouidius lib. 9. Biblis Apollinei correpta cupidine fratris Nō soror vt fratrem, nec qua de bebat, amauit. Idem lib. 1. de Arte Biblida quid referam, vetito quæ fratris amore Arsit, & est laqueo fortiter vlta nefas? Architrenius. Biblisq; sororia fratri. Alii dicunt Bi/blidem ab ipso Cauno repulsam sibi mortem intulisse. Pe/trarcha. Biblida qui vetito cantaret amore furentē. Calen/tius. Quas non per terras, quæ non per littora Biblis, Teq; tuamq; gemēs Caune secuta necem est?

6 ℂ Myrrha Cynaræ Cypriorum regis filia, rem habuit cū patre, & ex eo cōcubitu suscepit Adonidem. Ouidius lib. 10. Accipit obscœno genitor sua viscera lecto Virgineosq; metus leuat, hortaturq; timentem. Plena patris thalamis excedit, & impia diro Semina fert vtero, conceptaq; cri/mina portat. Stroza pater, Et ignaro subdita Myrrha pa/tri. Architrenius. Hic patris amplexus vsurpat Myrrha. Ca/lentius. Myrrha patris vetitum potuit temerare cubile. Propertius lib. 3. Crimen & illa fuit patria succēsa senecta, Arboris in frondes condita myrrha nouæ.

7 ℂ Macareus filius Aeoli rē habuit cū sorore Canace. Oui dius li. 1. Trist. Nobilis est Canace fratris amore sui. Idem in Epistolis. Canaces. Cur vnq̄ plus me frater quam frater amasti? Et tibi non debet quod soror esse, fui? Idē in Ibin. Vtq; sua Macareus, sic potiare tua. Idem. Biblidos & Ca/naces sicut facis ardeat igne, Nec nisi per crimē sit tibi fida soror, Calentius. Tentauit Canace fratria fulchra soror.

8 ℂ Cleopatra à fratre (quem pro marito habebat) polluta est. Vnde Lucanus lib. 8. Degener incestæ sceptris cessure sororis. Et lib. 10. Miscuit incestam ducibus Ptolemæida

noſtris, Idem. Nupſit ſoror impia fratri, id eſt Ptolemæo. Sidonius. Profugiſq; bibax Antonius armis inceſtam vacuat patrio Ptolemaida regno.

ℭ Martialis ſcribens ad Fabullum lib. 12. arguit Themiſonem quendã inceſtus cum ſorore, vbi ait. Quare non habeat Fabulle quæris Vxorem Themiſon? habet ſororem.

10 ℭ Oedipus mortuo patre Laio (quem ignotum occiderat) neſcius, & imprudens duxit Iocaſtam matrem ſuam, ex qua ſuſcepit Etheoclem & Polynicem. Statius lib. 1. Theba. Scandere quinetiam thalamos hic impius hæres Patris, & immeritæ gremium inceſtare parentis Appetiit, ꝓprios monſtro reuolutus in ortus. Ouidius in Ibin. Nec plus aſpicias, quam quem ſua filia rexit, Expertus ſcelus eſt cuius vterq; parens. Claudianus in Eutropium. Oedipodes matrem natam duxiſſe Thyeſtes Cantatur. Idem in Ruffinum. Hac auſpice tædæ Oedipodem matri, natæ iunxere Thyeſten. Idem apud Senecam ſic inducitur loqui. Occidi patrem, ſed matrem amaui, proh loqui hymenæum pudet. Idem quoq; ſcribit. Egit in ortus ſemet, & matri impios fœtus regeſſit, quiq; neq; mos eſt feris fratres ipſe ſibi genuit.

11 ℭ Statius lib. 9. Theb. ait Cydonẽ quendã adamatũ a ſorore, Eius verba ſunt hęc. Et male dilectum miſere Cydona ſorori.

12 ℭ Thyeſtes rem habuit cum Europa fratris vxore, & cum Pelopeia filia. Ouidius. Filia ſi fuerit, ſit quod Pelopeia Thyeſti, Myrrha ſuo patri, Nyctimeneq; ſuo.

13 ℭ M. Tullius Cicero poſtulauit P. Clodium inimicũ inceſtus cum ſororibus. Ait enim eum non pluris feciſſe bonã deam, quam tres ſorores. Plutarchus & Valerius de Luxuria authores. Cicero quoq; lib. 1. Epiſtolarum ad Atticũ, multis in locis de hoc Clodii inceſtu meminit.

14 ℭ Secũdus philoſophus quum matri neſcienti eſſe filiũ, ſe cõmiſcuiſſet, & illa facto cognito ſceleris horrore intuliſſet ſibi mortem, ipſe quoq; quum inceſtus pœnitẽtia, tum dolore maternę mortis æternũ tacuit, vt vlciſceret vocẽ, qua in cõcubitu matri innotuerat. Author Diogenes.

15 ¶Antiochus Sother rex Syriæ, quum Stratonicē nouercam impatienter deperiret, indulgentia patris obtinuit. Author Volaterra. in Geogra.

16 ¶M. Antonius imp. consuetudinem veneris habuisse dicitur cū Faustina sorore, ex qua & Lucillam genuit, quā L. Antonio fratri copulauit.

17 ¶Antonius Caracalla imp. quum Iuliam nouercā impotenti amore deperiret, Vellē inquit si liceret. Quibus verbis ostendebat se eius concubitū appetere. Tū illa, si libet, licet, respondit, Leges dat imperator, non accipit. Quibus verbis audacior factus Caracalla, nouercam ipsam sibi copulauit, cuius filium Getam paulo ante interfecerat. Authores Sextus Aurelius, & Aelius Spartianus.

18 ¶Ptolemæus Euergetes Berenicem sororem adamatam in matrimonium duxit.

19 ¶Theodoricus Francorum rex fratris a se interfecti filiam duxit in vxorem.

20 ¶Fuit & Ioui deorum maximo stupri frequens consuetudo cum Cerere & Iunone sororibus, vt volunt poetæ, q quum deorū furta carminibus suis detegunt, nihil aliud faciunt quam quod indicant non esse iis credendū, quos stupris, incestibus, & adulteriis contaminatos docent.

21 ¶Capronia virgo Vestalis cōpta icest⁹, laqo suffocata est.

22 ¶Caligula tres sorores suas stupro contaminauit, ob quē incestū Iouem se vocabat. Authores Sex. Aurelius & Trāquillus, cuius verba sunt hæc. Cum oībus sororibus suis stupri consuetudinē fecit, plenoq; conuiuio singulas ifra se vicissim collocabat, vxore supra cubante. Ex his Drusillam viciasse virginem prætextatus adhuc creditur.

23 ¶Commodus quoq; iperator (qui natus est eo die, quo Caligula) sorores constuprauit, concubinasq; sub oculis suis constuprari ab amicis iubebat. Lampridius.

24 ¶Aufilena quædam proscindit a Catullo, quod patruo se prostituisset, & ex eo genuisset liberos. Hæc sunt eius verba. Aufilena viro contenta est viuere solo Nuptarum laus est laudibus eximiis, Sed cuiuis quāuis potius succūbere fas est. Quam matrem fratres efficere ex patruo.

25 ℭFabulant̃ poetę Nereũ maris deum, iacuisse cũ Doride sorore, & ex ea suscepisse Nymphas, quas Nereides vocãt.

26 ℭPhœnix Amyntoris filius rẽ habuit cum patris pellice, Author Domitius Calderinus in Ibin Ouidii.

27 ℭPhineus duos habuit filios, qui nouercam Cleopatrã Dardani Scytharum regis filiam violarunt. Vnde & à patre excæcati sunt. Ouidius in Ibin.

28 ℭPtolemęus Philadelphus stupri cõsuetudinẽ fecit cum Arsinoe sorore, vt Herodes Antipas cũ Philippi frīs vxor̃.

29 ℭHypermestra cõcubitũ fratris (quẽ deperibat) nocturno tpe assecuta est. Ouidius ĩ Ibin. Q uæq; sui Venerẽ iunxit cũ fratre mariti Locris in ancillę dissimulata necem.

30 ℭHæmon Rhodopen filiã ꝓ vxore habuit, Diis incestũ vindicãtib⁹ ambo ĩ montes ꝯuersi sunt. Ad qđ allusit Ouidi⁹ in Ibin dicẽs. Nec tibi si qd amas, fęlici⁹ Hęmone cedat.

31 ℭLeucon interfecit Oxilochum regem Ponti fratrẽ suũ, vt eius vxore frueretur.

32 ℭAriũtius quũ Bacchi sacra despicaret̃, vlciscẽte numine ĩ ebrietatẽ lapsus, filiã Medullinã corrupit. Q uod ægre ferens puella, patrẽ ipsum ĩterfecit. Plutarchus in Paralellis. ℭIdẽ quoq; ꝯtigit Cyanippo, q vlciscẽte Baccho (cui⁹ sacrificia itidẽ spnebat) lapsus ĩ ebrietatẽ, Cyanen filiã stuprauit, a qua postea ĩterfect⁹ est. Author Plutarch⁹ ĩ Paral.

33 ℭValeria Tusculana Valerio patri (quem deperibat) fraude ancillę concubuit. Q uod vbi resciuit Valerius, intulit sibi mortem. Idem Author.

34 ℭPapyrius Romanus noĩe, Papyrii volucris filius, sororẽ noĩe Canusiã grauidã fecit. Rei certior factus pr̃, vtriq; gladiũ misit, quo se interfecerũt. Author Idẽ Plutarchus.

35 ℭGidica Pomminii Laurentini vxor, Cõminiũ priuignũ adamauit vsq; ad incestũ. A quo repulsam passa, laqueo se suspendit, Quo mortis genere periit Phœdra, ab Hippolyto priuigno itidẽ spreta. Testis idẽ Plutarchus in Paral.

36 ℭLuciam virginem Vestalem incestã fuisse testis est Plinius lib. 28. Capite. 2.

37 ℭSysimithritas Persarum satrapes duos ex matre liberos suscepit. Nam Authore Curtio, apud Persas parentibus

ftupro coire cum liberis fas eft.

38 ¶Scribit Cor. Tacitus Agrippinam fe plerunq; ad inceftũ obtuliffe Neroni filio, quũ p vinũ & epulas incalefceret. Agrippina

39 ¶Perdix venator fuit infando matris Polycaftes amore correptus, quam & contaminauit, Vnde perdicis libido abiit in prouerbium, pro efferata, turpi, atq; infami. Author Cælius. Prouerbiũ

40 ¶Claudius Cæfar Agrippinam Germanici fratris filiam nouercam duobus liberis fuperinduxit, cuius infidiis & venenis poftea interfectus eft. Sextus Aurelius

41 ¶Ioannes Armeniacenfis fororem fuam duxit vxorem. Author Pontanus de Obedientia.

42 ¶Herodotus fcribit Cambyfem regem Perfarum, vni ex fororibus ftuprũ itulifle, eaq; mortua, alterã iuniorẽ itidẽ violaffe & vxorẽ duxiffe, quam poftea interfecerit. Cambyses.

43 ¶Scythes rex Scytharum Opœam nouercam duxit in matrimonium. Athor idem Hero.

44 ¶Philippus frater Alfonfi decimi Hifpaniæ regis, Chriftianam Daciæ regis filiam & fratris fui vxorem fibi per vim copulauit, fpreta religione, ac facerdotio, quum effet abbas & præful Hifpalenfis.

45 ¶Nycteus rex Aethiopiæ cum Nyctimene filia concubuit. Ouidius lib. 2. Meta. An quæ per totam res eft notiffima Lefbon Non audita tibi eft patrium temeraffe cubile Nyctimenen, auis, illa quidem, fed confcia culpæ Confpectũ, lucemq; fugit, tenebrifq; pudorem Celat & a cunctis expellitur æthere toto.

46 ¶Domitianus Iuliam Titi fratris filiã adamauit, coegitq; ad abigendum conceptum, vt culpam tegeret. Vnde Iuuenalis fatyra fecunda. Qualis erit nuper tragico pollutus adulter Cõcubitu, q tunc leges reuocarat amaras, Omnibus atq; ipfis Marti, Veneriq; timendas, Quum tot abortiuis fœcundam Iulia vuluam Solueret.

47 ¶Iuuenalis Satyra quarta, Accufat Crifpinum quod virginem veftalem ftuprauerit. Hæc autem eius verba. Corruptor & idem Inceftus, cum quo nuper vittata iacebat, Sanguine adhuc viuo terram fubitura facerdos. Crispinus.

Adulteri & adulteræ.

1 Paris	13 Ioānes duodecimus	26 Constantinus
Helena	14 Vgolinus	27 Cæsar
2 Aegysthus	Isabella	Posthumia
Clytemnestra	15 Lug. Gonzaga	Lolia
3 Leuina	Messalina	Tertulla
4 Thelesina	16 Fabia	Mutia
Proculina.	Petronius	Seruilia
Lectoria	17 Vectius valens	Iunia
Aufilena	18 Eudemus	28 Augustus
5 Hippia	Liuia	Terentilla
6 Pompeia	19 Alcibiades	Drusilla
7 Agrippina	Thimea	Saluia
8 Domitianus	20 Sallustius	Citiscenia
Christheis	21 Phaon	29 Frigga
9 Dauid	22 Molurus	30 Deuteria
Bersabea	23 Phauorinus	31 Dagulphus
10 Conradinus	24 Phocas	32 Aelepus
11 Egica	25 Zoe	33 Gyges
12 Limone	Michael paphla(go)	34 Aripertus

EXPLANATIO.

1 Aris, quod Helenam Menelai vxorem rapuerit, & Helena quod maritum reliquerit, inter adulteros numerantur. Ouidius in Epistolis, Sit facie quamuis insignis, adultera certe est, Deseruit socios hospite capta deos. Idem. Quid petitur tanto nisi turpis adultera bello? Hora. Iam nec lacenæ splendet adulteræ Famosus hospes.

2 Clytemnestra amore Aegysthi, quo cum mœchari cōsueuerat maritum Agamēnona Troia redeuntem interfecit, Propertius lib. 3. Quid ve Clytemnestre, propter quā tota Mycenis Infamis stupro stat Pelopęa domus. Ouidius lib. 1. de remedio. Quæritur Aegysthus, quare sit factus adulter, In promptu causa est, desidiosus erat. Stroza pater. Ars fit in Aegystho furiosi mater Orestis.

3 Martialis arguit Leuinam mulierem, quod casta vene-

pit Baias,& adultera redierit.Hęc eius verba.Incidit in flā-
mas veneremq́ꝫ secuta relicto Coniuge, Penelope venit,
abitq́ꝫ Helene.Idem quoq́ꝫ arguit adulterii Paulam aliam
fœminam.

4 ℭIdem lib. 1.de Thelesina,scribit.Vxorem nolo Thelesi-
nam ducere,quare?Mœcha est.Sed pueris dat Thelesina,
volo.Idē lib.6.Et nubit decimo iam Thelesina viro.Quæ
nubit toties non nubit,adultera lege est.

ℭProculina quoq́ꝫ,Lectoria,& Gellia ab eodē notantur
vt adulteræ,vt à Catullo notatur Aufilena.

5 ℭHippia,Iuuenalis.Promptius expediam, quot amaue-
rit Hippia mœchos.

6 ℭSuetonius scribit Iulium Cęsarem diuortiū fecisse cum
Pompeia vxore Q.Pompeii filia & Syllę nepte,qđ fama
ferret,eā à P. Clodio inter sacra bonæ deæ adulteratam.

7 ℭIulia Agrippina mater Neronis adulterii consuetudinē
fertur habuisse cum Domitiano.Iuuenalis.Quū tot abor-
tiuis fœcundam Iulia vuluam Solueret.

8 ℭHomerus poetarū maximus natus est ex adulterio ma-
tris Critheidis,virginis Cumanę.Author Plutarchus.

9 ℭDauid lumen sapientiæ,& religionis speculum cū Ber-
sabea vxore Vriæ adulterium commisit,cui sceleri adiecit
ipsius Vriæ mortem,quem bello perdendum exposuit.

10 ℭConradinus īperator Cōradi filiꝰ, vt vxore comitis Ca
sertani potiret,virū honoris spē ablegauit. Volaterranus.

11 ℭEgica rex Hispaniæ Fafillam ducem Tudensem(vt eius
vxore potiretur)interfecit.

12 ℭHippomenes filiam Limonem in adulterio deprehen-
sam equo famelico deuorandā exposuit.Ouidius in Ibin.
Solaq́ꝫ Limone pœnam ne senserit illam , Et tua dente fe-
rox viscera carpat equus. Idem. Vtq́ꝫ nouum passa est ge-
nus,Hippomenia pœnæ.

31 ℭQuū turpissimū sit ab his virtute nos supari,quos ante
cellimꝰ dignitate,nihilominꝰ Ioānes duodecimꝰ Pōt.max.
exuta mora hōestate,relegataq́ꝫ verecūdia greges meretri
cū aluit.Quibꝰ flagitiis nō defuit vltio.Ad extremū enī de
phēsus in adulterio ibidē īterfectꝰ est. Platina,& Sabellicꝰ.

14 ℭVgolinus Gonzaga princeps Mantuę cũ Isabella vxo-re Luchini Vicecomitis Italię mœchatus est. Volaterran.

15 ℭLudouicũ Gonzagã in adulterio deprehensum Mantuani capite punierunt.

ℭMessalina vxor Claudii Tiberii primo clam, mox passim quasi iure adulteriis vtebatur. Ex quo facto plures metu abstinentes extincti sunt. De hinc atrocius accensa nobilissimas quasq; nuptas & virgines turpitudinis suæ comites delegit, coegitq; mares vt adessent. Quod si quis recusaret, ficto crimine in ipsum, omnemq; eius familiam iubebat sæuiri. Quinetiam (quod turpius est, multo) prouocauit ad lecti palęstram vnam ex ancillis, quæ meretricio quæstu victum sibi quæritabat. Sextus Aurelius. De hac Iuuenalis Satyra sexta. Claudius audi. Quæ tulerit, dormire virũ quum senserat vxor, Ausa Palatino tegetẽ præferre cubili Sumere nocturnos meretrix Augusta cucullos Linquebat, comite ancilla non amplius vna, Et nigrũ flauo crinen abscondente galero Intrauit calidum veteri centone lupanar. Et cellam vacuam atq; suam, tunc nuda papillis Excepit blanda intrantes, atq; æra poposcit. Mox lenone suas iam dimittente puellas, Tristis abit, sed quod potuit tantum vltima cellam Clausit adhuc ardens rigidæ tentigine vuluæ, Et lassata viris nondũ satiata recessit.

16 ℭFabia Fabii Fabricani vxor dum Petronium Valentinũ liberali forma adolescentẽ (quo cum adulterii consuetudinem habebat) maxime deperiret, maritum interfecit, vt adultero frueretur securius. Plutarchus in Paral.

17 ℭPlinius lib. 29. ait Vectiũ valentem medicũ fuisse adulterio Messalinæ imperatricis nobilitatum.

18 ℭIdem ait adulteria fuisse in domibus principiũ, vt Eudemi in Liuio, Drusi Cęsaris, & Valentis medici i Messalina.

19 ℭAlcibiades Atheniensis cum Thimea Agidis regis vxore libidinari solitus est. Author Plutarchus. Erat ei ingenium ad ea omnia quę voluptatem pariunt maxime procliue, Luxuriæq; & incontinentiæ deditissimum.

20 ℭM. Varro apud Gellium testis est C. Sallustium historiarũ scriptorẽ deprehensum in adulterio ab Annio Milone, & loris

& loris cęsum, dataq; pecunia dimissum. Cicero imprope rat ipsi Sallustio, quod paternam domum vendiderit, vt adulterii pœnam declinaret.

21 ℭ Cælius scribit Phaonem spectabili forma adolescentē à Mitylenæorum mulieribus ardenter adamatum. Vnde factum, vt in adulterio deprehensus, iugularetur.

22 ℭ Hyettus vir qdā Argiuus, Molurū quendā in adulterio cū vxore deprehensum interfecit. Author Idē Cælius.

23 ℭ Phauorinꝰ phs quū Eunuchꝰ foret, & Androgynꝰ, adulterasse tñ viri cōsularis vxorē creditus est. Idem Testis.

24 ℭ Qui imperatorum vitas scripserūt, testanť Phocā imperatorē diuersis adulteriis infamem fuisse.

25 ℭ Zoe imperatrix Romanum Argyropylum maritū interfecit, quo liberiꝰ mœcharetur cum Michaele Paphlagone, qui imperio successit. Bap. Egnatius.

26 ℭ Constantinus Monomachus imperator, concubinam egregia admodum forma loco legitimæ vxoris habuit, quam efflictim deperiit. Idem Egnatius.

27 ℭ Corrupit Iulius Cæsar plurimas illustres fœminas, vt Posthumiā Seruii Sulpitii, Loliā Auli Gabini, Tertuliam M. Crassi, & Cn. Pompeii Mutiam. Sed ante alias dilexit M. Bruti matrem Seruiliam, cui & sexagies sestertiū gemmam mercatus est. Corrupit quoq; Seruiliæ filiā Iuniam Tertiam M. Crassi vxorem. Dilexit & reginas, vt Euriem mauram Bogudis vxorem, sed maxime Cleopatram, cum qua & conuiuia in primam lucem sæpe protraxit, & eadē naue thalamoq; pene Aethiopia tenus Aegyptum penetrauit. Author Suetonius.

28 ℭ Exercuit & Augustus adulteria, vt cum Liuia, quam quum grauidam reddidisset tegēdi sceleris causa, nuptias festinauit, vt obiecit Antonius. Abduxit & fœminam consularē è triclinio, viro coram, quam rursus ad conuiuium rubentibus oculis, & incomptiore capillo reduxit. Rem quoq; habuit cum Tertulia, Terentilla, Drusilla, Saluia, & Citiscenia. Author Suetonius.

29 ℭ Saxo Grāmaticus ait Friggam Othimi Danorum regis vxorem cuidam familiariū se stupro subiecisse.

Deuteria. 30 ℭ Gregorius Turonẽſis ſcribit Deuteriam quãdã fœmi/nam à Theodeberto Francoꝶ rege adulteratam.

31 ℭ Idem ait Dagulphum abbatem in adulteria admodum procliuem fuiſſe.

32 ℭ Scribit Macrobius Aeſopũ libertũ Demoſthenis, ꝯſciũ adulterii (quod cũ Iulia patronus cõmiſerat) tortũ diutiſſi me perſeueraſſe non ꝑdere patronum, donec aliis cõſciis coarguentibus Demoſthenes ipſe fateretur.

Gyges. 33 ℭ Plato in ſecundo de Rep. ſcribit Gygen ſtupraſſe Can/daulis Lydoꝶ regis vxorẽ, quod & cõfirmat Herodotus.

34 ℭ Aupertus Clotarii filius Francorum rex, ob amorem in ancillas, cum vxore diuortium fecit.

Solonis leges Adulteros. Zaleuci lex in eosdem. ℭ Solon ſuis legibus voluit fas eſſe deprehẽdenti mœchũ interficere in ipſo adulterio. Zalencus legẽ tulit, vt qſquis mœchus aut adulter deprehenſus fuerit, erutis oculis pœnas lueret. Adulterii pœnam apud Romanos ex Catonis oratione refert Gellius lib. 10. Cap. 23.

ℭ Alii Libidinoſi, & Laſciui.

1 Paſiphae	20 Childericus.	39 L.Torius.
2 Aiax	21 Gordianus.	40 Sardanapalus.
3 Cælia	22 Agutius.	41 Pygmalion.
4 Alexander	23 Xerxes.	42 Adoleſcẽs athẽ.
5 Hipparchus	24 Meſſalina.	43 Ant.Caracalla.
6 P.Clodius	25 Arellius.	44 Diony.iunior.
7 Q.Flaminius	26 Craſſus.	45 Orpheus.
8 Iuliæ	27 Surinas	46 Rufus.
9 Palemon	28 App. Claudius.	Gallus.
10 L.Papyrius.	29 Tigillinus.	47 Cæſar.
C.Plotius.		
11 Philip. Macedo.	30 Papilus.	48 Thamyras.
12 Semiramis.	31 Hoſti⁹ princeps.	Thalo.
13 Victorinus.	32 Agrippina.	49 Cretenſes.
14 Ariſto.	33 Eunus.	Chalcidenſes.
15 Tullus Stellus.	34 Sotades.	50 Sophocles.
16 Demetrius.	35 Socrates.	Aeſchylus.
17 Theodegoſill⁹.	36 Nero.	51 Luſius.
18 Caligula,	37 Galuia.	52 Bagoas.
19 Commodus,	38 Timarchus.	53 Cicero.

54 Pindarus.	62 Tiberius Cæsar.	66 Aristoteles.
55 Agathocles.	63 Domitianus.	67 Hercules.
56 Crathis.	64 Nicomedes.	68 Periander.
57 Pausanias.	65 Amythone.	69 Alchidas
58 Proculus.	Thelesippa.	70 Anthia.
59 Heliogabalus.	Megara.	71 Gemellus.
60 Augustus.	Athis.	72 Catilina.
61 Celmis.	Cidno.	73 Aufidius.

EXPLANATIO.

1 PAsiphae solis filia & vxor Minois regis Cretæ, taurum ad coitũ vsq; fertur adamasse, ex quo & biforme illud monstrum Minotaurum susceperit. Propertius. Vxorem quondam magni Minois (vt aiunt) Corrupit toruí candida forma bouis. Idem lib. 3. Testis Cretæi fastus quæ passa iuuenci Induit abiegnæ cornua falsa bouis. Virgil. Et fortunatam si nunquam armenta fuissent, Pasiphaen, niuei solatur amore iuuenci. Minotaurus

2 ¶Fuit in Aiace Oilei filio tantus libidinis feruor, vt temperare sibi nequiuerit, quin Cassandram Priami filiam in templo Palladis oppresserit. Quo factum est, vt dea iniuriam vlciscente fulminatus sit in mari cũ aliquot aliis Græcis, vt docet Virg. lib. 1. Aened.

3 ¶Immoderatam Cæliæ libidinem notat Martialis lib. 7. Epigram. scribens.

Das Cattis, das Germanis, das Cælia Dacis,
Nec Cilicum spernis, Cappadocumq; toros.
Et tibi de Pharia Memphiticus vrbe fututor,
Nauigat, à rubris & niger Indus aquis.
Nec recutitorum fugis inguina Iudæorum,
Nec te Sarmatico transit Alanus equo.
Qua ratione facis, quum sis Romana puella?
Quod Romana tibi mentula nulla placet.

¶Herodotus apud Cæliũ testis ẽ Persas à Græcis didicisse pueris abuti. In quos debacchari solitũ Alexádrũ scripsit Athenæus, quum ẽt Bagoan inspectante theatro vniuer- Alexander

ſo ſuauiari pleriq; non erubuerit. Contra tamen pleriq; ſentiunt, feruntq; tanta caſtitate prædìtum fuiſſe, vt prçter vxorem, & Berſanen è Damaſco viduam mulierem nullã aliam complexus fuerit.

5 ℭHipparchus Piſiſtrati filius, quum Armodium, & Ariſtogitonem excellenti forma pueros per vim pædicaſſet, coniurationem in ſe cõcitauit. Iuuenes enim probrũ ęgreferentes non prius finem inſidiis fecerunt, quã eum de medio ſuſtulerint, libidinem, hominis, magis quam tyrãnidẽ pertæſi. Author apud Volaterranum Thucydides.

6 ℭIam docuimus quomodo P. Clodius præter ſtupratas ſorores, mulierem mentitus inter publicas bonæ deæ cęrimonias ad Pompeiam Q. Pompeii filiam furtim penetrauerit, eãq; adulterauerit, Plutarchus in vita Cice.

7 ℭQ. Flaminius vir ꝯſularis puerũ ĩpudice deperiit, adeò vt quocũq; ꝓficiſceretur, nunq̃ ab eius latere diſcederet. Quoq; magis iſeruiret amaſio, quẽdã in cõuiuio ſecurí pcuſſit, quũ puer aliquẽ ſe pſẽte optaſſet ĩterfici, licet hoc in fœminę gratiã factum dicant nõnulli. Volaterranus.

8 ℭCoactus eſt Auguſtus Iulias filiam, & neptẽ omnibus libidinum probris contaminatas relegare. Conſtat filiam infamem fuiſſe vulgatis per vrbem adulteriis.

9 ℭFerũt Palemonẽ Grãmaticũ flagraſſe libidinibꝰ ĩ mulieres vſq; ad oris infamiam, Trãquillus de illuſtribus grammaticis.

10 ℭL. Papyrius Publiũ adoleſcẽtem in vinculis tenebat & afficiebat plagis, qđ eius ſtuprũ pati nollet. Re ad Senatũ delata dãnatus eſt Papyrius, lata lege, ne qs in corpora libera ob æs alienũ ius haberet. Liuius li. 8. Idẽ in T. Veturiũ adoleſcentẽ feciſſe dicit C. Plotius, authore Valerio.

11 ℭHabuit Philippus Macedo Alexandrum adoleſcẽtem Olympiadis vxoris ſuæ fratrem non ad alium vſum, quã ad ſtupri cõſuetudinẽ. Trogus libro octauo.

12 ℭSemiramis Aſſyriorũ regina, quæ maſculam virtutem ſemper fere præ ſe tulit, & oĩum calculis laudata eſt, ad extremum tantis deliciis tantoq; pruritu libidinis incaluit, vt mortuo marito non admiſerit ſolum, at ẽt prouocauerit

plerosq; ex suis militibus, q forma essent elegãtiore, quos postea crudeliter necabat. Diodorus lib. 3. Produnt & nõnulli eam à Nino filio interemptam, quũ eius cõgressum appeteret. Trogus lib. 2. Et(quod omnium longe turpissimum est)equum ab ea adamatum vsq; ad coitum, Iuba testis est apud Plinium lib. 8.

13 Victorinus tyrãnus(qui Galeni temporibus Gallias rexit)causa libidinũ in matronas interfectus est apud Agrippinam. Trebellius Pollio.

14 Aristo Ephesius genus fœmineum perosus cum asina cõcubuit, ex eoq; cõcubitu genita est puella, cui à cruribus asininis nomẽ īditũ Onosceli. Author Plutarchus in Paral.

15 Idem ait Publium Stellum (quem Fuluium alii vocãt) mulierem odio equæ se cõmiscuisse, ex qua formosam sus sceperit puellam, Hipponam nomine.

16 Demetrius Poliorcetes Antigoni filius Democli laudabilis formæ adolescentulo stuprum inferre voluit. Quod quum per inualidas ætatis vires puer non posset aliter effugere, in proximum feruentis aquæ lebetem se coniecit, ibiq; mortuus est. Idem Demetrius Lamiæ aliisq; scortis talenta. 250. erogauit. Author Plutarchus.

17 Non erubuit iperator Caligula sororibus suis cõgredi, quarũ ambas exoletis suis ꝓstrauit, quo facilius eas in causa Aemylii condẽnaret, tanq̃ adulteras. Liuiã Horestillam C. Pisoni nuptam, sibi iunxit, & intra bienniũ repudiauit, repudiatam relegauit. Loliam Paulinam C. Mẽmio ablatam cõiunxit sibi, breuiq; missam fecit, interdicto cuiusq; in perpetuum coitu. Cesoniam adamauit, quã amicis plerunq; ostendit nudam. M. Lepidum & M. Nestorem Pantomimũ dilexisse fert cõmercio mutui stupri. Valerius Catullus cõsulari familia iuuenis, stupratum se ab eo & latera sibi ꝯtubernio eius defessa vociferatus ẽ. Author Suetonius.

18 Cõmodus imperator sorores cõstuprauit, suasq; cõcubinas vidẽs, ac volens ab amicis cõstuprari passus est. Adolescens infamauit omne genus hoium, quod erat secum, & ab oibus est infamatus. Habuit in deliciis hoies appellatos nominibus verendorum vtriusq; sexus, quos libentius

19 oculis suis applicabat. Author Lampridius.

¶ Idē Cōmodus cū .300. cōcubinis, quas ex matronarum meretriciūq; delectu ad formę speciē cōstituerat, ac trecētis aliis puberibus exoletis (quos ex plebe & nobilitate collegerat ī palatio) bacchabaē & lasciuiebat. Idē Lampridius.

20 ¶ Childericus Francorū rex ob libidinem in matronas regno pulsus est, demum tū restitutus. Volaterranus.

21 ¶ Gordianus Iunior (q cū pr̄e īperauit) totus fuit mulierosus, ac libidini deditus. cōcubinas habuit. 22. & ex oībus ternos & quaternos liberos; Vñ & Priamus sui sęculi vocatus ē, & à nōnullis p cauillū Priapus. Author Capitolinus.

22 ¶ Vgutius princeps Florentinus interfectus est à ciuib⁹, ob procliuem in fœminas libidinem, Volaterranus.

23 ¶ Xerxes rex Persarum eo lasciuiæ se demisit, vt Spintriis nouarumq; voluptatum repertoribus præmia cōstituerit. Author Val. Max. & Cicero lib. 5. Q uest. Tuscula.

24 ¶ Messalina Claudii Cæsaris coniunx ad certamen veneris elegit nobilissimā ex ꝓstitutis ancillā mercenarię stipis, eāq; die, ac nocte supauit, qnto, ac vicesimo cōcubitu. Author Plini⁹ li. 10. Ca. 62. Prius citauim⁹ Iuuenalis carmē, de hac īsatiata ei⁹ libidīne. Vide ī adulteris. De hui⁹ Libidine inexplebili meminit ēt Corneli⁹ Tacitus libro vndecimo.

25 ¶ Idem Plinius scribit Arellium celebrem fuisse Romæ pictorem paulo ante diuum Augustum, qui semper alicuius amore fœminę flagrauerit.

26 ¶ Crassus Romanorū ditissimus vni è fratribus mortuo illius vxori cōgressus est, & ex ea filios aliquot procreauit. Author Plutarchus.

27 ¶ Surinas Parthorū ditissimus & secūdus à rege, ducentas pellices habebat in castris. Idē Author in vita Crassi.

28 ¶ Appius Claudius decēuit Virginiam puellam plebeiā, sed forma excellentem (quam Virginius pater L. Icilio Tribunicio viro & expertæ virtutis homini desponderat) per vim stuprauit, quū nec precio, nec spe posset allicere. Quę fuit causa abrogandi magistratus decemuirorum, quēadmodum reges prius ob stupratam Lucretiā eiecti fuerant. Author Liuius, & Cicero lib. 2. de finibus.

29 ¶Tigillinus fuit quispiam inter Romanos vitę corruptissimæ, qui per impudicitiam multa à Nerone consecutus est, quem ad omne corruperat. Cor. Tacitus lib. 17.

30 ¶Martialis lib. 7. taxat Papillum quendam velut cunnilingum, & irrumatorem.

31 ¶Hostius princeps quidam fuit obscœnitatis perditissimæ, præferuidęq; libidinis Augusti temporibus, vtriq; veneri masculę scilicet, & muliebri deditissimus, qui fecit specula eius notę, vt imagines multo redderēt maiores. Quū ergo veneri se daret, ea ita disponebat, vt quum virum pateretur, oēs admissarii sui motus in speculo videret, ac deinde falsa ipsius membri magnitudine tanquā vera gauderet. Author Seneca lib. 1. quæstionum naturalium.

32 ¶Agrippina filii Neronis cōcubitum desyderasse fertur. Author Cli. apud Tacitum lib. 14.

33 ¶Ausonius inuehit̄ suis carminibus, in quendā Eunum, quem vt liguritorem & irrumatorem taxat.

34 ¶Sotades poeta fuit iambographus impurissimus, qui versus adeo Pathicos, Cynædicamq; Venerem spirantes cōscripsit, vt ab ei⁹ lectiōe casti abhorrerēt oculi. Quo fcm̄ ē, vt Sotadica poemata puerbio locū fecerit. Politianus i Nutricia. Pars quoq; Sotadicos ceu destituere Cynædos.

35 ¶Conuenit inter multos Socratem (qui tamen Apollinis oraculo mortalium sapientissimus est habitus) Athenis in ius fuisse vocatum, & ab Anyto accusatum, quod puerorum mores corrumperet. Theodoritus Cyrensis author. Quod etiam Tertullianus confirmat.

36 ¶Quum multa sint exēpla crudelitatis in Nerone; libidinis quoq; non pauciora turpissimam eius vitam infamant. Quorū hæc præcipua. Rubriæ vestali virgini vim intulit. Puerū Sporum exectis testibus in muliebrem naturā trāsfigurare conatus est, quē & solēni nuptiarum officio ad se cū dote perductum pro vxore habuit. Propterea emanarat iocus, bene agi potuisse cum rebus humanis, si Domitius eius pater talē habuisset vxorem. Præterea matris cōcubitum appetiit, cū qua (dum in lectica vna veheretur) libidinatus est, Viros & fœminas ad stipites qnq; deligauit,

vt eorꝫ inguina & inuaderet,& delamberet. Doryphoro liberto(ſicut ipſi Sporus fecerat)denupſit,voces, & eiulatus,vim patientium virginum imitatus,Hæc Tranquillus. De hac eius portentoſa libidine Cornelius Tacitus abunde ſcribit.

37 ℭFuit Galuia Criſpillina magiſtra libidinum Neronis,digna diſcipulo magiſtra.Author idē Tacitus lib.17.

38 ℭAeſchines criminoſa & virulēta oratione Timarchū de ipudicitia accuſauit. Apđ Athenieſes.Gelli⁹Ca.3.libri.18.

39 ℭCicero lib.2.de finibus ait L.Toriū Balbū ita vixiſſe,vt nulla tã exqſita poſſet iueniri voluptas,qua nō abūdaret.

40 ℭOmnes libidinum voluptates experiri voluit Aſſyriorꝫ rex Sardanapalus,dum viriles peroſus tunicas, in mulierē ſe trāsformauit,relictaq́ꝫ regni cura,laſciuiæ ſe totum deuouit, ac perdendum commiſit. De eo Trogus lib.1. & Cice.lib.5.Queſt.Tuſcul.

41 ℭQuid iam mirum debet videri, ſi concinna & elegans puellarum forma viros torreat,& ad venerem titillet,quū ēt reperiunt,q inanimatarū rerū amore, & deſyderio intabuerint?Aiunt enim Pygmalionē quendā fuiſſe, q ſtatuā formoſam dilexerit, eamq́ꝫ ceu egregiā aliquā Nymphā, & frequentibus oſculis ſuauiatus ſit,& lecto dignatus. Vñ Quintianus in Cleopoli. Concedat honori Pygmalion, licuit cui eburnea membra puellæ Complecti,& pulchro componere corpora lecto.

42 ℭAdoleſcēs quoqꝫ Athenienſis ſpecioſum fortunæ ſimulachrum,ad tantam adamauit inſaniam, vt ipſum & arctiſſime complecteretur, & ſuauiaretur blandiſſime. Quo deſyderio quum indies acrius itabeſceret, impatiēs amoris perrexit ad ſenatum, extentiſq́ꝫ precibus rogauit fieri ſibi ſtatuæ poteſtatem,largum auri cumulum paratus erogare. Qua in re quum repulſam paſſus eſſet, ad ſtatuam ipſam corpus confodit. Cælius Cap.37.libri ſeptimi.

ℭEſt & aliud ſimile exēplum apud Pliniū de puero,qui Praxitelis ſimulachro cōgreſſus ſit, Cuius cōcubitus relictæ maculę fuerūt indices.De hoc Quintian⁹.Cedat Praxiteles,cui⁹muliebris imago pcacē ipulit ad coitū iuuenē.

43 ℭAntonius cognomento Caracalla Iuliã Nouercã I matrimonium duxit. Author Aelius Spartianus.

44 ℭDionysius iunior quũ se in locrensiũ vrbẽ cõtulisset, p summã lętitiã virgines ei⁹ loci ꝯstuprabat, quas pulso paulopost i exiliũ tyrãno ciues peremere ipactis sub vngues acubus, ossibusq; in mortario attritis. Author Cælius.

45 ℭFerunt Orpheum Thraca detestandę in mares libidinis principẽ & repertorẽ fuisse, quum tñ aspernaretur fœminas. Cælius Cap. 30. lib. 8. Vnde Ouidius lib. 10. Meta.
Ille etiam Thracum populis fuit author, amorem
In teneros transferre mares, citraq; iuuentam
Aetatis breue ver, primos decerpere flores.

46 ℭCatullus Rufi cuiusdam Bononiensis libidinẽ amatulente lacerat, quod mulieris magę os irrumaret. ℭSatyr⁹ felle aspergit quendã Gellium patrui sui irrumatorẽ, matrisq; & sororis stupratorem. ℭConuiciis quoq; ꝑscindit Gallum quendã, qui vt facilius posset fratrum suoꝝ liberos & vxorem in suã libidinẽ allicere, ipse leno eos stupra cõmittere docuit. Hæc autẽ Catulli verba. Gallus homo est bellus, nam dulces iungit amores Cum puero, vt bello bella puella cubet, Gallus homo est bellus, nec se videt eẽ maritum, Qui patruus patrui monstret adulterium.

47 ℭNihil prope (quod virũ perfectum deceat) Cæsari defuisset, si pudicitiæ famam seruasset tenacius. Verum, seu malis artibus, siue natura hoc Cacoethes pestilensq; virus ei vsq; adeo inhæsit, vt Curio pater quadã eum oratione omnium mulierum virum & omnium virorum mulierẽ appellauerit. Quod (vt cætera taceamus exempla) portẽtosam eius libidinem satis arguit. Suetonius.

48 ℭSunt q dicãt Thamyrã primũ flagitiosis pueroꝝ amoribus, ac prępostери cõcubitus fœditate pollutũ, quũ cœpisset effrictim deperire Hymenęũ Calliopes, & Magnetis filiũ. Alii tñ Thaloni Cretẽsi rei tã ꝓbrosę initia cõtribuũt, q Rhadamentum adamarit. Cælius lib. 8. Cap. 30.

49 ℭAristoteles prodit permissam fuisse in Creta masculam Venerem, lata quoq; de hoc lege. Traditum est, & Chalcidenses in Euboia, pueriles amplexari amores ad stuporẽ

vsq;.Idem Cælius ibidem,

50 ℭSophocles & Aeschylus hac peste famam suam corru/perunt,non tacentibus theatris.

51 ℭLusius Marii ex sorore nepos, quum Trebonio pudicæ sanctitatis militi vim & stuprum vellet inferre, ab eodem interfectus est.Vide caput de Castitate.

52 ℭDeuinxit sibi Alexãdrum Bagoas spado,nec alio obse quio,quã ípudica suí corporis copia.Propterea quũ Orsi/nes Persa nobilissimus Alexãdrũ,eiusq; amicos munerib⁹ cumularet,soli Bagoę nihil honoris detulit. Rogatus cau sam, respondit se amicos regis non scorta colere. Cælius Cap.30.libri octaui.

53 ℭSallusthius impingit Ciceroni, quod filiam habuerit pel licem matris,Sed inimici verba fidem non capiunt.

54 ℭTestatũ est Græcorum monumẽtis Pindarum nouẽ ly/ricorum principem in gremio dilecti pueri mortuum in gymnasio repertũ.Valerius de mortibus nõ Vulgaribus.

55 ℭFerunt & Agathoclẽ Siciliæ tyrãnũ forma & venustate corporis pręeminentẽ diu vitam stupri patietia exegisse. Propterea Timęus dixit illũ primęuo ętatis flore scortũ ꝑ miscuũ,ípudẽtissimo cuiq; expositũ.Iustinus lib.22.

56 ℭCrathis pastor quũ in venerem esset ꝓcliuior, Capram oĩum formosissimam deperire cœpit,cui cõgrediebaᷣ fre/quenter,demumq; vti amicã grate amplexabaᷣ cũ multa suauiatione. Quod cõtemplatus Hyrcus zelotypię œstro cõcitatus,dormiẽtẽ Crathim cornibus inuasit & ĩterfecit. Hoc ex Gręcis aduocãt.Cælius & Volaterranus.

57 ℭPausanias dux Lacedęmonius Argillum forma conspi/cuum adolescentem mire dilexit,sed amore Venereo.Ha/bebat enim puerũ pro scorto.Cælius Cap.61.lib.16.

58 ℭProculus iperator cẽtũ Sarmatas virgines bello captas ĩtra dies.15.(vt ipse gloriabaᷣ) grauidas reddidit, magno libidinis argumẽto.Flaui⁹ Vopiscus,& Sabellic⁹ i exẽplis.

59 ℭCollegit Heliogabalus naturæ monstrũ lenones,mere/trices,exoletos,& subactores ꝑpe innumeros, qbus adie/cit nasatos hoĩes.i.mutoniatos, quoniã his ad libidinẽ & flagicium vtebaᷣ scelestissime. Quocirca Lampridius ad

Constātinum imperatorem, de ꝓdigiosa eius venere scribens ait. Quis ferre posset principem per cūcta caua corporis libidinē recipientem, quum ne beluam quidē talem quisquā ferat Romæ? Habuit insuper emissarios, qbus nihil aliud erat negocii, nisi vt bene nasatos perquirerent, eosq́ ad aulā perducerēt, vt illis se compolluerent.

60 ¶ Ferunt Augustū inter duodecim Catamitos, totidemq́ puellas accubare solitum. Idem abiecta vxore Scribonia, amore alienæ coniugis possessus, Liuiā quasi marito concedēte sibi coniunxit. Quumq́ esset luxuriæ mancipium, eius tñ vicii seuerissimus fuit vltor. Testis Sex. Aurelius, M. Antonius dicebat eū adoptionē auūculi stupro meruisse. Fert & Aulo Hircio in Hispania trecētis milibus nūmū se substrauisse. Idem solitus est suburere crura nuce ardēti, quo mollior pilus surgeret. Suetonius.

61 ¶ Celmis vnus fuit ex Idæis Dactylis, qui matrem deorū Rheam violauit stupro. Suetonius apud Erasmum.

62 ¶ Tiberius Cæsar authore Trāquillo sellariā excogitauit sedem arcanarum libidinū, In quam accersiti puellarum, & exoletoꝝ greges, monstruosiq́ concubitus repertores triplici serie cōnexi incestarent se corā ipso. In syluis quoq́ Venereos locos cōmentus est, quibus impenetrabat ꝓstantes. Instituit & pueros primæ teneritudinis (quos pisciculos vocabat) vt natāti sibi inter fœmina versarent, ac luderent, lingua morsuq́ sensim appetentes, Eosq́ quasi infantes firmiores, nec dum tñ lacte depulsos inguini ceu papillæ admouebat. Fert & in sacrificando, quondā facie ministri Acerram præferentis nequiuisse abstinere, quin pene vix dum re diuina peracta ibidem statim seductum cōstupraret, fratremq́ eius tibicinem, quibus tñ postea crura infregit, quod flagitium mutuo exprobrabant.

63 ¶ Exercuit imperator Domitianus assiduitatē nimiæ libidinis, quā Clinopalen. i. lecti palęstrā vocabat. Inter vulgatissimas meretrices quādoq́ natasse dicit. Fratris filiā adhuc virginē alteri collocatā vltro corripuit. Suetonius.

64 ¶ Nicomedes rex Bithiniæ stuprū Cęsari intulit, non sine maxima vtriusq́ nota, theatricisq́ conuiciis. Extant enim

C.Licinii versus. Bithynia quicquid & pedicator Cæsar vnq̃ habuit. Dolobella quoq; Cæsarem ipsum pellicem reginæ vocabat. Curio stabulum Nicomedis, & Bithynicã fornicem. Et Bibulus proscripsit collegã suum Bithynicã reginam, cui dicebat regem antea fuisse cordi, nunc esse regnum. Et C. Memmius obiecit ad ciathum & vinũ Nicomedis stetisse, cũ reliquis exoletis pleno côuiuio accubantibus. Gallico deniq; triumpho milites eius inter cætera carmina illud pronunciauerunt. Gallias Cæsar subegit, Nicomedes Cæsarem. Author idem Suetonius.

65 ¶Amythone, Thelesippa, Megara, Atthys, Cidno, ancillæ fuerunt Sapphus, quibus Sappho ipsa ad libidinẽ vtebat. Eas enim subagitabat, & mutuo ab eis patiebat. Vnde in eius epistola ad Phaonẽ legit. Vilis Amythone, vilis mihi candida Cidno, Nõ oculis grata est Atthys, vt añ meis.

66 ¶Fuit Aristoteles in amore tam infelix, vt pellici sacra faceret. Author Mirandula in suis super hymnos suos Annotationibus.

67 ¶Hercules tanta in fœminas licentia fuisse fertur, vt quinquaginta virgines vna nocte dicatur stuprasse. Author Io.fr. Mirandula, & Theodoritus Cyrensis.

68 ¶Periander Corinthius (qui tamẽ inter septem sapientes Græciç numeratus est) rẽ habuit cũ Melissa vxore, vel (vt aliis placet) meretrice mortua. Author Herodotus lib. 5.

69 ¶Alchidas Rhodius formoso cuidam simulachro se commiscuit, reliquit'q; indices tam immoderatæ libidinis maculas. Author Plinius.

70 ¶Anthia vxor Prœti regis Argiuorum Bellerophontẽ ad stuprum voluit inducere.

71 ¶Gemellus Tribunitius lupanar domi suæ instituit, in quo Mutiam, & Fuluiam fœminas illustres, nobilem'q; puerum Saturninum prostituit.

72 ¶Fecit Catilina multa stupra, cum virgine nobili, & cum sacerdote Vestæ. Postremo vt Aurelia Orestilla frueretur filium suum pro certo interemisse creditur, quod ea nubere illi dubitaret, timẽs priuignum iam adultum. Sallustius & Valerius authores.

73 ¶ Aufidius crebis fuit adulteriis famosus, & matronarum freqntissim⁹ corruptor apud Romanos. Iuuenalis Saty. 9. Notior Aufidio mœchus celebrare solebas. Martia. Procu ratorē vultu q̄ pferat ipso, Acrior hoc cui⁹ nō erit Aufidi⁹.

¶ Amatores quorundam aīaliū. & aliarū rerū.

¶ Semiramis adamauit equū, vt diximus. Pasiphæ taurū. Aristo Ephesius asinæ se cōmiscuit. Fuluius equę. Hortensius orator amauit Murenam, quā attratus multos dies fleuit. Aristomachus solensis tāto apum amore captus est, vt duo de sexaginta annis nihil aliud fecerit. Hyliscus quoq; Thasius apes coluit in desertis. Morum arborem ætate Plinii adamauit Passienus Crispus, bis consul, osculari, cōplectiq; eā solit⁹, atq; ēt cubare sub ea, vinumq; illi effundere. ¶ Multorum quoq; literis pditū est amatā à Xerxe platanum, Iam diximus Crathidem pastorē amore Capræ exarsisse, Puerū Atheniensem, & Pygmalionē statuas adamasse, Alchidam Rhodiū ad statuā se pstituisse. Iunius Pisciculus simulachrū vnius è Thespiadibus pari feruore cōplexus est. Antonia Drusi Murenā adeo dilexit, vt ei inaures & monilia addiderit. Cyparisso tātus fuit in Ceruā amor, vt ea mortua, præ dolore quoq; expirauerit. Pontius Pylatus legatus Caii principis, imagines Atalantę & Helenę nudas à Cleophanto Corinthio pictas earum libidine captus, rapere conatus est.

¶ Amati à diuersis animalibus.

¶ Egesidemus apud Plinium testis est Hermiā puerū adamatum à Delphino, vectumq; per maria. Q uumq; tēpestate suborta periisset Hermias amasii perditi dolore Piscem in sicco expirasse. Varia sunt ibidem exempla, de pueris ab huiusmodi piscibus adamatis. Argis puer Olenus nomine adamatus est ab ansere. Glauce, quędam cytharistria ab Ariete. Lacydi philosopho anser adhæsit ppetuus comes, nusq̄ ab eo nō in publico, non in balneis, nō noctu, nō interdiu digressus. Plinius Cap. 22. lib. 10. Apud Ciliciæ Solos, Xenophontis puerum forma præcellentem dilexit canis. Cælius lib. 7. Spartæ quoq; adolescentem Graculus. Nicander apud Cęliū, testis est gallo gallinaceo eē amoris

intellectum in hominem. Quod ne cui videatur fabulosum, ait secundum (qui pincerna regius fuit in Bithynia) à Gallo amatum eximie, cui nomen foret Centaurus. Pueri nomen fuit Amphiocus, genere Olenius. In Leucadia virginem in tm̃ adamauit Pauo, vt ea mortua cõmoreret. Educata à virgine apud Seston vrbem Aquila retulit gratiam, aues primo, mox deinde venatus aggerens. Quin dũ mortuæ virginis cremarent ossa, in defunctæ rogum se cõiecit volucris, simulq́ꝫ conflagrauit. Author Pli. lib. 10. Cap. 5.

Amphiocus.

Vrsus.

Vrsus filiã cuiusdã patrisfamilias ĩ agro Suetico, cũ ancillulis lusum egressam, deturbatis comitib⁹ rapuit, exceptãq́ꝫ vnguibus præ se leniter ferens, ad notã nemoris latebram deportauit. Cuius egregios artus nouo genere cupiditatis aggressus, petitam laniatam prædam in vsum nefariæ libidinis vertit. Effectus enim ex raptore amator, famẽ concubitu soluit, ardoremq́ꝫ gulæ Veneris satietate pensauit. Author Saxo Grammaticus lib. 10. Historiæ Danicæ.

ℭZelotypi.

Cyrce filia solis Venefica ęgreferens Scyllam Nymphã amatam à Glauco deo marino, fontẽ (quo illa se lauare consueuerat) infecit venenis. Quo factum est, vt Scylla in monstrum marinum sit conuersa.

Scylla i mõs: trũ marinũ.

ℭPhanus quũ Vxorem haberet adulterii suspectam, atrii fores sic occlusit, vt non nisi cum stridore sonituq́ꝫ possent aperiri, Verum quũ illa per tegulas adulterum intromitteret, vicini per iocum dicebant. Phani hostiũ. Quo prouerbio innuebãt aliquid seruatũ frustra. Erasmus ĩ Chiliadibus.

Prouerbiũ.

ℭProcris suspicata maritum Cephalum alterius fœminæ amore captum, eundem in syluas secuta est, delituitq́ꝫ in dumis, vt obseruaret clanculũ, quid maritus faceret, Quũ autem vepres (in quibus latebat) aliquantum mouisset, Cephalus arbitratus esse feram, eam iaculo confodit. Plutarchus in Paral. idẽ memorat de vxore Cyniappi, & vxore Aemylii adolescentis.

ℭDirce vbi sensit maritum suum Lycum amore Antiopę captum, puellam raptam tauri ceruicibus alligauit. Quo tormento cruciata Antiope, tantisper vociferata est, dum

à vicinis fit concursum. Erasmus in Adagiis.

¶ Memmius Romanus quum ageret Tarracinæ, deperibat in quādam mulierculā non sine Largio quodā riuali. Cum hoc igitur quum aliquando rixa incidisset eo iracūdiæ prouectus est Memmius, vt ipsi Largio brachiū mordicus arripuerit. Vnde fluxit adagium in vulgus. Lacerat lacertum Largi mordax Memmius, Erasmus. Prouerbiū.

¶ Helena post mortem Menelai à Megapentho, & Nicostrato filiis Orestis fugata in Rhodum, ad Polyzo vxorē Tlipolemi peruenit, quæ iussit eam arbori suspendi ob viri Zelotypiam. Pausanias apud Volaterranum.

¶ Castissimi.

1 Penelope	24 Alfonsus.	48 C. Gracchus.
2 Daphne	25 Etelfrida.	49 Chię mulieres.
3 Biblia	26 Bellerophon.	50 Trebonius.
4 Asbylus	27 Baldraca.	51 Euripides
5 Cæstus.	28 Xenocrates.	52 Iulianus imp.
6 Lucretia	29 Dula.	53 Syritha.
7 Alexander.	30 Euphrosina.	54 Dryas.
8 Democles.	31 Edeltrudis.	55 Patauinæ.
9 Amœbeas.	32 Eduard⁹ tertius.	56 Diogenes.
10 Apollonius.	33 Petrus Vrseol⁹.	57 Pōti⁹ Aufidian⁹
11 Clitomachus.	34 Vandegisillus.	58 Pub. Meuius.
12 Chrysanthus Daria	35 Fara.	59 Q. Fab. Serui.
	36 Vuenceslaus.	60 Pub. Attilius.
13 Ictus	37 Cazinitus.	61 Hippo.
14 Hippolytus.	38 Hēricus prim⁹.	62 Theutōicę mu.
15 Origenes.	39 Iulian⁹ martyr.	63 Amator.
16 Publius.	40 Isacius.	64 Leo Pont.
17 Pausanias.	41 Ludouic⁹ eps	65 Bñdict⁹ abbas.
18 Sophronia.	42 Triptolemus.	66 Augustinus.
19 Spurina.	43 Sulpitia.	67 Io. Anachoreta.
20 Veturius.	44 Melanio.	68 Arsenius.
21 Zenobia.	45 Rhodogune.	69 Pion.
22 Amos.	46 Pontia.	70 Vrsinus.
23 Anianus.	47 Scipio.	71 Hilario.

72 Euagrius. Bernard⁹ abbas. Aníumarus. Fràcísc⁹ Afifias. 78 Cyane. 79 Medulina 80 Abfalon. 81 Cõftantin⁹ imp. 87 Fr. Gonzaga 88 Rhodul. Gõza. 89 Paftor. 90 Hugo Carthu/ ...
73 Iudich, 82 Hieron Syrac. 91 Fufca. ...

72 Euagrius.	78 Cyane.	87 Fr. Gonzaga
Bernard⁹ abbas.	79 Medulina	88 Rhodul. Gõza.
Aníumarus.	80 Abfalon.	89 Paftor.
Fràcífc⁹ Afifias.	81 Cõftantin⁹ imp.	90 Hugo Carthu/
73 Iudich,	82 Hieron Syrac.	91 Fufca. (fiẽfis.
74 Anna.	83 Marcia.	92 Lyfidice.
75 Effenii.	84 Eugenia.	93 Philotera.
76 Timoclia.	85 Ioã. Malatefta.	94 Theano.
77 Damon.	86 Ludo. Senefcha.	95 Dugna.

EEPLANATIO.

1 PEnelope Icari filia nullis procorum blandimẽtis, nullis pollicitationibus adduci potuit, vt abfente per viginti annos marito Vlyffe, caftitatem corrũperet. Vnde Propertius lib. 3. Hęc etiã claufas expugnant arma pudicas. Quæq; terunt faftus Icarioti tuos. Idem. Nec fida Euadne, nec pia Penelope. Idem lib. 2. Penelope poterat bis denos falua p annos Viuere, tam multis fœmina digna procis. Ouidius lib. 3. Eleg. Penelope manfit (quãuis cuftode careret) Inter tam multos intemerata ꝓcos. Claudianus. Penelopefq; fuum decus eft, cui tanta paratur Scæua pudicitiæ. Idem Penelope trahat arte ꝓcos, fallatq; furentes. Stamina nocturnæ relegens folertia telæ.

2 ¶Daphne Penei filia fuit feruãdę caftitatis adeò ftudiofa, vt procos oẽs reiecerit, ipfumq; Apollinẽ quãuis ppetua iuuenta, intonfifq; crinibus fpeciofum. Ouidius li. 1. Met. Multi illam petiere, illa auerfata petẽtes Ipatiẽs, experfq; viri nemora auia luftrat. Nec quid Hymen, quid amor, qd fint connubia, curat. Et paulopoft. Illa velut crimen tædas exofa iugales Da mihi perpetua virginitate frui.

3 ¶Biblia vxor Duilli Romani (qui primus nauali certamine triumphauit) tantæ fuit pudicitiæ, vt fuo fæculo caftitatis norma, & fpeculum videretur,

4 ¶Plato de Rep. teftis eft Afbylum athletã Crotoniatam ppetua virginitate prędítum fuiffe ob ftudium curfus.

5 ¶Martialis libro octauo. Cæfti pueri caftitatem, & formã cõmendat

cōmēdat his verbis. Quāta tua ē ꝓbitas, q̄ta eſt pſtātia for/
me Cęſte puer, puero caſtior Hippolyto. Te ſecum Diana
velit, doceatq; natare, Te Cybele ſecū vellet hr̄e Phrygā.

6 ℭ Lucretia ob acceptū à Tarquinio ſtuprū, temerātamq;
pudicitiam, facinus ſua morte vindicauit.

7 ℭ Alexādrum Macedonem ſunt qui libidinis arguāt, Cō
tra tñ reperiunt̄ exēpla, quæ hoc ipſum refellant, & in eo
doceāt caſtitatem. Nā & victi Darii vxorē, filiaſq; captiuas
non ſolum non corrupit, at ēt edicto cauit, ne quis aliquid
in eas moliret̄, Præter vxorem & Berſanen è Damaſco vi
duam, ac regiam mulierē, nullā aliā cōplexus eſt. Puero/
rum inſuper abſtinentiſſimus, quoq; viginti millia ad mili/
tarem diſciplinam, iubebat erudiri, quū tñ ætatis illius ho
mines maſcula, & prępoſtera libidine paſſim obbruteſce/
rent. Curtius lib. 3. & Gellius Cap. 8. libri ſexti.

8 ℭ Democles puer dubiū maiore pudicitia, an forma cor/
poris elegātiore, quū videret ſe ad ſtuprū ſollicitari à De/
metrio Poliorcete, nec aliter vim tyranni importunā poſ/
ſet effugere, in proximum feruentis aquæ lebetem ſe con/
iecit, ibiq; ad mortem durare maluit, quam quid inhōne/
ſtum perpeti. Teſtis Plutarchus.

9 ℭ Amœbeas citharœdus tāta fuit caſtitate, vt vxorē (quā
hēbat formoſam) nūq̄ attigerit. Aelian⁹ apud Volaterranū.

10 ℭ Apollonius Tyanęus pl̄ls à puero titillatiōes Venereas
adeo repreſſit, & cōtudit, vt p̄ ſignis ī eo noſceret̄ caſtitas,
à qua nunq̄ poſtea reclinauit. Cælius lib. 8. Cap. 6.

11 ℭ Fuit in Athleta Clitomacho tanta caſtitas, vt ſi forte ca/
nes vidiſſet coeuntes, ſtatim vultum auerteret. Aelianus
apud Volaterranum.

12 ℭ Cryſanthus Alexandrinus eiuſq; vxor Daria nomine
virgines manſerunt ī coniugio.

13 ℭ Iccus Tarentinus athleta nobilis, quum certo ſciret cor
poris vires eneruari libidine, toto vitę tpe durauit expers
veneris, vt palęſtricis ludis eſſet accōmodatior. Volater.

14 ℭ Hippolytus Theſei filius, quum à Phædra nouerca ada
maretur ſupra fidem, nullis tamē precibus adduci potuit,
vt ei congrederetur, Seneca. Exorſus omne fœminæ no-

men fugit Immitis annos celibi vitæ dicat.

15 ℭ Origenes Adamantius virilia sibi amputauit, ne mole-Hieronymus stam sibi Venerem experiret. Imitatus Hierophātas Athenienſium ſacerdotes, qui ſorbitione Cicutæ ſe caſtrabant, quo mundius in ſacerdotio viuerent.

16 ℭ Publius adoleſcens L. Papyrii cliens, & libertus, quum dñi ſtuprum pati nollet, in vincula, & carcerē coniectus, & multis poſtremo plagis affectus eſt. Maluit tñ egregius adoleſcens omnia tormenta corporis experiri, ꝙ prepoſtera illa Venere contaminari. Liuius lib. 8.

17 ℭ Pauſanias Macedo per vim ſtuprū paſſus eſt ab Attalo, prouocauit ad Philippum, iniuriamq́ꝫ non ſine magna querimonia ad eum detulit. Quem quum ridentem facinus eoq́ꝫ riſu probantem conſpiceret, iram in eum conuertit, exegitq́ꝫ vltionem ab iniquo iudice quam à ſtupratore non poterat. Trogus author libro nono.

18 ℭ Sophronia Romana mulier, quū vim, & ſtuprū Decii principis non poſſet effugere, gladium mariti cōſenſu arripuit, eoq́ꝫ corpus ſibi confodit. Euſebio teſte.

19 ℭ Spurina adoleſcens, quum egregia ſua forma, decoroq́ꝫ aſpectu viros, & mulieres ad libidinem concitaret, faciē, & pulchritudinem oris, ſponte vulneribus deformauit. Author Valerius Maximus de Verecundia.

20 ℭ Veturius carcerē, plagas, diuerſaq́ꝫ tormēta maluit pati, quā Cęlio Plocio ſtuprādū ſe ꝓmittē. Valeri⁹ de Pudicitia.

21 ℭ Zenobia regina Palymireoꝝ, tanta fuit caſtitate, vt nec cū viro ſuo qdē, niſi ꝓlis cā ꝑgrederet̃. Trebellius Pollio.

22 ℭ Amos Aegyptius, mulieri (quam in matrimonium duxerat) nunquam congreſſus eſt, quinetiam eidem amorē virginitatis in animum induxit.

23 ℭ Anianus Alexādrinus eps, beati Marci Euangeliſtæ diſcipulus, oculum ſibi pforauit, quod intuitu parū pudico tranſeuntes fœminas aſpexiſſet. Sabellicus in exemplis.

24 ℭ Alfonſus ſecundus Alfonſi Catholici nepos, & Hiſpaniæ rex, nunquam vxori congreſſus eſt. Vnde & caſti meruit cognomentum. Volaterranus in Geogra.

25 ℭ Etelfrida Angliæ regina poſt primum partum abſtinuit

à viro. Volaterranus.

26 ¶ Bellerophon Glauci Corinthiorum regis filius, quum à Sthenobea vxore Prœti Argiuorum regis efflictim adamaretur, nullis tamen precibus induci potuit, vt cum ea stuprum committeret. Tortelius.

27 ¶ Baldraca puella generis obscuri, pegrinæq; cōditionis quis multarū rerū ob paupertatē eēt indiga, noluit tñ corporis sui copiā facere Othoni imperatori, quis montes & maria (qđ aiūt) pmitteti. Volaterranus in geographia.

28 ¶ Xenocrates phs, quū magnā castitatis opinionē sibi cōparasset, accessit ad eū Phryne meretrix, petiitq; ptē lecti, quā mille ꝯcessit. Nec tñ vllo noctis tpe attigit puellā, quis formosissimā. Hinc illa mane rediēs dixit se nō à viro, sed à statua venire. Quod argumentum est magnæ castitatis. Nam proximę voluptates magis titillant & multos (quorū miores in tuto positi videntur) seducunt, & euerberant. Laertius, & Valerius de continentia.

29 ¶ Dula maluit à milite qdā interfici, quā ab eodē violari.

30 ¶ Euphrosina virgo Alexandrina, virū mētita, domū patris panutii reliquit, ne ad nuptias cogeretur.

31 ¶ Edeltrudis regina, duobus in Anglia regibus nupta, castitatē semp illibatā seruauit, vtroq; ad pudicitiā inducto.

32 ¶ Eduardus tertius Anglorum rex vxorē (quam duxerat) nunquam attigit, Matrem Euinam (quam adulterii suspectam habebat) in cœnobiū relegauit. Volaterranus.

33 ¶ Petrus Vrseolus dux Venetorum, post susceptū filiū, vxorē nunq̄ attigit. Qđ vtriusq; voto factū est. Volaterranus.

34 ¶ Vādegisillo comiti Palatino (q sub Dagoberto rege floruit) quūp vim data eēt vxor, ea ad amorē castitatis induxit. Quo factū est, vt vterq; in cœnobio se incluserit.

35 ¶ Fara virgo fuit Gallica clarissimis orta natalibus Heraclio iperāte. Quā dū parētes Hagerric⁹, & Leodegunda p vim cogere vellēt ad matrimoniū, in tātas prupit lachrymas, vt inde cæcitatem cōtraxerit. (uauit castitatē.

36 ¶ Vuencellaus fili⁹ Borsinoi regis Bohemorum ppetuā ser-

37 ¶ Cazimirus quoq; rex Poloniæ perpetuo cęlebs, & castus mansit. Volaterranus.

38 ¶Henricus primus īperator, ppetuam in matrimonio ser uauit castitatem cū vxore Sinegunda. Baptista Egnatius.

39 ¶Iulianus marty, & Basilissa vxor impolluti quoq; man serunt in coniugio.

40 ¶Isacius Comnenus imperator tanta fuit continentia, vt vxorem nunq̄ inire voluerit post prolem semel ex ea susceptam, quāuis tamen ad morbi remedium medici consulerent, vt coitu frequentiore vteretur.

41 ¶Ludouicus eṗs Tolosan⁹ Caroli secūdi Siciliȩ regis fili⁹ ea fuit castitate, vt nulli prius fœminȩ pterq̄ matri, & sororibus verba faceret, ne vel colloq̄o sanctitatē corrūperet.

42 ¶Triptolemo Cereris filio quū plereq; virgines amplissimam offerrēt dotē, vt cū eo nuptias cōtraherēt, aspernabatur oēs & reiiciebat. Ouidius i Ibin. Fili⁹ vt Cereris frustra tibi semp amet, Destituatq; tuas vsq; petitus opes.

43 ¶Pudicissima fœmina semel matronarum sententia iudicata est, Sulpitia Paterculi filia. Author Plinius lib. 7. & Valerius vltimo Capite octaui.

44 ¶Melanio quidam odio mulierum in solitudinem demigrauit, perq; auia montium & nemorum cane vno feras insectari solitus est, nec vnq̄ domū reuocari potuit. Vnde natum adagium. Melanione castior. Erasmus. Huius Melanionis meminit Pontanus lib. 1. amorum dicens. Melanion nostros nequeat sufferre labores, Hyleam quāuis senserit ille manum. Non labor huic fuerat varios contemnere amores, Vna sed Iasidi cura placere suæ.

45 ¶Rhodope Dani filia, mortuo marito, nutricem dedit morti secundas nuptias suadentem.

46 ¶Cor. Tacitus scribit Pontiam quandam Romanā fœminam nullis verborum lenociniis, aut pollicitationibus ad adulterium cum Octauio tribuno plebis committendum impelli potuisse, quin ab eodem interfici maluisse.

47 ¶P. Scipio Africanus expugnata Carthagine Hispaniæ ciuitate, virginem tempestiuam forma egregia, & nobilis viri filiā, perductam ad se, patri inuiolatā reddidit. Author Gellius lib. 6. Cap. 8. Idē Scipio in oībus locis qbus hostē superauit, abstinuit semper victrices manus à captiuis mu-

lieribus, Plutarcho in eius vita, & Liuio lib. 26. testibus.

48 ❡Quãdiu C. Gracchus Sardiniam prouinciam administrauit, nulla meretrix itroiuit eius domum, nulli pueri eximia facie ei ad scyathum steterũt. Idem Gellius.

49 ❡Chiæ mulieres tãta fuerunt castitate, vt neq; adulteriũ, neq; illegitimus concubitus apud eas vnq̃ prodatur accidisse. Plutarchus de virtutibus mulierum.

50 ❡Trebonius pudicæ sanctitatis miles Lusium Marii ex sorore nepotẽ, castitati suæ stuprũ & insidias molientẽ dedit morti, Plutarchus in Apophthegmatis. Hinc Cicero sub principiũ oratiõis Milonianę. Pudicitiã quũ eriperet militi tribunus militaris in exercitu C. Marii propinquus eius ĩperatoris iterfectus ab eo est, cui vim afferebat, facere enĩ ꝓbus adolescẽs periculosę, quam perpeti turpiter maluit.

51 ❡Fert. Euripides ꝑpetuo mulierum odio cõflagrasse, siue q̃a natura esset talis, abhorreretq; à mulierũ cœtu, siue q̃d duas habuerat vxores simul, ꝑ Atheniẽsiũ decretũ, quarũ matrimonii quũ ꝑtęduisset, toti sexui bellũ induxit. Gellius Cap. 17. libri septimi, & post eũ Cęlius lib. 13. Cap. 10.

52 ❡Iulianus imperator tanta enituit castitate, vt post amissam coniugem nihil vnq̃ Venereum attigerit. Author Ammianus Marcellinus lib. 25.

53 ❡Syritha Syualdi regis Danorum filia tantæ fuit pudicitiæ, vt quũ ob elegantiam formæ magna procoꝝ frequentia peteret, neminem tñ inspexerit. Saxo lib. 7.

54 ❡Dryas Fauni filia aspectũ viroꝝ vsq; adeo refugit, vt in publicum prodire nunq̃ visa sit. Quo factũ est, vt vetitum sit, ne eius sacris interessent mares. Author Plutar.

55 ❡Olim tanta fuit Patauinarum mulierum castitas, vt non nisi operta facie prodirent in publicũ. Cælius li. 7. Cap. 17. Vnde Martialis. Tu quoq; nequitias nostri lususq; libelli Vda puella leges, sis Patauina licet.

56 ❡Diogenes tragœdus ab vxore perpetuo abstinuit.

57 ❡Pontius Aufidian⁹ vbi resciuit filiã à Fannio Saturnino pędagogo suo corruptã, vtrũq; puniuit morte. Val. Maxi.

58 ❡Publius Meuius libertũ (quẽ vnice diligebat) ꝑp illatũ filię iam nubili osculũ interfecit. Idẽ Valerius de pudicitia.

eundem ad aram gladio cōfodit. Idem author.

80 ¶ Absalon Amon fratrē occidit, quod imodeste Thamar sororē cōmunem deperibat, eiq; vim intulerat.

81 ¶ Constantinus imperator Crispum filiū capite puniuit, quod nouercā Faustam stupri compellasset.

82 ¶ Hieron Syracusanus Epicarmum poetā Comicū mulctauit, ꝙ pr͡esente ipsi⁹ coniuge, lasciuos recitasset versus.

83 ¶ Marcia Varronis filia, quum suo sæculo sculpēdi, pingendiq; arte insignis haberet, abstinuit semp ab effingēda virili figura, ne pudibunda quoq; exprimeret.

84 ¶ Eugenia virgo Philippi proconsulis Alexandrini filia, quum ab imperatore Cōmodo stuprum sibi timeret, Monachi habitum mentita est & nomen.

85 ¶ Ioannes Malatesta vxorem nomine Franciscam in complexu Pauli Malatestæ fratris sui deprehēsam gladio trāsfixit vna cum adultero.

86 ¶ Ludouicus quoq; Normaniæ Seneschalus Carlottam vxorē cū Ioanne Lauerno eius adultero, morti dedit.

87 ¶ Frācisc us Gonzaga Agneti adulteræ caput adimi iussit.

88 ¶ Rhodulphus quoq; Gonzaga quum vxorem adulterii compertam haberet, eam vna cum adultero in concubitu deprehensam occidit.

89 ¶ Pastor presbyter, & Anachoreta matrem ad se venientem cella clausa reppulit, causa seruandę castitatis.

90 ¶ Hugo Carthusiensis p annos. 15. mulieris faciem nunq̄ videre voluit.

91 ¶ Pontanus lib. 1. Tumulorū, castitatē Fuscæ matronæ sequenti laudat Epitaphio. Centū Fusca procos habuit, nec castra cubile polluit, aut sancti iura verēda tori. Centū Fusca ꝓcos risit, coluitq; maritū, O raram in longa posteritate fidem. Hoc virtutis opus dura inter & aspera sese Erigere, & fortes exeruisse manus. Viue Fusca igit̄ celebris post fata, fidemq; testantur, nullo marmora victa situ.

92 ¶ Lysidice Græca mulier, quū lauabatur præ insigni quadam pudicitia subuculam non exuebat.

93 ¶ Philotera quoq; alia mulier itidē Gręca, quū in balneū descēderet, tm̄ corporis ab inferiori parte solebat detegere,

qtum aquę imerserat, subucula paulatim ad superiora sub/ducta. Quumq́ꝫ aquis lota emergeret, eadē ratione superiora corporis amictu obtegere.

94 ℂTheano Pythagorica vestē induēs quū brachiū nudasset, cuidā se iruēti cupidiniśq́ꝫ effato. Pulchrū, dii bōi, brachiū. At nō publicū inqt illa. Plutarch⁹ in pceptis cōnubialibus.

95 ℂQuū Attila Pānonię rex Agleiam oppugnaret, Dugna fœminarū nobilissima, ne qd indignā à sordidissimis hostibus pateret, mox ingressum hostiū captāq́ꝫ vrbē psensit, è summa turre obuoluto capite i Natissam fluuiū se pcipitē dedit, metūq́ꝫ amittēdę pudicitię memorabili exitu terminauit. Paulus Diaconus lib. 15. rerum Romanarum.

ℂMulieres doctæ.

Corinna Theb.	19 Zenobia	42 Istrina
Corina Thespia	20 Alpaides.	43 Cassandra fidel
Corinna Ouidi.	21 Catharina Senē	44 Themistoclea
Myrtis	22 Delbora	45 Proba Valeria
2 Erinna	23 Hildegardis	46 Amalthea
3 Sappho	24 Ioāna Anglica	47 Elisabeta
4 Polla	25 Luceia Mima	48 Baptista prima
5 Aspasia	26 Lasthenia	49 Isota
6 Cleobulina	Axiothea	50 Damisella
7 Cornificia	27 Michale	51 Minerua
8 Cornelia	28 Diotima	52 Manto
9 Lælia	29 Themiste	53 Nicostrata
Hortensia	30 Arete	54 Catharia Costis
Liciniæ	31 Dama	55 Fabiola
Mutiæ	32 Thargelia	56 Marcella
10 Anastasia	33 Musca	57 Eustochium
11 Damophila	34 Charixena	58 Genebria
12 Hypathia	35 Mœro	59 Constantia
13 Leontium	36 Agallis	60 Blesilla
14 Pamphila	37 Telesilla	Nossis
14 Praxilla	38 Hipparchia	Agacle
16 Phemonoe	39 Cassandra Pria.	Anyte
17 Sosipatra	40 Claudia	Myto.
18 Theano	41 Eudocia	

vsq; Idem Cælius ibidem,

Aeschylus 50 ¶Sophocles & Aeschylus hac peste famam suam corru-perunt, non tacentibus theatris.

51 ¶Lusius Marii ex sorore nepos, quum Trebonio pudicæ sanctitatis militi vim & stuprum vellet inferre, ab eodem interfectus est. Vide caput de Castitate.

52 ¶Deuinxit sibi Alexādrum Bagoas spado, nec alio obsequio, quā ipudica sui corporis copia. Propterea quū Orsines Persa nobilissimus Alexādrū, eiusq; amicos muneribus cumularet, soli Bagoę nihil honoris detulit. Rogatus causam, respondit se amicos regis non scorta colere. Cælius Cap. 30. libri octaui.

53 ¶Sallustius impingit Ciceroni, quod filiam habuerit pellicem matris, Sed inimici verba fidem non capiunt.

Pindarus. 54 ¶Testatū est Græcorum monumētis Pindarum nouē lyricorum principem in gremio dilecti pueri mortuum in gymnasio repertū. Valerius de mortibus nō Vulgaribus.

55 ¶Ferunt & Agathoclē Siciliæ tyrānū forma & venustate corporis prẹeminentē diu vitam stupri patientia exegisse. Propterea Timeus dixit illū primęuo ętatis flore scortū promiscuū, ipudētissimo cuiq; expositū. Iustinus lib. 22.

56 ¶Crathis pastor quū in venerem esset procliuior, Capram oium formosissimam deperire cœpit, cui cōgrediebat̃ frequenter, demumq; vti amicā grate amplexabat̃ cū multa suauiatione. Quod cōtemplatus Hyrcus zelotypię œstro cōcitatus, dormiētē Crathim cornibus inuasit & iterfecit. Hoc ex Gręcis aduocāt. Cælius & Volaterranus.

57 ¶Pausanias dux Lacedęmonius Argillum forma conspicuum adolescentem mire dilexit, sed amore Venereo. Habebat enim puerū pro scorto. Cælius Cap. 61. lib. 16.

58 ¶Proculus iperator cētū Sarmatas virgines bello captas itra dies. 15. (vt ipse gloriabat̃) grauidas reddidit, magno libidinis argumēto. Flauius Vopiscus, & Sabellicus i exēplis.

59 ¶Collegit Heliogabalus naturæ monstrū lenones, meretrices, exoletos, & subactores ppe innumeros, qbus adiecit nasatos hoies. i. mutoniatos, quoniā his ad libidinē & flagicium vtebat̃ scelestissime. Quocirca Lampridius ad

Constātinum Imperatorem, de pdigiosa eius venere scribens ait. Quis ferre posset principem per cūcta caua corporis libidinē recipientem, quum ne beluam quidē talem quisquā ferat Romæ? Habuit insuper emissarios, qbus nihil aliud erat negocii, nisi vt bene nasatos perquirerent, eosq; ad aulā perducerēt, vt illis se compollueret.

60 ℭ Ferunt Augustū inter duodecim Catamitos, totidemq; puellas accubare solitum. Idem abiecta vxore Scribonia, amore alienæ coniugis possessus, Liuiā quasi marito concedēte sibi coniunxit. Quumq; esset luxuriæ mancipium, eius tñ vicii seuerissimus fuit vltor. Testis Sex. Aurelius, M. Antonius dicebat eū adoptionē auūculi stupro meruisse. Fert & Aulo Hircio in Hispania trecētis milibus nūmū se substrauisse. Idem solitus est suburere crura nuce ardēti, quo mollior pilus sugeret. Suetonius.

61 ℭ Celmis vnus fuit ex Idæis Dactylis, qui matrem deorū Rheam violauit stupro. Suetonius apud Erasmum.

62 ℭ Tiberius Cæsar authore Trāquillo sellariā excogitauit sedem arcanarum libidinū, In quam accersiti puellarum, & exoletorū greges, monstruosiq; concubitus repertores triplici serie conexi incestarent se corā ipso. In syluis quoq; Venereos locos cōmentus est, quibus impenetrabat pstantes. Instituit & pueros primæ teneritudinis (quos pisciculos vocabat) vt natāti sibi inter fœmina versarent, ac luderent, lingua morsuq; sensim appetentes, Eosq; quasi infantes firmiores, nec dum tñ lacte depulsos inguini ceu papillæ admouebat. Fert & in sacrificando, quondā facie ministri Acerram præferentis nequiuisse abstinere, quin pene vix dum re diuina peracta ibidem statim seductum cōstupraret, fratremq; eius tibicinem, quibus tñ postea crura infregit, quod flagitium mutuo exprobrabant.

63 ℭ Exercuit imperator Domitianus assiduitatē nimiæ libidinis, quā Clinopalen. i. lecti palestrā vocabat. Inter vulgatissimas meretrices quādoq; natasse dicit. Fratris filiā adhuc virginē alteri collocatā vltro corripuit. Suetonius.

64 ℭ Nicomedes rex Bithiniæ stuprū Cæsari intulit, non sine maxima vtriusq; nota, theatricisq; conuiciis. Extant enim

C.Licinii versus. Bithynia quicquid & pedicator Cæsar vnq̄ habuit. Dolobella quoq; Cæsarem ipsum pellicem reginæ vocabat. Curio stabulum Nicomedis, & Bithynicā fornicem. Et Bibulus proscripsit collegā suum Bithynicā reginam, cui dicebat regem antea fuisse cordi, nunc esse regnum. Et C. Memmius obiecit ad ciathum & vinū Nicomedis stetisse, cū reliquis exoletis pleno cōuiuio accubantibus. Gallico deniq; triumpho milites eius inter cætera carmina illud pronunciauerunt. Gallias Cæsar subegit, Nicomedes Cæsarem. Author idem Suetonius.

65 ¶Amythone, Thelesippa, Megara, Atthys, Cidno, ancillæ fuerunt Sapphus, quibus Sappho ipsa ad libidinē vtebat. Eas enim subagitabat, & mutuo ab eis patiebat. Vnde in eius epistola ad Phaonē legit. Vilis Amythone, vilis mihi candida Cidno, Nō oculis grata est Atthys, vt añ meis.

66 ¶Fuit Aristoteles in amore tam infelix, vt pellici sacra faceret. Author Mirandula in suis super hymnos suos Annotationibus.

67 ¶Hercules tanta in fœminas licentia fuisse fertur, vt quinquaginta virgines vna nocte dicatur stuprasse. Author Io.fr. Mirandula, & Theodoritus Cyrensis.

68 ¶Periander Corinthius (qui tamē inter septem sapientes Græciç numeratus est) rē habuit cū Melissa vxore, vel (vt aliis placet) meretrice mortua. Author Herodotus lib. 5.

69 ¶Alchidas Rhodius formoso cuidam simulachro se conimiscuit, reliquitq; indices tam immoderatæ libidinis maculas. Author Plinius.

70 ¶Anthia vxor Prœti regis Argiuorum Bellerophontē ad stuprum voluit inducere.

71 ¶Gemellus Tribunitius lupanar domi suæ instituit, in quo Mutiam, & Fuluiam fœminas illustres, nobilemq; puerum Saturninum prostituit.

72 ¶Fecit Catilina multa stupra, cum virgine nobili, & cum sacerdote Vestæ. Postremo vt Aurelia Orestilla frueretur filium suum pro certo interemisse creditur, quod ea nubere illi dubitaret, timēs priuignum iam adultum. Sallustius & Valerius authores.

73 ¶Aufidius crebis fuit adulteriis famosus, & matronarum freqntissim° corruptor apud Romanos. Iuuenalis Saty.9. Notior Aufidio mœchus celebrare solebas. Martia. Procuratorē vultu q̃ pferat ipso, Acrior hoc cui° nō erit Aufidi°.

¶Amatores quorundam aīaliū. & aliarū rerū.

¶Semiramis adamauit equū, vt diximus. Pasiphæ taurū. Aristo Ephesius asinæ se cōmiscuit. Fuluius equę. Hortensius orator amauit Murenam, quā atratus multos dies fleuit. Aristomachus solensis tāto apum amore captus est, vt duo de sexaginta annis nihil aliud fecerit. Hyliscus quoqꝫ Thasius apes coluit in desertis. Morum arborem ætate Plinii adamauit Passienus Crispus, bis consul, osculari, cōplectiq́ꝫ eā solit°, atqꝫ ēt cubare sub ea, vinumq́ꝫ illi effundere.

¶Multorum quoqꝫ literis pditū est amatā à Xerxe platanum, Iam diximus Crathidem pastorē amore Capręexarsisse, Puerū Athiensem, & Pygmalionē statuas adamasse, Alchidam Rhodiū ad statuā se pstituisse. Iunius Pisciculus simulachrū vnius è Thespiadibus pari feruore cōplexus est. Antonia Drusi Murenā adeo dilexit, vt ei inaures & monilia addiderit. Cyparisso tātus fuit in Ceruā amor, vt ea mortua, præ dolore quoqꝫ expirauerit. Pontius Pylatus legatus Caii principis, imagines Atalantę & Helenę nudas à Cleophanto Corinthio pictas earum libidine captus, rapere conatus est.

¶Amati à diuersis animalibus.

¶Egesidemus apud Plinium testis est Hermiā puerū adamatum à Delphino, vectumq́ꝫ per maria. Quumq́ꝫ tēpestate suborta periisset Hermias amasii perditi dolore Piscem in sicco expirasse. Varia sunt ibidem exempla, de pueris ab huiusmodi piscibus adamatis. Argis puer Olenus nomine adamatus est ab ansere. Glauce, quędam cytharistria ab Ariete. Lacydi philosopho anser adhæsit ppetuus comes, nusq̃ ab eo nō in publico, non in balneis, nō noctu, nō interdiu digressus. Plinius Cap.22. lib.10. Apud Ciliciæ Solos, Xenophontis puerum forma præcellentem dilexit canis. Cælius lib.7. Spartæ quoqꝫ adolescentem Graculus. Nicander apud Cęliū, testis est gallogallinaceo eē amoris

intellectum in hominem. Quod ne cui videatur fabulosum, ait secundum (qui pincerna regius fuit in Bithynia) à Gallo amatum eximie, cui nomen foret Centaurus. Pueri nomen fuit Amphiocus, genere Olenius. In Leucadia virginem in tm̄ adamauit Pauo, vt ea mortua cōmoreretur. Educata à virgine apud Seston vrbem Aquila retulit gratiam, aues primo, mox deinde venatus aggerens. Quin dū mortuæ virginis cremarent ossa, in defunctæ rogum se cōiecit volucris, simulq́ conflagrauit. Author Pli. lib. 10. Cap. 5.

Amphiocus.

Vrsus.

Vrsus filiā cuiusdā patrisfamilias ī agro Suetico, cū ancillulis lusum egressam, deturbatis comitib⁹ rapuit, exceptāq́ vnguibus præ se leniter ferens, ad notā nemoris latebram deportauit. Cuius egregios artus nouo genere cupiditatis aggressus, petitam laniatam prædam in vsum nefariæ libidinis vertit. Effectus enim ex raptore amator, famē concubitu soluit, ardoremq́ gulæ Veneris satietate pensauit. Author Saxo Grammaticus lib. 10. Historiæ Danicæ.

¶ Zelotypi.

Cyrce filia solis Venefica ęgreferens Scyllam Nymphā amatam à Glauco deo marino, fontē (quo illa se lauare consueuerat) infecit venenis. Quo factum est, vt Scylla in monstrum marinum sit conuersa.

Scylla i(n) m(onstrum) m(arinum).

¶ Phanus quū Vxorem haberet adulterii suspectam, atrii fores sic occlusit, vt non nisi cum stridore sonituq́ possent aperiri, Verum quū illa per tegulas adulterum intromitteret, vicini per iocum dicebant. Phani hostiū. Quo puerbio innuebāt aliquid seruatū frustra. Erasmus ī Chiliadibus.

Prouerbium.

¶ Procris suspicata maritum Cephalum alterius fœminæ amore captum, eundem in syluas secuta est, delituitq́ in dumis, vt obseruaret clanculū, quid maritus faceret, Quū autem vepres (in quibus latebat) aliquantum mouisset, Cephalus arbitratus esse feram, eam iaculo confodit. Plutarchus in Paral. idē memorat de vxore Cyniappi, & vxore Aemylii adolescentis.

¶ Dirce vbi sensit maritum suum Lycum amore Antiopę captum, puellam raptam tauri ceruicibus alligauit. Quo tormento cruciata Antiope, tantisper vociferata est, dum

à vicinis fit concursum. Erasmus in Adagiis.

¶ Memmius Romanus quum ageret Tarracinæ, deperibat in quādam mulierculā non sine Largio quodā riuali. Cum hoc igitur quum aliquando rixa incidisset eo iracūdiæ prouectus est Memmius, vt ipsi Largio brachiū mordicus arripuerit. Vnde fluxit adagium in vulgus. Lacerat lacertum Largi mordax Memmius, Erasmus. Prouerbiū.

¶ Helena post mortem Menelai à Megapentho, & Nicostrato filiis Orestis fugata in Rhodum, ad Polyzo vxorē Tlipolemi peruenit, quæ iussit eam arbori suspendi ob viri Zelotypiam. Pausanias apud Volaterranum.

¶ Castissimi.

1 Penelope	24 Alfonsus.	48 C. Gracchus.
2 Daphne	25 Etelfrida.	49 Chię mulieres.
3 Biblia	26 Bellerophon.	50 Trebonius.
4 Asbylus	27 Baldraca.	51 Euripides
5 Cæstus.	28 Xenocrates.	52 Iulianus imp.
6 Lucretia	29 Dula.	53 Syritha.
7 Alexander.	30 Euphrosina.	54 Dryas.
8 Democles.	31 Edeltrudis.	55 Patauinæ.
9 Amœbeas.	32 Eduard⁹ tertius.	56 Diogenes.
10 Apollonius.	33 Petrus Vrseol⁹.	57 Pōti⁹ Aufidian⁹
11 Clitomachus.	34 Vandegisillus.	58 Pub. Meuius.
12 Chrysanthus	35 Fara.	59 Q. Fab. Serui.
Daria	36 Vuenceslaus.	60 Pub. Attilius.
13 Ictus	37 Cazinitus.	61 Hippo.
14 Hippolytus.	38 Hēricus prim⁹.	62 Theutōicę mu.
15 Origenes.	39 Iulian⁹ martyr.	63 Amator.
16 Publius.	40 Isacius.	64 Leo Pont.
17 Pausanias.	41 Ludouic⁹ eps	65 Būdict⁹ abbas.
18 Sophronia.	42 Triptolemus.	66 Augustinus.
19 Spurina.	43 Sulpitia.	67 Io. Anachoreta.
20 Veturius.	44 Melanio.	68 Arsenius.
21 Zenobia.	45 Rhodogune.	69 Pion.
22 Amos.	46 Pontia.	70 Vrsinus.
23 Anianus.	47 Scipio.	71 Hilario.

72 Euagrius.
Bernardꝰ abbas.
Aníumarus.
Frácifcꝰ Afifias.
73 Iudich,
74 Anna.
75 Effenii.
76 Timoclia.
77 Damon.
78 Cyane.
79 Medulina
80 Abfalon.
81 Cōftantinꝰ imp.
82 Híeron Syrac.
83 Marcia.
84 Eugenia.
85 Ioã.Malatefta.
86 Ludo.Senefcha.
87 Fr.Gonzaga
88 Rhodul. Gōza.
89 Paftor.
90 Hugo Carthu/ciẽfis.
91 Fufca.
92 Lyfidice.
93 Philotera.
94 Theano.
95 Dugna.

EEPLANATIO.

1 PEnelope Icari filia nullis procorum blandimẽtis, nullis pollicitationibus adduci potuit, vt abfente per viginti annos marito Vlyffe, caftitatem corrũperet. Vnde Propertius lib. 3. Hęc etiã claufas expugnant arma pudicas. Quæq; terunt faftus Icarioti tuos. Idem. Nec fida Euadne, nec pia Penelope. Idem lib. 2. Penelope poterat bis denos falua ꝑ annos viuere, tam multis fœmina digna procis. Ouidius lib. 3. Eleg. Penelope manfit (quãuis cuftode careret) Inter tam multos intemerata ꝓcos. Claudianus. Penelopefq; fuum decus eft, cui tanta paratur Scæua pudicitiæ. Idem Penelope trahat arte ꝓcos, fallatq; furentes. Stamina nocturnæ relegens folertia telæ.

2 ¶ Daphne Penei filia fuit feruãdę caftitatis adeò ftudiofa, vt procos oẽs reiecerit, ipfumq; Apollinẽ quãuis ꝑpetua iuuenta, intonfifq; crinibus fpeciofum. Ouidius li. 1. Met. Multi illam petiere, illa auerfata petẽtes Ipatiẽs, experfq; viri nemora auia luftrat. Nec quid Hymen, quid amor, qd fint connubia, curat. Et paulopoft. Illa velut crimen tædas exofa iugales Da mihi perpetua virginitate frui.

3 ¶ Biblia vxor Duilli Romani (qui primus nauali certamine triumphauit) tantæ fuit pudicitiæ, vt fuo fæculo caftitatis norma, & fpeculum videretur,

4 ¶ Plato de Rep. teftis eft Afbylum athletã Crotoniatam ꝑpetua virginitate prędítum fuiffe ob ftudium curfus.

5 ¶ Martialis libro octauo. Cæfti pueri caftitatem, & formã cōmendat

cōmēdat his verbis. Quātā tua ē ꝓbitas, q̄ta eſt pſtātia for/
me. Ceſte puer, puero caſtior Hippolyto. Te ſecum Diana
velit, doceatq́ natare, Te Cybele ſecū vellet hr̄e Phryga.

6 ¶ Lucretia ob acceptū à Tarquinio ſtuprū, temeratamq́ pudicitiam, facinus ſua morte vindicauit.

7 ¶ Alexādrum Macedonem ſunt qui libidinis arguāt, Cō tra tñ reperiunt exēpla, quæ hoc ipſum refellant, & in eo doceāt caſtitatem. Nā & victi Darii vxorē filiaſq́ captiuas non ſolum non corrupit, at ēt edicto cauit, ne quis aliquid in eas moliret. Præter vxorem & Berſanen è Damaſco viduam, ac regiam mulierē, nullā aliā cōplexus eſt. Puerorum inſuper abſtinentiſſimus, quoq́ viginti millia ad militarem diſciplinam, iubebat erudiri, quū tñ ætatis illius homines maſcula, & prępoſtera libidine paſſim obbruteſcerent. Curtius lib. 3. & Gellius Cap. 8. libri ſexti.

8 ¶ Democles puer dubiū maiore pudicitia, an forma corporis elegātiore, quū videret ſe ad ſtuprū ſollicitari à Demetrio Poliorcete, nec aliter vim tyranni importunā poſſet effugere, in proximum feruentis aquæ lebetem ſe coniecit, ibiq́ ad mortem durare maluit, quam quid inhoneſtum perpeti. Teſtis Plutarchus.

9 ¶ Amœbeas citharœdus tāta fuit caſtitate, vt vxorē (quā hēbat formoſam) nūq̄ attigerit. Aelian⁹ apud Volaterranū.

10 ¶ Apollonius Tyanęus phs à puero titillatiōes Venereas adeo repreſſit, & cōtudit, vt pſignis ī eo noſceret caſtitas, à qua nunq̄ poſtea reclinauit. Cælius lib. 8. Cap. 6.

11 ¶ Fuit in Athleta Clitomacho tanta caſtitas, vt ſi forte canes vidiſſet coeuntes, ſtatim vultum auerteret. Aelianus apud Volaterranum.

12 ¶ Cryſanthus Alexandrinus eiuſq́ vxor Daria nomine virgines manſerunt ī coniugio.

13 ¶ Ictus Tarentinus athleta nobilis, quum certo ſciret corporis vires eneruari libidine, toto vitę tpe durauit expers veneris, vt palęſtricis ludis eſſet accōmodatior. Volater.

14 ¶ Hippolytus Theſei filius, quum à Phædra nouerca adamaretur ſupra fidem, nullis tamē precibus adduci potuit, vt ei congrederetur. Seneca. Exorſus omne fœminæ no-

men fugit Immitis annos celibi vitæ dicat.

15 ¶Origenes Adamantius virilia sibi amputauit, ne mole- stam sibi Venerem experiret. Imitatus Hierophãtas Athe- niensium sacerdotes, qui sorbitione Cicutæ se castrabant, quo mundius in sacerdotio viuerent.

16 ¶Publius adolescens L. Papyrii cliens, & libertus, quum dñi stuprum pati nollet, in vincula, & carcerẽ coniectus, & multis postremo plagis affectus est. Maluit tñ egregius adolescens omnia tormenta corporis experiri, q̃ pręposte ra illa Venere contaminari. Liuius lib. 8.

17 ¶Pausanias Macedo per vim stuprũ passus est ab Attalo, prouocauit ad Philippum, iniuriamq; non sine magna querimonia ad eum detulit. Quem quum ridentem faci- nus, toq; risu probantem conspiceret, iram in eum conuer tit, exegitq; vltionem ab iniquo iudice quam à stupratore non poterat. Trogus author libro nono.

18 ¶Sophronia Romana mulier, quũ vim, & stuprũ Decii principis non posset effugere, gladium mariti cõsensu ar- ripuit, eoq; corpus sibi confodit. Eusebio teste.

19 ¶Spurina adolescens, quum egregia sua forma, decoroq; aspectu viros, & mulieres ad libidinem concitaret, faciẽ, & pulchritudinem oris, sponte vulneribus deformauit. Author Valerius Maximus de Verecundia.

20 ¶Veturius carcerẽ, plagas, diuersaq; tormẽta maluit pati, quã Cęlio Plocio stuprãdũ se ꝑmittẽ. Valeri⁹ de Pudicitia.

21 ¶Zenobia regina Palymireoꝝ, tanta fuit castitate, vt nec cũ viro suo qdẽ, nisi ꝑlis cã ꝯgrederet. Trebellius Pollio.

22 ¶Amos Aegyptius, mulieri (quam in matrimonium du- xerat) nunquam congressus est, quinetiam eidem amorẽ virginitatis in animum induxit.

23 ¶Anianus Alexãdrinus eps, beati Marci Euangelistæ di- scipulus, oculum sibi ꝑforauit, quod intuitu parũ pudico transeuntes fœminas aspexisset. Sabellicus in exemplis.

24 ¶Alfonsus secundus Alfonsi Catholici nepos, & Hispanię rex, nunquam vxori congressus est. Vnde & casti meruit cognomentum. Volaterranus in Geogra.

25 ¶Etelfrida Angliæ regina post primum partum abstinuit

à viro. Volaterranus.

26 ¶ Bellerophon Glauci Corinthiorum regis filius, quum à Sthenobea vxore Proeti Argiuorum regis efflictim adamaretur, nullis tamen precibus induci potuit, vt cum ea stuprum committeret. Tortelius.

27 ¶ Baldraca puella generis obscuri, pegrinæq́ꝫ cõditionis quis multarũ rerũ ob paupertatē eēt indiga, noluit tñ corporis sui copiã facere Othoni imperatori, quis montes & maria (qđ aiũt) pmitteti. Volaterranus in geographia.

28 ¶ Xenocrates phs, quũ magnã castitatis opinionē sibi cõparasset, accessit ad eũ Phryne meretrix, petiitq́ꝫ ptē lecti, quã mille ɔcessit. Nec tñ vllo noctis tpe attigit puellã, quis formosissimã. Hinc illa mane rediēs dixit se nõ à viro, sed à statua venire. Quod argumentum est magnæ castitatis. Nam proximę voluptates magis titillant & multos (quorũ mores in tuto positi videntur) seducunt, & euerberant. Laertius, & Valerius de continentia.

29 ¶ Dula maluit à milite qđã interfici, quã ab eodē violari.

30 ¶ Euphrosina virgo Alexandrina, virũ mētita, domũ patris panutii reliquit, ne ad nuptias cogeretur.

31 ¶ Edeltrudis regina, duobus in Anglia regibus nupta, castitatē semp illibatã seruauit, vtroqꝫ ad pudicitiã inducto.

32 ¶ Eduardus tertius Anglorũ rex vxorē (quam duxerat) nunquam attigit, Matrem Euinam (quam adulterii suspectam habebat) in cœnobiũ relegauit. Volaterranus.

33 ¶ Petrus Vrseolus dux Venetorũ, post susceptũ filiũ, vxorē nunq̃ attigit. Qđ vtriusqꝫ voto factũ est. Volaterranus.

34 ¶ Vãdegisillo comiti Palatino (q sub Dagoberto rege floruit) quũ p vim data eēt vxor, eã ad amorē castitatis induxit. Quo factũ est, vt vterqꝫ in cœnobio se incluserit.

35 ¶ Fara virgo fuit Gallica clarissimis orta natalibus Heraclio iperãte. Quã dũ parētes Hagerric⁹, & Leodegunda p vim cogere vellēt ad matrimoniũ, in tãtas ꝓrupit lachrymas, vt inde cæcitatem cõtraxerit. (uauit castitatē.

36 ¶ Vuencellaus fili⁹ Borsinoi regis Bohemorũ ppetuã ser-

37 ¶ Cazimirus quoqꝫ rex Poloniæ perpetuo cęlebs, & castus mansit. Volaterranus.

38 ℭHenricus primus iperator, ppetuam in matrimonio ser uauit castitatem cū vxore Sinegunda. Baptista Egnatius.

39 ℭIulianus marty, & Basilissa vxor impolluti quoq; mā serunt in coniugio.

40 ℭIsacius Comnenus imperator tanta fuit continentia, vt vxorem nunq̄ inire voluerit post prolem semel ex ea su sceptam, quāuis tamen ad morbi remedium medici consu lerent, vt coitu frequentiore vteretur.

41 ℭLudouicus ep̄s Tolosan⁹ Caroli secūdi Siciliæ regis fili⁹ ea fuit castitate, vt nulli prius fœminæ pterq̄ matri, & soro ribus verba faceret, ne vel colloquo sanctitatē corrūperet.

42 ℭTriptolemo Cereris filio quū plerǫ; virgines amplissi mam offerrēt dotē, vt cū eo nuptias cōtraherēt, aspernaba tur oēs & reiiciebat. Ouidius i Ibin. Fili⁹ vt Cereris frustra tibi semp amet, Destituatq; tuas vsq; petitus opes.

43 ℭPudicissima fœmina semel matronarum sententia iudi cata est, Sulpitia Paterculi filia. Author Plinius lib. 7. & Va lerius vltimo Capite octaui.

44 ℭMelanio quidam odio mulierum in solitudinem demi grauit, perq; aula montium & nemorum calle vno feras insectari solitus est, nec vnq̄ domū reuocari potuit. Vnde natum adagium. Melanione castior. Erasmus. Huius Me lanionis meminit Pontanus lib. 1. amorum dicens. Mela nion nostros nequeat sufferre labores, Hyleam quāuis fen serit ille manum. Non labor huic fuerat varios contemne re amores, Vna sed Iasidi cura placere suæ.

45 ℭRhodope Dani filia, mortuo marito nutricem dedit morti secundas nuptias suadentem.

46 ℭCor. Tacitus scribit Pontiam quandam Romanā fœmi nam nullis verborum lenociniis, aut pollicitationibus ad adulterium cum Octauio tribuno plebis committendum impelli potuisse, quin ab eodem interfici maluisse.

47 ℭP. Scipio Africanus expugnata Carthagine Hispaniæ ciuitate, virginem tempestiuam forma egregia, & nobilis viri filiā, perductam ad se, patri inuiolatā reddidit. Author Gellius lib. 6. Cap. 8. Idē Scipio in oībus locis qbus hostē superauit, abstinuit semper victrices manus à captiuis mu

lieribus, Plutarcho in eius vita, & Liuio lib. 26. testibus.

48 ¶ Quādiu C. Gracchus Sardiniam prouinciam admini-strauit, nulla meretrix itroiuit eius domum, nulli pueri exi-mia facie ei ad scyathum steterūt. Idem Gellius.

49 ¶ Chiæ mulieres tāta fuerunt castitate, vt neq; adulteriū, neq; illegitimus concubitus apud eas vnq̄ prodatur acci-disse. Plutarchus de virtutibus mulierum.

50 ¶ Treboniuspudicæ sanctitatis miles Lusium Marii ex so-rore nepotē, castitati suæ stuprū & insidias molientē dedit morti, Plutarchus in Apophthegmatis. Hinc Cicero sub principiū oratiōis Milonianę. Pudicitiā quū eriperet mili-ti tribunus militaris in exercitu C. Marii propinquus eius īperatoris ītersectus ab eo est, cui vim afferebat, facere eni ꝓbus adolescēs periculose, quam perpeti turpiter maluit.

51 ¶ Fert Euripides ꝑpetuo mulierum odio cōflagrasse, siue q̄a natura esset talis, abhorreretq; à mulierū cœtu, siue q̄d duas habuerat vxores simul, ꝓ Atheniēsiū decreto, quarū matrimonii quū ꝑtęduisset, toti sexui bellū induxit. Gel lius Cap. 17. libri septimi, & post eū Cęlius lib. 13. Cap. 10.

52 ¶ Iulianus imperator tanta enituit castitate, vt post amis-sam coniugem nihil vnq̄ Venereum attigerit. Author Am mianus Marcellinus lib. 25.

53 ¶ Syritha Syualdi regis Danorum filia tantæ fuit pudici-tiæ, vt quū ob elegantiam formæ magna procoꝝ frequen tia peteret, neminem tū inspexerit. Saxo lib. 7.

54 ¶ Dryas Fauni filia aspectū viroꝝ vsq; adeo refugit, vt in publicum prodire nunq̄ visa sit. Quo factū est, vt vetitum sit, ne eius sacris interessent mares. Author Plutar.

55 ¶ Olim tanta fuit Patauinarum mulierum castitas, vt non nisi operta facie prodirent in publicū. Cælius li. 7. Cap. 17. Vnde Martialis. Tu quoq; nequitias nostri lususq; libelli Vda puella leges, sis Patauina licet.

56 ¶ Diogenes tragœdus ab vxore perpetuo abstinuit.

57 ¶ Pontius Aufidianꝰ vbi resciuit filiā à Fannio Saturnino pędagogo suo corruptā, vtrūq; puniuit morte. Val. Maxi.

58 ¶ Publius Meuius libertū (quē vnice diligebat) pp illatū filię iam nubili osculū interfecit. Idē Valerius de pudicitia.

59 ¶Q. Fabius Seruilianus, quũ suspectam haberet filii pudicitiã, eum morti dedit, demum voluntario secessu conspectum patriæ vitans exulauit. Idem Valerius.

60 ¶Pub. Attilius Philiscus filiã suã interemit, quod stupri se crimine coinquinasset. Idem Valerius.

61 ¶Hippo mulier Græca capta à nautis, quũ pudicitiæ suæ stuprũ & ĩsidias parari sensisset, noctu se ĩ aquas pcipitẽ dedit, maluitq; mori pudica, quã ĩpudica viuere. Idẽ Valeri⁹.

62 ¶Captiuę Theutonicorũ cõiuges Mariũ victorẽ orarũt, vt ab eo virginibus Vestalibus dono mitterent, affirmãtes æquę se, atq; illas virilis cõcubitus expertes futuras. Quare nõ impetrata, laqueis sibi nocte pxima spiritũ eripuerunt. Valerius, & Hieronymus in Epistola ad Gerontiã.

63 ¶Amator (qui postea Altissiodorensis fuit Antistes) quũ vxorẽ eleganti forma, clarisq; natalibus ortã duxisset, eam tñ ad studium castitatis induxit, tm̃ aberat, vt ei congrederetur. Sabellicus in Exemplis.

64 ¶Leo põtifex manum (qua aliquando osculum matronæ contigerat) vltro sibi abscidit, quòd inde secuta esset tacita quædã libidinis appetentia. Sabellicus.

65 ¶Benedictus Abbas ad incestã recordationẽ mulieri à se visæ castigãdã, vsus est crebra corporis volutatione super sentes. Sabellicus.

66 ¶Noluit beatus Augustinus habitare cum sorore, ne aliqua titillatio carnis, aut pruritus suboriretur. Interrogatus cur hoc faceret, quoniã inquit malum videre fœminam, peius alloqui, pessimum attingere. Sabellicus in exẽplis.

Beati Augustini dictum.

67 ¶Nulla vnquã fœmina à Ioãne Anachoreta visa est, nec ab vlla videri voluit.

68 ¶Arsenius abbas viros omnes iuxta & fœminas ad sanctiorem vitæ cultum refugiebat.

69 ¶Pion Ausonii abbatis discipulus, dũ congressum quoq; mulierum solicite declinaret, precibus expugnatus, vt sororem morbo laborãtem inuiseret, alieno ductu, clausisq; oculis eius domũ subiit, ac retro abiit. Sabellicus.

70 ¶Vrsinus Nursiæ presbyter moriens quũ vxorem (quã multis ante annis ad se venire nulla de causa pmiserat) ad

motam sibi cognouisset, Facesse inquit mulier. Nōdū penitus extinctus est ignis. Idē Sabellicus in exemplis.

71 ℭHilario abbas ingenitā corpori cōcupiscētiā alloquēs, dicere solebat, Conficiam te inedia, vt de cibo cogites, nō de voluptate. Idem author.

72 ℭEuagrius quoq; abbas ad reprimendā veneris tentiginē varia tormēta mēbris suis irrogauit. Nā & corp⁹ inedia confecit, & hibernas plerūq; noctes in puteis egit. vt Bernardus abbas in lacū, Animarus Tamanēsis in vepribus, Franciscus Asisias in Hibernis niuibus. Author Sabellic⁹.

73 ℭIudith mulier vidua, quum ad recens connubium ipelleretur, ciliciū ornatui prætulit, obiecitq; libidini ieiuniū, vigilias somno, & ocio laborem, inquit Sabellicus.

74 ℭAnna Phanuelis filia post septimū ɔnubii annū vidua facta, ad q̄rtū vsq; octogesimū caste vixit. Sabellic⁹ i exēplis.

75 ℭEssenii populi Syriæ vitā olim duxerūt alienā ab omni mulierum cōmertio, Venere abdicata, inquit Plinius.

76 ℭTimoclia mulier Thebana, stuprum à quodā Barbaro Thracū principe per vim passa, iniuriā hoc modo vlta est. Odio enim dissimulato dixit stupratori se scire locum, vbi plurimū esset auri, pductusq; est ab ea ad profundissimū puteum, qui fuit in remotiore domus parte. Quo quum Thrax explorabundus venisset, & iamiam pronus immineret puteo à Timoclia (quæ à tergo stabat) deiectus est i præceps, & saxis obrutus. Author Sabellicus in exēplis.

77 ℭDamon Peripolta insigni forma adolescens, vidēs Romanū quendā pfectum Cheronę, stuprū sibi p vim machinari, quia prius blandiendo nihil profecisset, ad pudicitiæ munimem aliquot socios conuocauit, qui oēs fuligine tincti, ne agnoscerent, prefectū in foro sacrificātē obtrūcarūt.

78 ℭCyane virgo Syracusana violatā ab ebrio patre pudicitiam ęgreferēs, apprehēsum capillis stupratorē ad arā traxit, eūq; pro victima cecidit, ad pacādā pestē, quapropter sæuius Syracusæ laborabāt. Author Plutarchus in Paral.

79 ℭMedullina quoq; virgo Romana ab ebrio patre in tenebris violata, vt stupri authorem agnosceret, digito eius anulum detraxit. Vbi ex pignore patrem esse comperit,

eundem ad aram gladio cõfodit. Idem author.

80 ¶ Absalon Amon fratrẽ occidit, quod imodeste Thamar sororẽ cõmunem deperibat, eiq; vim intulerat.

81 ¶ Constantinus imperator Crispum filiũ capite puniuit, quod nouercã Faustam stupri compellasset.

82 ¶ Hieron Syracusanus Epicarmum poetã Comicũ mulctauit, q; presente ipsi⁹ coniuge, lasciuos recitasset versus.

83 ¶ Marcia Varronis filia, quum suo sæculo sculpẽdi, pingendiq; arte insignis haberet, abstinuit semp ab effingẽda virili figura, ne pudibunda quoq; exprimeret.

84 ¶ Eugenia virgo Philippi proconsulis Alexandrini filia, quum ab imperatore Cõmodo stuprum sibi timeret, Monachi habitum mentita est & nomen.

85 ¶ Ioannes Malatesta vxorem nomine Franciscam in complexu Pauli Malatestæ fratris sui deprehẽsam gladio trãsfixit vna cum adultero.

86 ¶ Ludouicus quoq; Normaniæ Seneschalus Carlottam vxorẽ cũ Ioanne Lauerno eius adultero, morti dedit.

87 ¶ Frãciscus Gonzaga Agneti adulteræ caput adimi iussit.

88 ¶ Rhodulphus quoq; Gonzaga quum vxorem adulterii compertam haberet, eam vna cum adultero in concubitu deprehensam occidit.

89 ¶ Pastor presbyter, & Anachoreta matrem ad se venientem sella clausa reppulit, causa seruandę castitatis.

90 ¶ Hugo Carthusiensis p annos. 15. mulieris faciem nunq̃ videre voluit.

91 ¶ Pontanus lib. 1. Tumulorũ, castitatẽ Fuscæ matronæ sequenti laudat Epitaphio. Centũ Fusca procos habuit, nec castra cubile polluit, aut sancti iura verẽda tori. Centũ Fusca pcos risit, coluitq; maritũ, O raram in longa posteritate fidem. Hoc virtutis opus dura inter & aspera sese Erigere, & fortes exeruisse manus. Viue Fusca igit celebris post fata, fidemq; testantur, nullo marmora victa situ.

92 ¶ Lysidice Græca mulier, quũ lauabatur præ insigni quadam pudicitia subuculam non exuebat.

93 ¶ Philotera quoq; alia mulier itidẽ Gręca, quũ in balneũ descẽderet, tm̃ corporis ab iferiori parte solebat detegere,

qtum aquę interferat, subucula paulatim ad superiora subducta. Quumq; aquis lota emergeret, eadē ratione superiora corporis amictu obtegere.

94 Theano Pythagorica veste induēs quū brachiū nudasset, cuidā se irueti cupidinisq; effato. Pulchrū, dū bōi, brachiū. At nō publicū inqt illa. Plutarch⁹ in pceptis cōnubialibus.

95 ¶ Quū Attila Pānonię rex Agleiam oppugnaret, Dugna fœminarū nobilissima, ne qd indignā à sordidissimis hosti bus pateret, mox ingressum hostiū captaq; vrbē psensit, è summa turre obuoluto capite i Natissam fluuiū se pcipitē dedit, metūq; amittēdę pudicitię memorabili exitu terminauit. Paulus Diaconus lib. 15. rerum Romanarum.

¶ Mulieres doctæ.

Corinna Theb.	19 Zenobia	42 Istrina
Corina Thespia	20 Alpaides (sis.	43 Cassandra fidelē
Corinna Ouidi.	21 Catharina Senē	44 Themistoclea
Myrtis	22 Delbora	45 Proba Valeria
2 Erinna	23 Hildegardis	46 Amalthea
3 Sappho	24 Ioāna Anglica	47 Elisabeta
4 Polla	25 Luceia Mima	48 Baptista prima
5 Aspasia	26 Lasthenia	49 Isota
6 Cleobulina	Axiothea	50 Damisella
7 Cornificia	27 Michale	51 Minerua
8 Cornelia	28 Diotima	52 Manto
9 Lælia	29 Themiste	53 Nicostrata
Hortensia	30 Arete	54 Catharia Costis
Liciniæ.	31 Dama	55 Fabiola
Mutiæ	32 Thargelia	56 Marcella
10 Anastasia	33 Musca	57 Eustochium
11 Damophila	34 Charixena	58 Genebria
12 Hypathia	35 Mœro	59 Constantia
13 Leontium	36 Agallis	60 Blesilla
14 Pamphila	37 Telesilla	Nossis
14 Praxilla	38 Hipparchia	Agacle
16 Phemonoe	39 Cassandra Pria.	Anyte
17 Sosipatra	40 Claudia	Myto.
18 Theano	41 Eudocia	

EXPLANATIO.

Corinnę quot

CORINNAE tres fuerunt. Prima Thebana, seu Tanagræa, Archelodori, & Procratiæ filia, & Myrtidis discipula, quæ Lyricorum principē Pyndarum quinquies vicisse, & Epigrāmatū quinq; libros edidisse fertur. Cælius Cap. 1. lib. 8. De hac Propertius lib. 2. Et sua cum antiquæ cōmittit scripta Corinnæ. Statius lib. 5. Syluarum. Sophronaq; implicitum, tenuisq; arcana Corinnæ. Baptista Pius. Nec tetigit dulcem trina Corinna Lyram. Idem. Non tres dulciloquo præstent sermone Corinnę. Politianus. Sed Tanagræa suo, mox iure poetria risit. Secunda fuit Thespia veterum quoq; mōnumentis celebrata plurimum. Tertia floruit Ouidii temporibus, poetæ charissima. De hac Martialis. Norat Nasonem sola Corinna suum.

Telos.

2 ¶ Erinna poetria Teia aut Telia (est enim Telos insula ꝓpe Gnydon) floruit Dionis Syracusani tēporibus. Scripsit Dorica lingua elegans poema, trecentis versibus absolutum. Aliaq; item Epigrāmata. Ferunt eius carmina ad Homericā accessisse maiestatē. Mortua est annos. 19. nata. De hac Propertius lib. 2. Carminaq; Erinnes non putat æqua suis. Baptista Pius. Erinnam crederet Græcia docta suam. Idem. Non melior coluisse sacras Erinna sorores. Fuit contemporanea Sapphus. In eā elegās est apud Græcos distichon, cuius talis habetur sensus. Quāto Erinnam Lyricis Sappho præstātior, tāto Sapphus gloriā Erinna hexametris præcellit.

Carmen Sapphicum.

3 ¶ Sappho Lesbia Lyrica floruit tēporibus Alcæi, & Stesichori poetarum. Maritum habuit Cercylā ditissimū virū ex Andro, ex quo filiā suscepit Cliō noīe. Scripsit Lyricorum libros nouē. Præterea Epigrāmata, Elegias, Iambos, & Monodias. Carmini Sapphico (cuius inuentrix fuit) dedit nomē. Sunt qui dicāt aliā fuisse Lesbiā, poetriā quoq; quę adolescētē Phaonē adamauerit, & è Leucade i aquas se demiserit. Vtracūq; fuerit, vnā tm̄ cōmēdāt Latini poetę. Statius lib. 5. Syluarū. Stesichorusq; ferox, saltusq; ingressa

similes, Non formidata temeraria Leucade Sappho. Sidonius. Aut quod cõposuit puella Lesbi. Baptista Pius. Mascula quęq; suos cãtat moritura calores, Leucadii Sappho crimen, honorq; freti.

4 ¶ Polla argẽtaria Lucani fuit vxor testimonio Martialis. Hæc e illa dies, quæ magni cõscia partus Lucanũ populis, & tibi polla dedit. Tãta dicitur fuisse doctrina, vt maritum iuuerit, in emẽdãdis tribus primis libris Pharsaliæ. Statius lib. 1. Syluarũ. Huc castæ titulũ, decusq; Pollę, Iucunda dabis allocutione. Sidonius. Quid quod duplicibus iugata tędis Argẽtaria Polla dat poetas, Eadẽ incœptos à marito pmultos versus pficiebat pari grauitate & elegãtia.

5 ¶ Aspasia Mulier Milesia magna doctrinæ fama claruit. In studijs Phicis abũde pmouit. Rhetoricen exercuit. Fuit Periclis magistra, & tãdẽ vxor. Plutarchus in Pericle.

6 ¶ Cleobulina Cleobuli Lindii (q fuit vnus ex sẽptẽ sapiẽtibus Gręcię) filia scripsit Aenigmata quędã versibus hexametris, quoꝝ hoc vnũ adhuc extare fertur. Est vnus genitor, nati bona pignora bis sex, Triginta cuius natæ, sed dispare forma. Hę niueę aspectu, nigræq; coloribus illæ, Atq; immortales oẽs moriuntur ad vnã. Laertius.

7 ¶ Cornificia soror Cornificii poetæ elegantissima scripsit Epigrammata.

8 ¶ Cornelia vxor Africani & mater Gracchoꝝ Epistolas reliqt ornatissime scriptas, vnde & filioꝝ fluxit eloquẽtia. Vnde Quintilianus. Nam Gracchoꝝ eloquentię (inquit) multũ cõtulisse accepimus Corneliã matrẽ, cuius doctissimus sermo in posteros quoq; est epistolis traditus.

9 ¶ Idẽ de filiab⁹ Lęlii & Q. Hortẽsii sic inqt. Lęlii filia reddidisse in loquẽdo paternã eloquẽtiã elegãtiorẽ dicit. Et Q. Hortẽsii filię oratio apud Triũuiros habita legitur, nõ tm̃ in sexus honorẽ. De Hortensia ẽt meminerũt Valerius, & Appianus lib. 4. bellorum ciuiliũ. Liciniarũ quoq; in dicendo lepos à patre L. Crasso emanauit. Muciæ duæ filiæ ab vtroq; parente eloquentiam didicere.

10 ¶ Anastasia discipula Grysogoni martyris fuit & vxor Publii Romani, cuius torũ simulato verbo euitauit. Scripsit

epistolas ad Grysogonum, quibus conquerebatur facultates suas à sacrilego viro absumi, seq; in carcere detineri. Hæc ad palū cremata est, q sanctis ministraret. Volaterranus.

11 ℂDamophila Græca vxor Pamphili socia Sapphus poetriæ, poemata scripsit amatoria, & Dianæ laudes. Theophrastus in vita Apollonii.

12 ℂHypathia mulier Alexādrina Theonis Geometre filia, & vxor Isidori Philosophi, vixit iperāte Arcadio. Scripsit in Astronomiā. Professa est Alexādrię varia disciplinarum genera, magno & frequēti auditorio, cō uolantibusq; turmatim, & vndecūq; discipulis. Suidas apud Volaterranū.

13 ℂLeontiū Græca adolescētula Philosophicas disciplinas adeo sectata est, vt ēt nō dubitauerit cum magna sui nōis laude in Theophrastū philosophū alioqui laudatissimum scribere. Plinius in præfatione historiæ Naturalis, suppresso tamen Leontii nomine.

14 ℂPāphila scripsit cōmētarios ī Grāmatica. Citat à Gellio.

15 ℂPraxilla Sicyonia fuit poetria, q̄ in suis carminibus Adonidem inducit ab inferis interrogatū, qd apud superos pulcherrimū reliquerit, respondere, solem, cucumeres, mala. Quod quum vehemēter insulsum videret, cucumeres & mala cū sole cōponere, fluxit inde puerbium. Stultior Praxillę Adonide. In hoīes nullius iudicii. Vide Erasmum.

16 ℂPhemonoe prima Apollinis Delphici vates fuisse, carmenq; Heroicū inuenisse dicit. Suidas apud Volaterranū.

17 ℂSosipatra vates fuit lyda multis disciplinis cumulatissima, quam propterea creditum est à numinibus quibusdā fuisse educatā. Eunapius apud Volaterranum.

18 ℂTheano mulier fuit apud Locros in Lyricis pręcellens. Cælius. Alia fuit Metapontina, seu Cressa genere, mulier Pythagorça vxor Brotini Crotoniatę, q̄ scripsit cōmentarios ī philia, de virtute, Poemata quoq; & Apophthegmata Pythagorēa. Author Laertius. Theodoritus Cyrēsis ait Theanon vxorē fuisse Pythagorę, eoq; defuncto scholas cū Telange, & M. Nesarcho filiis regendas suscepisse.

19 ℂZenobia regina Palmyreorū Græci, Aegyptiiq; sermonis fuit peritissima, & latini non ignara. Scripsit Epitomeq

in Orientalem, Alexādrinamq; historiam, Herennianū & Timolaum filios literis erudiit. Elegantissimas oratiões ad milites suos plerūq; habuit, quas galeata recitabat. Pollio Trebellius. Vsa est ad Græcas literas Longino philosopho Vopisco authore.

20 ℭ Alpaides virgo quum religionem magno cultu amplecteretur, cœlitus meruit scripturæ sacræ bibliorumq; sensum percipere.

21 ℭ Catharina Senēsis puella adeo profecit in sacris literis, vt libros scripserit cum Theologorum doctrina conferendos. Volaterranus.

22 ℭ Delbora mulier de tribu Effraim vaticinio claruit.

23 ℭ Hildegardis virgo Germana, spiritu quodā imbuta prophetico multa prædixit de futuris, scripsitq; aliquot catholicæ doctrinæ libros. Hanc epistolis suis dignatus est beatus Bernardus. Scripsit super Benedicti disciplina, triginta Theologas quæstiones eruditissime absoluit. Excellentiū virtute virorū vitas scripsit, de altaris sacramento. Omilias in Euangelijs. Prǽterea in medicina, Quę simplicia, & quę cōposita tollēdis ęgritudinibus prosint. Itē carmina & epistolas testimonio Apostolicæ authoritatis comprobatas. Quo factum est, vt Eugenius tertius, Anastasius quartus, Adrianus quartus pontifices, Conradus tertius, & Federicus primus Cæsares ad eam plerumq; scripserint.

24 ℭ Ioāna Anglica ab Ephebis virū mētita, Athenas se cōtulit, vbi lrīs studiose adeo operā īpertiuit, vt Romā rediēs, paucos haberet doctrina pares & sacris lrīs. Vnde tm̄ apud oēs beniuolentię & authoritatis sibi demeruit, vt artibus illis pontificatum sit adepta, post Leonem quartum, quū vir esse crederet. Sabellicus libro primo nonæ Enneadis.

25 ℭ Luceia Mima authore Plinio centum annis in scæna pronunciauit.

26 ℭ Lastheniam Mantineam, & Axiotheā Phliasiā Platone vsas præceptore scribit Plutarchus, ornatuq; interim virili auditorium ingressas. Testis etiam Laertius.

27 ℭ Michale Centaura mulier docuit Thessalas remedium amoris. Seneca.

28 ¶Diotima & Aspasia mulieres adeo in philosophicis p/ mouerunt disciplinis, vt alterã Diotimam appellatẽ magi/ strain, alterius lectionibus interesse nõ erubuerit Socrates philosophorum omniũ longe optimus. De Diotima me/ minit Plato in Sympofio, & de Aspasia in Menexemo.

29 ¶Lactantius ait philosophos nullas vnquã mulieres phi/ losophari docuisse, præter vnam ex omni memoria The/ mistem. Sed quę nam hæc & cuias fuerit, non docet.

30 ¶Arete mulier eo doctrinę cõscẽdit, vt filium et institue/ ret, q appellatus est Aristippus. Fuit Cyrenaica, & Aristip/ pi patris Socratici dogma sequuta est. Mortuo patre scho lam rexit in philosophia magno & frequẽti auditorio.

31 ¶Dama Pythagorę filia, & ipsa phię sectatrix, ingeniũ & doctrinã in exponendis paternis sententiarum inuolucris exercuit. Hipparchus apud Laertiũ hãc Damonen vocat.

32 ¶Thargeliam quoq fœminam sola illustrauit philoso/ phia. De hac Plutar. in Pericle.

33 ¶Ferunt & Muscam poetriã fuisse Lyricã, quę & Epigrã/ matã scripserit, & Lyricos nomos. Cęlius Cap. i. lib. s.

34 ¶Fuit & multorũ carminum author Charixena, cuius me minit Aristophanes Comicus, eodẽ Cælio authore.

35 ¶Celebratur idem Mœro condito in Neptunũ hymno.

36 ¶Fuit Agallis Corcyræa illustris in arte grãmatica, cui in/ uentum pilæ nõnulli ascribunt. Idẽ Cælius ibidem.

37 ¶Telesillã in poetica illustrẽ celebrat Pausanias, cui etiã apud Argos ante Veneris tẽplũ statua sit erecta. Hãc The/ lesillidẽ vocat Plutarchus in libro de virtutibus mulierũ, de Argiuis mulieribus loquẽs, vbi de Thelesillide sic scri/ bit. Eam mulierẽ poeticæ disciplinę fuisse peritam memo/ riæ proditum est. Namq; parẽtibus nobilissimis orta, quũ valetudine aduersa laboraret, ab oraculo responsum acce pit, studiose musas à se colendas esse, si amissam valetudi/ nem recipere vellet. Quapropter ipsa deorũ preceptis ob/ temperans, oẽ studiũ operamq; ad musicos cantus, atq; ad harmonias conuertens breui tpe amissam valetudinem re cepit, atq; ob artis poeticæ disciplinam, plurimũ apud cæ/ teras mulieres famæ ac laudis est consecuta, hæc ille.

38 ¶Philosophicis quoq; disciplinis valde excelluit Hipparchia mulier Græca. Vide q̃ de Hipparchia scribit Laertius.
39 ¶Cassandra Priami filia, vaticinio, & doctrina illustris habita ẽ, & apud hostes in Lacedęmone, tẽplo fuit isignita.
40 ¶Statius Papinius vxorẽ habuit noĩe Claudiam, magno ingenio, doctrina non vulgari prędītam. Crinitus.
41 ¶Eudocia Theodori iunioris vxor præter egregiam formam, singularemq; pudicitiam etiã literis excelluit, adeo vt librum quendam emiserit. Baptista Egnatius.
42 ¶Istrina Scytharũ regina, Aripithis vxor, Sylẽ filiũ Grecã linguã, lrasq; edocuit. Author Herodotus i Melpomene.
43 ¶Politianus magnis laudibus cõmendat Cassandrã fidelem Venetam puellã, quã ait pro lana librũ, pro fuso calamum, stylũ pro acu tractasse, Latinasq; epistolas scripsisse, Sic enim de ea in principio cuiusdam epistolæ meminit. O decus Italiæ virgo, quas dicere grates, Quas ve referre parem, quod ẽt honore mutuarũ literarũ nõ dedignaris? Mira profecto fides tales proficisci à fœmina (quid fœmina dico?) immo vero à puella & virgine potuisse? Nõ igitur iam musas, nõ Sibyllas, nõ Pythias obiiciant nobis vetusta secula. Nõ suas Pythagorei philosophãtes fœminas, Non Diotimã Socratici, nec Aspasiam, Sed nec poetrias illas Græca iactent monumenta Telesillam, Corinnam, Sapphon, Anyten, Erinnã, Praxillam, Cleobulinam.
44 ¶Themistoclea soror fuit Pythagoræ, cuius placitis & opinionibus, plerisq; in locis vsus est Pythagoras.
45 ¶Proba Valeria Romana puella Græcis latinisq; literis eruditissima trũcatos Virgilii versus, ad fidem & mysteria Catholicę religionis cõuertit, fecitq; de Christi gestis & eius morte opus nobilissimũ, quod Centones appellauit.
46 ¶Amaltheæ Sibyllæ Cumanæ libris non secus ac diuinis oraculis in imperii administratione populus Romanus semper vsus est.
47 ¶Elisabeta abbatissa Germanica multas orationes ad sui conuentus sorores conscripsit, opusq; de viis, quibus ad deum itur.
48 Baptista prĩa Galeatii Malatestę Pisauriẽsis pricipis filia &

Guidoni Montefeltrẽsi Vrbinatium comiti matrimonio copulata cum doctissimis viris, plerunq; magna sui laude disputauit. Libros quoq; de humana fragilitate, & de vera religione conscripsit.

49 ¶ Isota Nouarolla Veronensis philosophiã verbo & opere ꝓfessa est. Scripsit q̃nq; ad Nicolaum quintum & Pium secundũ pontifices, Scripsit quoq; dialogũ, quo disputat̃ vter grauius peccauerit, Adam ne, an Eua, Quibus literarum laudibus adiecit ꝑpetuum virginitatis votum.

50 ¶ Damisella Triulcia Mediolanẽsis virguncula annos nõ amplius quatuordecim nata iam cœpit eloquentiç insuescere, bonasq; imbibere disciplinas, adeo vt nouum terris ꝓdigium esse videret̃. Patrem habuit Ioannẽ equestris & Senatoriæ dignitatis virũ, matrẽ Angelam literarum non expertẽ. Qui ambo musis innutriti, filiã quoq; iisdem artibus voluerunt institui, in q̃bus adeo ꝓfecit, vt quũ latine vel scriberet, vel loqueret̃, oẽs traheret in admirationem, ita vt pleriq; dicerẽt parienti matri affuisse musas obstetrices. Habuit orãtiõis genus luculentũ, & sparsum fruge bonarũ lectionũ vsq; ad luxuriẽ. Nunq̃ loquebat̃, q̃n verboꝝ aculeos auditoꝝ aĩs ĩprimeret. Dicẽtẽ oẽs suspiciebãt, & ab eius sermone pẽdebãt attoniti. Fuit ꝑterea tã fœcunda, tamq; tenaci memoria, vt vel Mithridati par haberet̃. Nã si quẽ vel publice cõcionãtẽ, aut declamãtẽ audisset, reuersa à ꝓfessu, oĩa ad vnguẽ verbatim, syllabatimq; repetebat. Latinis insup nõ cõtẽta lr̃is, Grçcarum studio deflagrauit, quas vsq; ad promptũ & peculiarem didicit sermonẽ. Ne multis agam ꝑp imensas corporis & animi dotes, lusum ẽ in eã sequẽtibus versibus, q circũferebãtur passim.

Quid facis in terris Damisella Triulcia? cœlum
 Ingeniis debet talibus esse domus.
At scio, quid facias, flores cum coniuge ditis
 Non legis, ad stygios vt rapiare lacus.
Cura tua est virtus, & iter meditaris ad astra,
 Nam virtus comites tollit ad astra suos.

¶ Placuit nobis propter morum eius puellæ honestatem, ꝑcipuamq; formã corporis mentiri & confingere nomen

Amasiæ

ℭ Amasiæ non ad lasciuiam, sed carminis argumentum, quam & nos Damisellam vocauimus.

51 ℭ Minerua Iouis primi filia non aliá ob causam relata est in numerum deorum, quam propter bonarũ artium (quarum fuit inuentrix) peritiam. Vnde & veteres illę Athenæ sui nomini immortalitatem mutuatæ sunt.

52 ℭ Manto Tyresiæ vatis filia (quæ Mantuę nomẽ indidit) doctrina quoq; & vaticiniis claruit, adeo, vt ex pecudum fibris, extorũq; intuitu futura præsentisceret, ac prę̃sagiret.

53 ℭ Nicostrata seu Carmẽtis græcas literas impense docta, plerasq; ex latinis primũ reperit. Quo coniectare licet mulierem versatili ingenio, variaq; doctrina fuisse prę̃ditam.

54 ℭ Catharina virgo Costi Alexãdrię regis filia sacris literis partim studio, partim diuini spiritus afflatu deo imbuta, vt accersitos à pr̃e vndecũq; doctissimos viros, & ph̃os ad p̃suadendã idolatri i, referendãq; vnius dei religionẽ, viuacissimis terruerit argumentis, suæq; opinioni attraxerit, nedum non succubuerit eorum rationibus.

55 ℭ Fabiola Romana mulier quũ magno studio sacras lr̃as amplecteret̃, Prophetias, Euãgelia, & Psalmos frequẽtissime reuoluebat, vt iterata plerũq; lectio amorẽ diuinę religionis (qua deflagrabat) augeret vehemẽtius. Vñ & beat' Hieronymus librũ de veste sacerdotali, eidẽ nũcupauit.

56 ℭ Marcella Romana pp sacras literas (quas egregie callebat) frequẽtibus epistolis à beato Hieronymo salutata est, Ad eã enim scripsit de mũdi contẽptu, de decẽ noĩbus, quibus apud Hæbreos dicit̃ deus, de fide nostra, & hæreticoꝶ doctrina, de blasphemia in spiritũ sanctũ, de studio Theophili episcopi Alexãdrini, & alia id genus permulta.

57 ℭ Eustochium Paulæ mulieris Romanę filia, Latinarum, Hæbraicarum, & Græcarũ literarũ studiis plurimũ excelluit. Vnde & suo tẽpore nouum orbis prodigium vocata est, Ingenium sacris literis deuouit maxime, atq; adeo, vt Psalmos Hæbraice legeret cursim & mira celeritate. Qua in re amorem beati Hieronymi multum sibi demeruit.

58 ℭ Genebria mulier natione Veronẽsis tp̃e Pii secũdi pontificis Romani, sua egregia eruditione meruit nomen im-

mortale. Ep'las scripsit luculẽtas, & maxima refertas doctrina. Recitabat decoro gestu, voce virili pmixta suauitate.

59 ¶ Constantia Alexãdri Sfortiæ vxor numerat inter claras mulieres & excellẽtes doctrina. Ab infantia bonis disciplinis operã dedit, adeo vt ĩparata quoq; disertissime loqueret. Habebat assidue præ manib⁹ opa Hieronymi, Ambrosii, Gregorii, Ciceronis, & Lactãtii. Valebat et scribẽdis extpe carminibus, nõ sine magna multoꝝ admiratione. Q̃d sine pceptore ferebat didicisse. Nec fuit tã illustri fœminæ germen simile. Habuit enim filiã Baptistã noie, tãta doctrina, vt doctissimos quosq; sua terreret eloquentia.

60 ¶ Blesillam Græce & Latine ad miraculum vsq; doctam innuunt verba Hieronymi ad Paulam eius matrem ita scribentis. Si Græce audisses eam loquentem, Latine eã nesci re putares. Si in Romanum sonum lingua eius se verterat, nihil omnino peregrinum sermo redolebat.

¶ Politianus in Nutricia plerasq; mulieres doctas & eruditas his carminibus enumerat.

Non illi Praxilla suos, prædoctaq; Nossis
Contulerint Myrtisq; modos, non dulcis Agacles,
Non Anyte, non quæ versus Erinna trecentos
Castalio ceu melle rigat, non candida Myto,
Non Telesilla ferox, Non quæ canit Aegida sæuæ
Pallados, effusum crimen vittata Corinna.

¶ Musæ nouem.

Calliope	Euterpe	Erato
Clio	Melpomene	Terpsicore
Thalia	Polyhymnia	Vrania.

MVsas poetæ fingunt esse Iouis & memoriæ, seu Mnemosynes filias, quod doctum oporteat fœcũda esse memoria. Dicunt insuper has musicæ præesse & carminũ inuentrices vocant, quod Musa cantũ significet, & poesis proxime ad Musam accedat, quum presertim & numeris constet & prosodia. Fingunt earũ sedem esse in Helycone Bœotiæ monte, ppe Phocidem, à quo vt à ꝯfinibus locis diuersa meruerũt noia. Vocant siqdẽ Helyconides & He

lyconiades ab Helycone. Parnasides à Parnaso Phocidis monte, vbi etiam finguntur habitare. Aonides & Aoniæ, ab Aonia, quæ est propinqua Phocidi. Cytheriades à Cytherone Bœotiæ monte, Pierides à Pieria regione Macedoniæ, vbi etiã Musarũ domus esse dicitur, Thespiades à Thespia oppido Helyconi ꝓpinquo, Pægasides à Pægaso equo Bellerophontis, qui pedum vngulis fontem è terra dicit̃ elicuisse, sacrum Musis, nomine Hippocrenen, à quo & Hippocrenides dicuntur, Libethrides à Libethro Macedoniæ monte sibi sacro. Pymplæides seu Pymplææ, vel à Pymplæo Macedoniæ fonte, vel monte Orchomenorũ. Castalides quoq; pari ratione dicuntur à poetis à Castalio fonte Parnasi, quem ẽt sacrum Musis fabulant̃. Superest vt hæc omnia testimoniis confirmemus. Virgilius in Bucolicis. Nymphæ noster amor Libethrides. Columella libro vndecimo. Nunc vos Pægasidũ comites Acheloidas oro. Ouidius in epistola Sapphus. At mihi Pægasides carmina dictant. Idem ibidem. Nec mihi Pierides subeunt, Dryades ve puellæ, Nec me Thespiadum cætera turba iuuat. Lucretius libro tertio. Adde Helyconiadum comites, quorum vnus Homerus. Ouidius libro quarto Fastorum. Pandite mandati memores Helyconis alumnæ. Statius libro primo Syluarum. Nũc opus Aonidum comites tripodũq; ministri. Idem libro secundo. Et superet Pymplæa sitim. Sidonius. Hippocrinisatas iungebat Pegasus alas. Dicunt̃ etiam Aganippides & Aganippææ ab Aganippe Bœotiæ fonte. Marullus. Nec melior vita scientia est, Exemploq; Aganippidum. Item Ilissiades à fluuio Athenarum, Ligyæ ob canorꝫ genus, Corycides à colle vel antro apud Delphos. Mnemosynides à memoria. Calliope dicitur bona vox, Clio gloria vel celebritas, Erato amor vel cãtus amoris, Thalia cantus lasciuia, Melpomene cantus, Terpsicore exultãs choreis, Euterpe cõcẽtus suauitas, Polyhymnia multitudo cantionũ & hymnorꝫ. Varia sunt earũ inuenta, Clio inuenit historiam, Thalia Georgiam & circa plantas pragmatiã, Euterpe mathemata, Terpsicore Pædiã, Erato Orchesim, Polyhymnia lyrã, Melpomene cantũ, Vrania

Astrologiam, Calliope poesim. Musis in Helycone tẽ pri- mum diuinam fecerunt Othus & Ephialtes, sacrum illis di xerunt montem, quas tres tm̃ intelligi voluere. Meleten, Mnemen, Aœden. Nouem postea fecit Pierus Macedo, noibus (quę nunc habent) impositis, inquit Celius Cap. 8. li. 10. ¶ Pyrrhus rex is qui aduersus Romanos bellũ gessit, Achatem in annulo habuisse dicit, in qua nouem musæ, & Apollo cytharam tenẽs spectaret. Non arte (inquit Pli- nius lib. 37.) sed sponte naturæ ita discurrentibus maculis, vt musis quoq; singulis sua redderentur insignia. De musa rum officio vide Diodorum libro quinto, & Ciceronem libro tertio de natura deorum.

Qui primi se- diuina Mu- sis fecerint.

Pyrrhi Re- gis admira- bilis Acha- tes.

¶ Gratiæ tres.

Pasythea	Egyale	Euphrosyne

QVas vocamus Gratias Latine, Grçci Charites vocãt. Hesiodus posuit Aeglen, Euphrosynen & Thaliã. De his Mantuanus. Properate sorores Gratiæ ab Orcho- meno, tu primum Aglaia decoro Lçticiã prç te ore ferens, tecumq; Thalia Cincta sacrum viridi strophio caput, Eu- phrosineq; læta genas, læta os roseum, vaga lumina læta. Homerus vnã ex his Pasytheã vocat. De Euphrosyne Ba- ptista Pius. Gestibus Euphrosyne, blãdus amos oculis. Pin gunt aũt facie virginũ, hilari vultu, vestibus lucidis & fluẽ tibus, Itẽ vt iuuenes, manibusq; cõplexis seipsas inspicien- tes. Inducunt à poetis saltãtes verno tẽpore. Vnde Hora- tius. Iunctæq; Nymphis Gratiæ decentes Alterno terram quatiunt pede. Politianus in Rust. In mediis resoluta co- mas, nudata papillas Ludit, & alterno terram pede gratia pulsat. De Pasythea Statius lib. 2. Theb. Non hoc Pasithea blandarum prima sororum. Finguntur Iouis & Eurynomes fuisse filiæ & Veneris pedissequæ. De his vide Cçliũ Ca. 2. lib. 12. & Volaterranum in Philologia.

Gratiæ quo- modo pin- gantur.

¶ Sibyllæ decem.

Persica	Lybica	
Cumæa	Erithræa	Samia
Cumana	Hellespontia	Phrygia
Tyburtina	Delphica	

FVerunt primis sæculis puellæ vaticinio spiritu afflatæ & futura præsagientes, quas Sibyllas dixerunt. Decem autem scribit fuisse Varro. Cumana proprio noie vocatur Amalthea, à Virgilio Deiphobe. Tyburtinam veteres Albuneam appellarũt. De Cumana loquitur Tibullus libro secundo dicens. Hæc dedit Aeneæ sortes, postquam ille parentem Dicitur & captos sustinuisse lares.

¶De noibus Sibyllarũ meminit Mãtuan⁹i Maria scribẽs.
Disparitas facit ista fidem, nam Persica primum
Hæc cecinit, post hanc Lybicæ telluris alumna,
Delphicaq́;, & Cumas veniens à Chalcide virgo,
Antiquumq́; trahens cognomen ab æquore rubro,
Et Samia, & regi quæ terna volumina Prisco
Attulit, angustæq́; fretum quam nominat Helles,
Et Phrygio nutrita solo, quæq́; ardua tecta
Tyburis, & magnæ coluit iuga proxima Romæ.
Politianus in nutricia quasdam enumerat his verbis.
Quin & veteres promsere Sibyllæ
Carmen, Amalthea, & fati Marpesia diues
Herophileq́; idæa genus, prædoctaq́; Sabbe,
Demoq́;, Phygoq́;, & veri gnara Phaennis
Et carmenta parens, & Manto, & Pythia longos
Phæmonoe commenta pedes, & filia Glauci.
Deiphobe. Sed hæc forte noia sunt aliarum Phœbadum.
Herophile ex Ioue & Lamia Neptuni filia genita est. Prædixit excidiũ Troiæ & Helenæ raptum, Lactantius scribit Amaltheã eãdem esse cũ Herophile seu Demophile, Qui oĩum vaticinia volũt cognoscere, videãt Lactantium.

¶Noia quarundam fœminarum illustrium.

¶Hecuba vxor Priami, Andromache Hectoris, Creusa Aeneę, Arthemisia Mausoli, Monyma Mithridatis, Ersilia Romuli, Herpilida Aristotelis, Hipsicrathea Mithridatis, Amastrix Xerxis, Hermodice Mydę, Semiramis Nini, Fundania Varronis, Plotina Traiani, Cassandane Cyri, Atossa Darii, Sarra Abrahæ, Penelope Vlyssis, Dido Sichæi, Portia Bruti, Poppea Neronis, Eurydice Orphei, Pyrrha Deucalionis. ¶Pirictione mater Platonis, Ceres Proserpinæ,

Vxores m[illegible] tom.

Matres m[illegible] tom.

Agrippia Neronis, Alcmena Herculis, Veturia Coriolani, Olympias Alexādri, Helena Constātini, Critheis Homeri, Beronice Ptolemæi Philadelphi, Ilia Romuli, Elbia Ciceronis, Aurelia Iulii Cæsaris, Alcimede Iasonis. ¶ Cassandra filia Priami, Hesione Laomedontis, Helena Lædæ, Musæ Iouis, Proserpina Cereris, Aegina Aescpi, Andromeda Cephei, Ariadna Minois, Hipermestra Danai, Niobe Tantali, Polixena Hecubæ, Deidamia Lycomedis, Europa Agenoris, Hypsiphile Thoantis, Ino Cadmi, Lauinia Latini regis, Maia Atlantis, Antigona Iocastæ, Manto Tyresiæ, Vesta Saturni, Direptis Mithridatis, Dionassa Lycurgi legumlatoris. ¶ Semiramis regina Assyriorum, Camilla Volscorum, Nicaula seu Saba Aethiopū, Athalia Hebræorum, Thomyris Scytharū, Hester Persarū, Cleopatra Aegypti, Zenobia Palmyreorum, Amalasuntha Gothorum, Theolinda Longobardorum, Radegundis Franciæ, Cassiope Aethiopum, Harpalice Amazonum, Hippolyte Magnesiæ, Teuca Illiricorum. ¶ Item Minerua, Rhea, Iuno, Isis, Diana, Delbora, Medea, Nicostrata, Penthesilæa, Sappho, Iudith Hebrea, Lucretia, Choelia, Irene imperatrix, Ioāna Gallica, Briseis, Phyllis, Dirce Erigone, Iuturna soror Turni, Oenone amica Paridis, Amazones omnes, Sibyllæ, poetriæ, Atalāta venatrix, Nyssa. Scribonia, Victoria, Elpinice, Faunia, Hiparetha, Locris, Macaria, Metella Myrtha, Nycia, Olbia, Papyria, Perictoria, Phestias, Phila, Phitais, Sandane, Seruilia, Sophonisba, Stratonice, Terētia, Testa, Tymea, Timoclia, Nausica, Victorina, Sisigambis, Cæcilia, Panthea, Phedalia, Thargelia, Mammea, Theodora, Phya, Nitocris, Euryale, Hiera. Sunt & aliæ prope infinitæ, quorum nuda nomina crescerent in volumen. Non ego commentarium hac in re volui contexere, quum quod esset operis prope infiniti, tum etiam ne alienis vestigiis insisterem. Nam hoc iam negocium præmoliti sunt, Boccatius & aliquot alii. Si cui videbor inaudita confinxisse nomina, legat Plutarchi vitas. Reperiet eorum (quæ videntur inusitata) partem non modicam.

¶ Stroza pater illustres quasdam fœminas
sequentibus verbis enumerat.

Magnanimam Tomyrim, fortem propone Camillam,
Et subeat menti Penthesilæa tuæ.
Adde & Amazonias reliqua de stirpe sorores,
Respice Carmentam, respice Penelopen.
Vlta nephas animo, propriaq; Lucretia dextra,
Inuicto occurret clara pudore tibi.
At rapidum nando transmittere Chœlia Tybrim,
Ausa, suis animis præmia digna tulit.
Quid te commemorem vestalis Claudia virgo,
Qua stetit attoniti vindice fratris honos?
Quis vetuum dignis nomen Cornelia tollat
Laudibus? aut animum Portia castra tuum?
Quis te prætereat generosi pectoris Hester,
Non bene damnatos protinus vlta Syros?
Quis ve Palæstina genitam te stirpe virago,
Spem taceat patriæ subsidiumq; tuæ?
Si fortasse petes exempla recentia, nonne
Cognita perpetua laude Mathildis erit?
Sponte opibus spretis regnum Violanta reliquit,
Seq; sacri sociam maluit esse chori.

¶ Mulieres bellicosæ & masculæ virtutis.

1 Penthesilęa	11 Ioãna Gallica	21 Margarita
2 Camilla	12 Artemisia	22 Gaditanæ
3 Gleopatra	13 Amazones	23 Germanæ
4 Helerna	14 Atalãta	24 Bellouacæ
5 Candace	15 Thomyris	25 Lesbia
6 Semiramis	16 Delbora	26 Amalasuntha
7 Hippolyte	17 Hasbite	27 Maria puteol.
8 Zenobia	18 Tyburna	28 Bona Longob.
9 Hypsicratea	19 Teuca	29 Arabicæ
10 Valasca.	20 Lacænæ	30 Titula

1 PEnthesilæa Amazonum regina, muliebrem aspernata molliciem operibus semper (quæ virum decent) innutrita est. Troianis fauit contra Græcos, fuitq; vexillifera & turmas equitum duxit, Propertius libro tertio

Ausa ferox ab equo quondam oppugnare sagittas Mauortis Danaum Penthesilæa rates, Aurea cui postquã nudauit cassida frontem, Vicit victorem candida forma virum. Virgilius libro primo Aeneidos.

Ducit Amazonidum lunatis agmina peltis
Penthesilæa furens, mediisq; in milibus ardet,
Aurea subnectens exertæ cingula mammæ
Bellatrix, audetq; viris concurrere virgo.

Pamphilus. Non probo peltatas inter quæ tela cateruas
Hectore sub forti sanguinolenta tulit.

¶ Cunabula Camillæ Vosc̃orum reginæ manifestum futuræ virtutis lumen promiserũt. Nam ab ipsa iam tum infantia, non molliculis inuoluta est pannis, non à blãdientibus nutriculis educata, sed à patre Metabo in mediis syluarũ latebris ferino lacte pasta est. Relictis demum crepundiis paulo prouectior facta, neq; tractãdis insueuit lanis, nec fusos aut pensa manibus accepit, sed ferinis amicta pellibus fundas cœpit circũagere, cõplicare arcus, sagittas torquere, ceruos & capreas lassare cursu. Cui virtuti adiecit studium virginitatis. Orto demum inter Turnum & Aeneam bello, Rutulis adhæsit, fuitq; ductrix copiarum. Quã eius virtutem Virgilius in fine septimi sic describit.

Hos super aduenit Volsca de gente Camilla
Agmen agens equitum, & florentes ære cateruas
Bellatrix, non illa colo, Calathis ve Mineruæ
Fœmineas assueta manus, sed prælia virgo
Dura pati, cursuq; pedum præuertere ventos.
Illa vel intactæ segetis per summa volaret
Gramina, nec teneras cursu læsisset aristas.
Vel mare per medium fluctu suspensa tumenti
Ferret iter, celeres nec tingeret ęquore plantas.

¶ Cleopatra Aegypti regina Dionysii Auletis filia, quũ mortuo iam Cæsare Antonium lasciuientibus momordisset oculis, & in amorẽ sui pellexisset, præter Syriæ & Arabiæ regnum ausa est Romanum quoq; imperium sperare. Quum ergo magis ac magis in dies cresceret libido, imperium ipsum ab Antonio petere non dubitauit. Quod quũ

exoraſſet, ſumptis cum eo armis, in Auguſtum eiuſq; generis Agrippã copias duxit, mouitq; bellum, cuius fortuna anceps aliquãdiu pependit. Victis ad extremum Antonianis effrenata mulier cecinit receptui, ac ſe in pedes dedit cum adultero. Quos ſecutus victor Auguſtus ita oppreſſit, vt neglecta pacis cõditione Antonium ad inferendã ſibi mortem compulerit. Quo extincto vbi nullum rebus afflictis ſubſidium vidit Cleopatra, brachium Aſpidi mordẽdum præbuit, ne in triumphum captiua raperetur. De hac Propertius libro tertio ſic inquit.

Scilicet inceſti meretrix regina Canopi
Vna Philippæo ſanguine aduſta nota,
Auſa Ioui noſtro latrãtem apponere Anubim,
Et Tyberim Nili cogere ferre minas.
Romanamq; tubam crepitanti pellere ſiſtro,
Baridos & contis roſtra liburna ſequi.
Fœdaq; Tarpeio Conopea tendere ſaxo,
Iura dare ſtatuas inter & arma mari.

4 ¶Helerna Iani filia, mortuo patre apud Tyberim regnauit, præfuitq; viris ſine viri auxilio.

5 ¶Apud Meroem quoq; principata eſt Candace regina, & imperauit Aetiopum genti.

6 ¶Semiramis regnãdi libidine tota pruriens petiiſſe fert à marito Nino, vt quinq; dies tm̃ imperaret, & ſceptro vteretur. Quod quum exoraſſet, ſatellitibus iuſſit, Ninum vt interficerent. Hoc itaq; modo regnum conſecuta, Aſſyriis tantiſper dominata eſt, dũ à Nino iuniore filio interfecta ſit, quod eius concubitum rogaſſet. Eadẽ muros Babylonis condidit, aut à Nitocri regina conditos auxit & condidit. De hac Mantuanus lib. 3. de Calami. Rex erat Aſſyriis Ninus, atq; Semiramis vxor, Extincti poſt fata viri victricibus armis Protulit imperii fines, per Bactra per Indos.

7 ¶Hippolyte Amazonũ regina quũ inſtar cæterarũ bello ĩſueſceret, auſa eſt arma capere in Theſeũ, à quo expugnata & in vxorẽ ducta eſt, Propertius. Felix Hippolyte nuda tulit arma papilla, Et texit galea barbara molle caput.

8 ¶Zenobia Palmireorũ regina poſt mortẽ Odenati mariti

sui iperium arripuit in Syria, Nec dubitauit arma capere I Aurelianū imperatorē, à quo victa & in triūphū ducta est. Quū aūt pbro daret ipsi Aureliano, quod de ea triūphasset, Nihil inquit me pudet de fœmina triūphasse, quę virtute plusq̄ virili sit prædita. Pontanus. Qualis & Aetiopū quondā sitientibus aruis. In fuluū regina gregē sese armat, & audet Sola pedes sese irato obiectare leoni, Insigniq; arcu, & duplici Zenobia telo. De eius bellica virtute abūde meminerūt Flauius Vopiscus & Trebellius Pollio.

9 ℭHypsicratea Mithridatis cōiunx i oi bellorū discrimine adiutrix astitit marito. Quinetiā capillos sibi rasit, ne ferēdæ galeæ essent impedimēto. Plutarchus in vita Pōpeii.

10 ℭValasca Bohemorum regina facta cum cæteris mulieribus coniuratione de excutiēdo virorū principatu, copiarū ductrix bellum mouit, interfectisq; viris fœminas oēs asseruit in libertatē, adeo vt Amazonum instar multos annos principatæ sint sine viris. Volaterranus in Geographia.

11 ℭRegnāte apud Gallos Carolo septimo quū Angli oia populabūdi passim irrūperent, & iā psperο fortunæ Zephyro adiuti nihil sibi non pollicerent, desperatis Gallorū rebus adfuit Ioāna magni spiritus virguncula, quę attritos Gallos animās ad vltionem & libertatis gloriā, prima belli cāpum ingressa, nō prius suos hortari & ipsa certare desiit, quā hostem in fugā verterit reportata victoria.

12 ℭArtemisiā reginā Carię, & Mausoli coniugem mirātur Græci, qđ irruentes Rhodios classe exuerit, insulā quoq; domuerit erecta in vrbe statua, quę ciuitati stygmata videretur inurere. Herodotus ad hunc modū de ea scribit. Verum (inquit) Artemisię pręcipua me tenet admiratio, mulieris expeditionē aduersus Gręciā secutę, quæ defuncto viro nulla adacta necessitate, sed præstātia animi atq; virilitate in militiā concessit. Nomē ei erat Artemisię Lydami filiæ, Paternum genus ex Halicarnasso, maternum ex Creta. Hæc Halicarnassæis & Cois, & Nisyriis, & Calydniis quinq; cum naualibus venit omni copia instructis.

13 ℭVulgata est & nota Amazonum virtus, quæ reiecto virorum & principatu & cōmertio solæ sibi imperauerunt,

suamq; libertatem armis defenderunt.

14 ¶ Atalāta venatrix fuit Arcadica, vibrādis iaculis & arcubus complicādis assuefacta, quæ inusitatæ magnitudinis aprum vniuersæ formidolosum Aetoliæ prima aggressa est & vulnerauit vna cum Meleagro. Pontanus lib. 3. de Stellis de hac puella, de eiusq; virtute sic meminit.

Qualis in Aetolum campis Meleagria virgo
Strauit aprum, primamq; manu stringente sagittam
Intorquens, ausa est spumanti occurrere monstro.
Mox læta & spoliis, famosa & cęde superba.

15 ¶ Thomyris Scytharum regina potentissimo Persarū regi Cyro, bello congressa est, ipsumq; & vita & castris spoliauit ad vlciscendā filii mortem, quē ille prius occiderat. Author Herodotus lib. 1. vbi non Scytharum reginā sed Massagetarum vocat. Scythas autem pro Massagetis intelligi docet Strabo libro vndecimo.

16 ¶ Delbora mulier bellatrix, imperauit Israelitis, quos ab incursionibus vicinorū plerūq; tutata est, quorumq; rēp. & imperium variis auxit honoribus.

17 ¶ Virtutē Hasbites fœmię bellis exercitę sic describit Sylius lib. 1.
Hæc ignara viri, vacuoq; assueta cubili
Venatu & syluis primos defenderat Amos.
Non calathis mollita manus, operata ve fuso.
Dyctinnam, & saltus, & anhelum impellere planta
Cornipedem, ac strauisse feras immitis amabat.

18 ¶ Idem libro secundo ait Tiburnā Sagunthinā fuisse fœminam Murrhi vxorēm, & bellatricem.

19 ¶ Teuca Illyricorum regina, viris fortissimis imperauit, & Romanorū vires fregit sæpenumero. Fuit Argonis vxor, De hac Plinius, & Florus meminerunt.

20 ¶ Lacenæ mulieres virorum obibāt munera, sese in gymnasio, in bello, in venatione exercentes. Hæ cum viris in certamen aduersus Messenios fortiter descenderunt.

21 ¶ Margarita Henrici sexti Britanniæ regis coniunx aciem viri deficientem restituit.

22 ¶ Gaditanæ mulieres, à partu statim surgunt, ministeriaq; domus obeunt.

23 ¶Olim Germanorum mulieres, inclinatā aciem, & iam ad Triarios vrgentem restituerunt.

24 ¶Bellouacæ mulieres à Carolo Burgūdioꝝ duce longa obsidione fatigatæ, mœnia defenderūt, & obsessorē e scalis in fossas vrbis detruserūt, reportatis ad suos vexillis.

25 ¶Lesbia puella murorum parte machinis Turcarū deiecta, oppidanis fugā aut deditionē meditantibus salutē peperit. Obtulit enim se primā impetui & iaculis inimicorū pro tutandis ipsis muris.

26 ¶Amalasuntha Gothorū regina principata est apud Rauennam, Burgundiones & Alemanos Liguriā populātes Italia pepulit, adiuuante Theodato, quem regni cōsortem susceperat. Volaterranus.

27 ¶Maria Puteolana à Puteolis Cāpaniæ vrbe nomē adepta, bellica virtute maxime floruit ætate Frācisci Petrarchæ. Erat laborum apprime patiens ab ipsa iam inde adolescentia, Abstinebat vino, Erat parca cibi & verboꝝ. Reiiciebat colos, pensa, fusos, & lanas, & cætera quę muliebrē decent molliciem. Gaudebat arcubus, iaculis, pilo, galea, scuto. Noctes perpetuas quādoq; vigilabat, nec dormiebat nisi coacta idq; sub dio, & humi, reclinās caput in scutum pro puluinari. Inter armatos versabatur. Quod quis īpudētię speciē pręferat, nihil tū vehemētius curauit, quā studium virginitatis, in qua permansit ad mortem vsq;. Cultum corporis aspernabatur. Quibus artibus bellicosa admodum facta est.

28 ¶Bona Longobarda bellatrix itidē puella floruit anno domini. 1468. Nupsit Brunorio Parmensi egregio bellatori. A teneris annis lustrabat syluas venatricibus stipata canibus, Maritum in omni discrimine comitabatur. Quam quū Alphonsus rex Siciliæ aliquādo certa de causa in vincula coniecisset, miserta captiui fœmina ad diuersos principes instar Pægasarii cursoris cucurrit, vt ab eis literas & patrocinium obtineret pro viri salute, quod obtinuit.


29 ¶Arabicæ mulieres suos maritos ad bellum comitātur, iisdēq; armis accinctę, eidē piculo vitā exponunt. Pōtan. lib. 1. de amore coniugali. Felices Arabum gentes, quibus

uxor in armis Astat, & audaci strenua fert equo. Illa sudes, hastáq; viro, iaculumq; ministrat. Adiuuat, & nulli non sa uet ipsa loco. Cōmunisq; vtriq; labor, fortunaq; belli, Atq; idem casus, vitáq;, morsq; manent.

30 ¶ Quum Latini & Volsci iunctis copiis impetū fecissent in Romanos, petiissentq; siue ad quærendā belli occasionem, seu ad suæ prolis incrementum dari sibi ingenuas ad cōnubia virgines, ancilla quædā Romana noīe Titula, vel (vt quidam scribunt) Philotida primores vrbis monuit, vt se reliquasq; ancillas in morem nobilis sponsę ornatas, eas maxime, quæ amabili forma & liberali essent aspectu, ad hostes mitterent, testata se curaturam vt ea res male verteret inimicis. Eius consilio quum principes vrbis paruissent, vnà cum reliquis puellis in castra inimicorum profecta est, vt facinus egregium, & maius quā vt à fœmina factum credatur, ausa est moliri. Quū enim vidit latinos iā periculi securos, viuos sepultos & somno stertere, dormiētibus gladios subduxit. Demum altissimā conscendens arborem, Romā versus, vt cum principibus conuenerat, inflāmatam facem intendit. Quo signo Romani paratum & excubātē exercitū adducētes, dormiētē hostē adorti sunt, multisq; īterfectis bñficio puellę victoriā ꝯsecuti sunt. Plutarchus in Camillo.

¶ Amazones.

Harpalice	Artemisia	Molpodia
Antianyra	Hippolyte	Thomyris
Antiopa	Orithya	Myrina
Lampedo	Thalestris	Marthesia
Minythia	Allæa	Strongylios
Harpe	Eribie	Euryale
Parthoe	Archenis	Philippis
Phœbo	Menalippe	Cœleno
Penthesilæa		



AMazones Scythicæ fuerunt mulieres ad Tanaim & Thremodoonta fluuios habitantes. Vñ Claudianus. Thermodoontiaca Tanaim fregere securi. Syllius li. 8. Perstrepit & tellus, & Amazonius Thermodon, Hæ quū nuptias

seruitutem esse, non matrimonium opinarentur, animum nubendi omiserunt. Duxerunt remp. sine viris. Solebant inire finitimos, ne gens periret. Si qui mares nascerentur, interficiebant. Virgines non ocio neq; lanificio, sed armis, equis, venationibus & sagittis exercebãt, Infantibus dexteriores inurebant mãmas, ne sagittarũ ictus impediret. Duę primum his reginæ fuerunt Marthesia & Lampedo, quæ maiore Europæ parte suis armis potenter subacta, Asiæ quoq; nõnullas ciuitates occupauere. Marthesiæ successit Orithya, seruata in omne æuum virginitate cõmẽdabilis. Hac principante cum Antiope sorore, bello petitæ sunt ab Hercule, quas quum vicisset, Antiopen & Menalippen rapuit Hercules, Theseus Hippolyten. Orithyæ successit Penthesilea, quę dũ Troianis suppetias ferret, ab Achille iuxta multorũ opinionẽ interfecta est. Qua mortua reliquæ iam ægre se tutantes ad Alexandri ætatem durauerunt. Huius Minythia concubitum per dies. 14. obtinuit, vt filiũ haberet paternæ virtutis hæredẽ. ¶ Molpodia nomen est Amazonis apud Plutarchũ, quam Theseus in bello cõtra Amazonas interfecit. ¶ Myrina regina fuit Amazonum, quę triginta millia peditum, & duo millia equitũ in exercitu habuisse dicitur. Diodorus lib. 4. Cęterum Peltem & securim primæ omniũ inuenerunt. Vnde securigeræ & peltiferę dicuntur; Pelta quoq; & securis Amazoniæ & Penthesilææ dicuntur. Ouidius in epistola Phædræ. Prima securigeras inter virtute puellas. Val. Flac. lib. 5. Vtq; securigeras stimulauerit ira cateruas. Statius lib. 12. Non cum peltiferis atq; hæc tibi pugna puellis. Horatius lib. 4. Car. Amazonia securi dextras obarmet. Ouid. lib. 2. de Ponto. Nec tibi Amazonia est pro me sumẽda securis. Mantuanus. Penthesilea non inferiora securi. Amazonũ quædam poetarũ carminibus celebratæ sunt. ¶ Harpalice. Virg. li. 1. Aeneid. Vel qualis equos Threissa fatigat Harpalice, Volucremq; fuga prævertitur hebrum. ¶ Penthesilea. Idem. Ducit Amazonidũ lunatis agmina peltis Penthesilea furens, mediisq; in millibus ardet. ¶ Hippolyte. Seneca in Agamenone. Vidit Hippolyte ferox pectore è medio rapi Spolium & sagittas.

Claudianus. Inter frementes Hippolyte tubas Strictam se curim languida poneret.

¶ Harpe. Valerius Flaccus lib. 6. Qua Pelta vacat, iamq; ibat in harpem. Menalippe. Virg. Threiciam sexto spoliauit Amazona baltheo. Porro autem Stephanus Bizantius scribit Amazones Sauropatidas à Græcis fuisse appellatas, quod lacertis vescerent, quas illi Sauras vocãt. De earũ morib' pauca admodũ Curtius refert lib. 5. de gestis Alexãdri his verbis, Vestis nõ toto Amazonũ corpori obducit, nã læua pars est ad pectus nuda, cętera deinde velant, nec tñ sinus quem nodo colligunt) infra genua descẽdit. Altera papilla intacta seruat, qua muliebris sexus liberos alant, Adurit dextra, vt arcus facilius intendãt, & tela vibrent. Stroza pater lib. 1. Eroticon de quibusdam sic meminit.

Virginitas vltro seruata, & bellica virtus
Magnum Orithyiæ contribuere decus.
Lampedon, Hippolyten, Menalipen iane videmus
Illustres inter nomen habere viros
His quoq; se comitem merito Marthesia iungit.
Nec caret Antiope laude, nec Harpalice.

De Amazonibus meminerũt Trogus lib. 2. Herodot' li. 4. Valerius Flac. lib. 5. & Diodorus Siculus libro quarto.

¶ Bella & alia quędã mala à mulieribus orta.

BEllum Græcorum in Troianos ortum est ab Helenæ raptu. Ouidius lib. 1. Elegia. Qualis ab Europa Phrygiis aduecta carinis, Coniugibus belli causa duobus erat. Propertius lib. 2. Olim mirabar, quod tanti ad Pergama belli, Europæ atq; Asiæ causa puella fuit. Idem lib. 2. His olim (vt fama est) viciis ad prçlia ventum est. His Troiana vides funera principiis. Seneca. Quisquã dubiũs ad thalamos eat. Quos suadet Helena? pestis exitiũ, Lues, Vtriusq; populi? Cernis hos tumulos ducũ, Et nuda totis ossa (quę passim iacent) inhumata cãpis? hæc hymen sparsit tuus, Tibi fluxit Asiæ, fluxit Europæ cruor.

¶ Pelops quum Phrygiæ regno successisset, bellũ mouit in Oenomaum patrem Hippodamiæ, ppter puellã ipsam adamatã, & negatã sibi in matrimonio.

Iscō. Macho.

¶Alia fuit Hippodamia Atracii filia & vxor Pyrithoi, quā quum mero calescentes & æstuātes libidine Centauri rapuissent, bello petiti sunt à Pyrithoo. Vnde puellā ipsam Propertius Iscomachen vocat. Isco enim Græce significat habeo, & mache dicitur pugna. Verba eius sunt hęc. Qualis & Iscomache Lapithæ gen⁹ heroinæ, Cētauris medio grata rapina mero. Idem. Aspera Centauros eadem demētia iussit Frāgere in aduersum pocula Pyrithoum. Ouidi⁹ lib. 14. Helene nō pluribus esset Sollicitata procis, nec quę Lapithea mouit Prælia.

¶Archelaus rex Macedoniæ interfectus est ab adolescēte Crateua nomine, quem habebat in deliciis, quod ei promissam filiā, alteri post habuerit. Volaterranus.

¶Archilochus poeta Iambographus Lycambem socerū ad præposterā laquei mortem impulit, propter eius filiam sibi in matrimonio denegatā. Vnde Ouidius. Post modo si perges, in te mihi liber iambus Tincta Lycambæo sanguine tela dabit.

¶Pericles propter Aspasiam concubinam, Samios infestos milesiis debellauit. Plutar.

¶T. Corruncanum liberius in legatione ad Teucam Illyricorum reginam locutum regina ipsa interfici iussit violato gentium iure, Liuius, & Florus.

¶Propter Cryseidem filiā Crysæ (qui sacerdos fuit Apollinis) ab Agamēnone raptā Apollo pestem in castra Græcorum immisit, quæ non prius desiit serpere, quàm patri suo reddita sit puella. Tortellius.

¶Propter Lauiniā Latini regis & Amatę filiā ortū est bellum inter Aeneā & Turnū, dum vterq; eā sibi in matrimoniū dari cuperet. Pontanus lib. 4. de Stellis. Hinc atrox bellum exorit, pro coniuge certat. Hinc rutulū manus, hinc fulgētibus Arcadis armis. Ac tādem victor potit regnoq; toroq;, Sed fato cadit infelix caua ad antra Numyci.

¶Roma condita quum Romulus ad augēdum vrbis populum, Sabinorum fœminas rapuisset, inde bellum ortū est & morum à maritis raptum vlcisci & raptas repetere volentibus. Propertius lib. 2. Cur exempla petā Graium?

Tu criminis

Tu criminis author Nutritus duro Romule lacte Lupæ, Tu rapere intactas docuisti impune Sabinas, Per te nunc Romæ quidlibet audet amor.

¶ Mortuo Menelao Megapenthus & Nicostratus Orestis filii Helenam in Rhodum fugauerunt, vbi à Polyzo Tlipolemi vxori arbore suspensa est ob Zelotypiam. Pausanias apud Volaterranum.

¶ Lysimachus filius Agathoclis filiū Agathoclem (cuius auspiciis multa bella feliciter gesserat) veneno sustulit instigante Arsinoe nouerca Ptolemæi sorore, Volaterranus. Arsinoe.

¶ Lucretius poeta amore fœminę in furorē versus amatorium hausit poculū, quo spiritū efflauit. Volaterranus.

¶ Tullia ꝓcurauit, vt maritus suus Seruius Tullius à Tarquinio superbo interficeretur.

¶ Sanson cum Dalidæ vxori crinem fatalem ostendisset, in quo prodigiosæ vires consistebant, dormiens ab eadem rasus incidit in manus inimicorum.

¶ Iphis egregia forma adolescens spretus ab Anaxarete puella se suspendit.

¶ Deianyra author fuit duelli inter Herculem & Nessum Centaurū, atq; ētmortis ipsius Herculis. Seneca. O turpe fatum, fœmina Herculeæ necis author feretur. Fuit etiam causa belli inter eundē Herculē & Acheloum. Vnde Claudianus. Herculeas vidit fluuio luctāte palęstras Mœnibus ex altis Calydon, precumq; laboris Deianyra fuit.

¶ Achab rex Israelitorum suasu Iezabelis vxoris, occidit prophetas.

¶ Chilpericus Clotharii filius opera Fridegūdis seu fridegundæ vxoris, dum venatu rediret, interfectus est.

¶ Seleucus Callinicus rex Syriæ dum nouercam Berenicem Ptolemæi sororem expulisset, ab ipso Ptolemæo bello petitus est. Iustinus lib. 27.

¶ Deiphobus insidiis Helenæ (quam post mortem Paridis coniugem duxerat) occisus est toto corpore inhonestis plagis deformato.

¶ Amphiaraus vates quū præuidisset se periturū Thebis, si eo ad bellum proficisceretur, coniecit se in latebras &

occuluit. Eum tamen prodidit vxor Eryphile spe habendi monilis aurei, quod gerebat Polynices. Itaq; vxoris fraude coactus ire Thebas, hiatu terræ absorptus est.

¶ Euander Pallantis Arcadum regis nepos, suasu Nicostratæ matris occidit patrem suum. Tortellius.

¶ Eduardus Anglorum rex & martyr, vxoris suæ fraude occisus est.

¶ Pterelas Thebanorum rex, proditione filiæ, Polydices interfectus est à Creonte.

¶ Nisus quoq; Megarẽsis rex obsessus à Minoe rege Cretæ, proditione Scyllæ filiæ (quæ Minois amore tenebat) fatalem amisit crinem, atq; ita ab hoste interfectus est. De vtroq; Ouidius. Filia ne ve magis capiti sit fida parentis. Quam tua vel Pterela, vel tua Nise fuit.

¶ Cleopatra causa fuit belli inter Ptolemæũ Philopatorẽ patrem suum & Alexandrum Syriæ regem.

¶ Gandulphus martyr dum vxorẽ adulterii increparet, eiusdem insidiis interfectus est ab adultero.

¶ Hippolytus à Phędra nouerca stupri falsò accusatus, dũ Thesei patris furorẽ vellet declinare, discerptus est ab eqs.

¶ Propter Hermionẽ Orestes Pyrrhum occidit.

¶ Othocarus rex Bohemiæ insimulatus ignauiæ & timoris ab vxore Margarita, ꝙ cum Rhodulpho Cæsare fœdus misset, bellum mouit, in quo profligatus est. Volater.

¶ Ioram Israelitarum rex suasu Athaliæ vxoris infinita prope commisit flagitia.

¶ Isis cã fuit, cur Mercurius mãdato Iouis Argũ occiderit.

¶ Luchinus Italię comes mouit bellũ in Vgolinũ Gonzagam propter Isabellam vxorem suã ab ipso Vgolino vitiatam. Volaterranus.

¶ Martia meretrix Antonium Commodum Impera. (cuius erat concubina) fecit occidi ab Athleta quodã, quo cũ adulterii consuetudinem habebat. Sextus Aurelius.

¶ Rodericus Gothorum rex, quum filiã Iuliani cuiusdã præfecti (qui Tingitanam prouinciã administrabat) adulterasset, dolore animatus pater, Sarracenos conuocauit, mouitq; bellum, in quo septingenta vtriusq; millia homi-

num perierunt Volaterranus.

¶ Alexander instinctu Thaidis meretriculæ Persepolim vrbem combussit. Curtius lib. 5. Ebrio (inquit scotto) de tanta referente sententiam, vnus & alter, & ipsi mero onerati assentiuntur, rex quoq; fuit auidior, quam patientior. Quin igitur vlciscimur Græciam, & vrbi faces subdimus? Omnes incaluerant mero, Itaq; surgunt temulenti, ad incendendã vrbem, cui armati pepercerãt. Primus rex ignẽ regiæ iniecit, tum conuiuæ, & ministri, pellicesq;. Author etiam Cælius Cap. 15. lib. 8.

¶ Violata Lucretia causa fuit exigendi regum principatus, quemadmodũ per virginiam Triumuiri defierunt.

¶ Octauia soror Augusti ab Antonio repudiata, causa fuit belli ciuilis.

¶ Antiochus dum bellum gereret in Romanos, vino & veneri dies multos indulsit, cum puella quadã Chalcidẽsi, quã deperibat. Ex quo factum est, vt mollicie illa deliciisq; corruptus hosti, victoriã reliquerit. Liuius lib. 36.

¶ Stesilea mulier fuit admodum elegãte vultu & rara in aliis pulchritudine, cuius spectabilis forma causa fuit externarum litium inter Aristidem & Themistoclem, quum ab eorum vtroq; adamaretur. Plutarchus in Themistocle.

¶ Ouidius libro secũdo Eleg. de quibusdam bellis & aliis multis malis, quorũ authores extiterunt fœminæ, ad hũc modum scribit.

Nec belli est noua cura mei, Nisi rapta fuisset.
Tyndaris, Europæ pax Asiæq; foret.
Fœmina syluestres Lapythas populumq; biformẽ
Turpiter apposito vertit in arma mero.
Fœmina Troianos iterum noua bella mouere
Impulit in regno iuste Latine tuo.
Fœmina Romanis iterum nunc vrbe recenti
Immisit soceros, armaq; sæua dedit.
Vidi ego pro niuea pugnantes coniuge tauros
Spectatrix animos ipsa iuuenca dabat.

Item Horatius lib. 1. Ser. Nam fuit ante Helenam cunnus teterrima belli Causa, Item Pamphilus Saxus.

Baccatum caperet coniunx vt auara monile,
Iuit ad infernas Amphiaraus aquas.
Tyndaris ad Phrygii vultum cor flexit amantis,
Et Menelaæam liquit iniqua domum.
Vertit opes Asiæ, disiecit mœnia Troiæ,
Hectora vulneribus fodit & Aeacidem.
Fraude Clytemnestræ clarus mactatur Atrides,
Fraude cadis natæ tu quoq; Nise tuæ.
Ad Ptolomęęam nam munera transtulit vrbem
Cæsaris & magni sceptra beata Numæ.
Quæ tenuit Pharium meretrix scelerata Canopum,
Opponens latiis stridula sistra tubis.
Vincla, faces, ferrum, lethalia spicula, virus.
Sub roseis claudit quæq; puella genis.
Mantuanus. Hinc veniūt rigæ, veniunt & iurgia & arma.
Sępe ēt dirę multo cū sanguīe mortes. Hinc quoq; dilectis
euersę mœnib⁹ vrbes. Idē Egloga. 4. Quæ crimina nō sūt.
Fœminea tentata manu, dedit hostibus arcem,
Decepta ornatu brachi Tarpeia sinistri.
Sæuit in natos manibus Medea cruentis.
Tyndaris ægæas onerauit nauibus vndas.
Scylla hostem sequitur patri furata capillum.
Fratrem Biblis amat, subicit se Myrrha parenti.
Concubitus nati Longæua Semiramis ardet.
Causa necis vati coniunx fuit Amphiarao.
Occidere viros nocturnis Belides armis.
Orphea membratim Cicones secuere poetam.
Cognita Luxuriæ petulantia Pasiphaeæ.
Phædra pudicitiam contra crudeliter ausa est.
Decepit Iudæa virum Rebecca, suamq;
Progeniem valens hircino guttura tergo.
Porrigit Alcide coniunx fatale venenum.
Decipit hippodame patrem Lauinia Troes.
Implicat ancipiti bello, Bryseis Achillem
Depulit è castris, demens Bryseide factus
Fulminat Atrides, & sentit Apollinis iras.
Eua genus nostrum felicibus expulit aruis.



Das & lynceus Aruenes & Apharei filii pro Leucippi filiabus Phœbe & Ilaira aduersus Castora & pollucem prope Spartam dimicarunt. In quo congressu periit Castor. Polluci autem profuit immortalitas. ¶ Contra tamen nonnullę repetiuntur fœminę, quę maximi quãdoq; boni authores extiterunt, sed breui admodum numero.

¶ Dominica vxor Valentis Imp. Gothos ad euertendam Constantinopolim irruentes pacauit. Paulus Diaconus.

¶ Anno verbi icarnati circiter. 412. cõstituerat Ataulphus Gothorum rex, vrbem Romã, vel diripere, vel expugnare saltẽ, eamq; Gothiam appellare, nisi Placidia Honorii, soror & vxor ipsius barbari ferocientem animum & iam paratum sceleri verbis emolliuisset. Idem Diaconus.

¶ Iuguldis soror Childeberti Hermogillum Lemogildi Gothorum regis filium, & maritum suum ad christianam conuertit pietatem. Volaterranus.

¶ Clotildis regina Franciæ Clodoueum regem maritum suum Childerici filium, eodem modo ad cultum sacræ religionis induxit. Volaterranus.

¶ Pompeia Plautina Iulianum imp. maritum suum auertit ab extorquenda populo pecunia & colligendo fisco. Author Sextus Aurelius. His adduntur Helena Constantini mater, Monica Augustini, & nonnullę alię.

¶ Nouercæ quædam.

Ino.	Hippodamia.	Casperia.
Phædra.	Stratonice.	Iulia.
Gidica.	Ida.	Iuno.
Opœa.	Eribœa.	Alfrida.
Martina.	Nuceria.	

INo Phryxi & Helles Athamãtis filię fuit nouerca. ¶ Hippodamia Chrysippi. ¶ Casperia Archemolii. ¶ Phædra Hippolyti. ¶ Stratonice Antiochi Sotheris. Iulia Antonii Caracallę. ¶ Gidica Comminii. ¶ Ida Phinidarum. ¶ Iuno Herculis. ¶ Opœa Scylis regis Scytharum. ¶ Eribœa Mercurii. ¶ Alfrida Eduardi secundi Anglorum regis. ¶ Martina Constantini Heraclii quem veneno sustulit. ¶ Nuceria

Mulieres q bona opera ?? fecerunt.

Placidia.

vxor Hebii, nouerca fuit firmi, quem morti dedit. Author Plutarchus in Parall.

¶ Textrices & Lanificę.

Pholoe.	Pamphile.	Arachne.
Closter.	Penelope.	

PHoloe Cretensis fuit fœmina, lanificii & texturæ admodum perita. Virgilius lib. 5. Aeneid. Olli serua dat operum haud ignara Mineruæ Cressa genus Pholoe, geminiq; sub vbere nati.

¶ Prima telas texere, easq; retorqueri inuenit in Co, Pamphile mulier Platis filia. Author Plinius lib. 11. Cap. 22.

¶ Arachne (vt fabulant poetę) quū esset lanificii peritissima, ausa est Mineruā eius artis inuentricē ad certamē prouocare, A qua victa, in araneā mutata est, q̄ nunc quoq; nere non desinit, suisq; filis, hęret adhuc pensilis, Architrenius Nobile surgit opus, leuius quā torsit Arachne, Pollice Lyda man⁹ & vestib⁹ īpluit aug, Pectinis īgenio nulli cessura.

¶ Fusos in lanificio reperit Closter filius Arachnes Linū & Rhetia Arachne ipsa, Authore Plinio.

¶ Fuit & optima textrix Penelope poetarum testimonio. Ouidius. Nec mihi quęrenti spaciosam fallere noctē, Lassaret viduas pendula tela manus. Vnde & tela Penelopęa & icariotis dicitur, quod icari filia fuerit Penelope. Idē Ouidius li. 3. de Pont. Morte nihil op⁹ ē, nihil Icariotide tela.

¶ Vestales quædam virgines.

Oppia.	Claudiæ.	Fonteia.
Marcia.	Minutia.	Floronia.
Posthumia.	Sextilia.	Tutia.
Caiæ.	Suffeciæ.	Licinia.
Vidibia.		

OPpia vna fuit ex vestalibus, quæ cōperta stupri viua defossa est. Stroza filius Vestalis virgo lęsi dānata pudoris, Contegor hoc viuens Oppia sub tumulo. Liuius libro vigesimosecundo hanc Opimiam vocat.

¶ Fuit Fontea Vestalis soror M. Fonteii, qui quum Galliæ exercitui præesset, accusatus est. prouinciæ male administratæ. ¶ Marcia Item incestī dānata. ¶ Minutia pter ele

gātem corporis cultum venit in ſuſpicionē libidinis. Vnde & viua defoſſa eſt. Liuius lib. 8. ¶ Floronia conuicta ſtupri ſibi mortem intulit metu grauioris ſupplicii. Liuius libro vigeſimoſecundo. ¶ Poſthumiam Veſtalem nimius corporis cultus ſtupri quoq; ſuſpectam fecit. Pontificum tamen abſoluta eſt ſententia. Liuius libro quarto.

¶ Stupri damnata eſt Sextilia, vt etiam Tutia. Authore Liuio. ¶ Thraciæ Caiæ, ſiue Suffetiæ ſtatua poſita eſt Authore Plinio. ¶ Plutarchus in Gracchis ait Liciniā fuiſſe vnā è Veſtalibus. Plotinus accuſauit M. Craſſum inceſtus cum Licinia, vt teſtatur idem Plutar.

¶ Vbidia Veſtalis fuit, quam Meſſalina miſit ad pacādum Claudium maritum ſuum, quem iratum ſibi intellexerat. Cornelius Tacitus.

¶ Ferunt Geganiam & Bereniā veſtales à Numa primū ſacratas fuiſſe, deinde Camilliam & Tarpeiam. His autem virginibus annorum triginta ab rege caſtitas pręſcripta eſt Plutarchus in vita Numæ.

¶ Fuit & Cornelia veſtalis virgo, quam ſtupri conuictam Domitianus imperator deffodi iuſſit, ſtupratoribus in comitio ad necem cæſis. De hac Cornelia vide vndecimam epiſtolam libri quarti Plinii.

¶ Claudia virgo fuit veſtalis, quę quū in ſtupri veniſſet ſuſpitionē, ad teſtimoniū & argumentū ſuæ pudicitię ſimulachrū Cybeles hęrens in Tyberis vado, cingulo ſuo cinctū traxit cū naui in qua erat, quā tū multa hoīum millia veſtigio educere nequiuerāt. Propertius lib. 4. Vel tu qui tardā mouiſti fune Cybelē, Claudia turritæ rara miniſtra deæ. Huius rei meminerunt Liuius libro vigeſimonono. Lactātius lib. 2. & Ouidius libro quarto Faſtorum:

¶ Exercitus numeroſi.

1 Exercitus Tartarorum
2 Exercit⁹ Pōpeii ī Cæſarē.
3 Exercit⁹ Cęſaris ,ī Pōpeiū.
4 Exercitus Mardonii.
5 Exercitus Hieroboam.
6 Exercitus Athilę.
7 Exercitus Amuratis.
8 Exercit⁹ Brenni & Senonū.
9 Exercitus Theodorici.
10 Exercitus Tamburlani,
11 Exercitus Antigoni.
12 Exercitus Antiochi.

13 Exercitus Annibalis
Exercitus Hispanorum in Annibalem.
14 Exercitus Achæorum.
15 Exercitus Atheniensium in Syracusanos.
16 Exercitus Artaxerxis.
17 Exercitus Darii in Alexandrum.
18 Exercitus Alexandri.
19 Exercitus Antigoni.
20 Exercitus Seleuci & Antiochi.
21 Exercitus M. Antonii in parthos.
22 Exercitus parthorum in Antonium.
23 Exercitus Antonii in Cæsare.
24 Exercit⁹ Cæsaris in Antoniū.
25 Exercitus Crassi in parthos.
26 Exercitus Carthaginensium in Siciliam.
27 Exercitus Demetrii.
28 Exercitus Marii & Catulli
29 Exercitus Mithridatis.
30 Exercitus Pōpeii in pyratas.
31 Exercitus Pelopidæ in Syracusanos.
32 Exercitus Heluetiorum.
33 Exercitus Ariouisti Germanorum regis
34 Exercit⁹ Neuiorum in Cæsare.
35 Exercitus Luculli in Mithridatem.
36 Exercitus Persei.
37 Exercitus Tigranis Armeniæ regis.
38 Exercit⁹ Terētii Varronis.
39 Exercitus T. Q. Flaminii.
40 Exercitus Eumenis.
41 Exercitus Radagasi Gothorum regis.
42 Exercitus L. Aemylii & C. Attilii.
43 Exercitus vectigis.
44 Exercitus Gallorum.
Exercit⁹ Q. Fabii Maximi
45 Exercitus Aruernorum.
46 Exercitus Besostris.
47 Exercitus Nini in Bactrianos.
48 Exercitus Xerxis.
49 Exercitus Græcorum in Troianos.
50 Exercitus Troianorum in Græcos.
51 Exercitus Mosis.
52 Exercit⁹ Hierosolymanū.
53 Exercit⁹ Caroli Martelli.
54 Exercitus Antiochi.

¶EXPLANATIO.



1 PEla quarto Andreæ Hierosolymitani filio apud Pannonios regnante Tartari cum quingentis armatorū millibus Pannoniam ingressi sunt, à quibus superatus Bela aufugit. Volaterranus.
2 ¶Pompeii in Cæsarem dimicantis acies ha-

buit.40. millia peditum, equitum in sinistro cornu septem millia, in dextro quinq;. Prætereа Orientis auxilia, totam vrbis nobilitatē, senatores, Prętorios, Cōsulares. Eutropi⁹.

3 ℭ Cæsar in acie habuit peditum. 30. millia, equites non amplius mille. Author Eutropius.

4 ℭ Mardonius Persa (quem Xerxes apud Salaminem reliquit, vt dispalatos milites resarciret) habuit in exercitu peditum ducenta millia, equitum viginti millia. Victus est tū apud Plateas à Pausania Lacedæmonio turmis longe minoribus stipato. Cælius Cap.61.libri.16.

5 ℭ Hieroboam rex Israelitarum in exercitu (quem contra Abyam iudæorum regē duxit) habuit.80. millia bellatorum. Abyas vero.40. Iosephus octauo Antiquitatum.

6 ℭ Habuit Athyla rex Hunnorum in exercitu quinquagin armatorum millia. Sabellicus.

7 ℭ Amurathes rex Turcarū Pānoniam cum cētum hosum millibus ingressus est, quā bis domuit. Volaterranus.

8 ℭ Senonum dux Brennus (qui primus Romanam superbiam retudit) habuit.300.millia.

9 ℭ Theodoricus Clodouei primi filius in Italiā cū.80.millibus traiecit, q̄bus imperu repentino Belisarii copias fregit, omnemq; transpadanā subiugauit regionem. Vola.

10 ℭ Tamburlanus Scytharū rex Euphratē fluuiū cū sexcentis peditū millibus, equitū vero trecentis traiecit, quo numero Asiā minorē obtinuit. Regē Turcarū Pazaitem captiuū duxit, Scythas, Mœdos, Albanos, Mesopotamiam, Parthiam, Persiam, Armeniam sibi subiugauit. Volaterranus in geogra.

11 ℭ Exercitus Antigoni habuit peditū viginti millia. Equites trecentos.

12 ℭ Exercitus Antiochi.300. millia armatorum, quibus Romanos inuasit. Falcatis etiam curribus, & Elephantis aciē instruxit. Author Sextus Aurelius.

13 ℭ Certum non est quantæ fuerint Annibalis copiæ. Alii centum millia peditum, & viginti equitum fuisse dicunt. Quidam aiunt addita ex Gallis & Liguribus.80.millia peditum, decem equitum, Plutarchus ait Annibalē habuisse

in armis ad centũ & quinquaginta bellorũ millia in expugnatione Sagunthi, Eutropius centũ quinquaginta millia peditũ equitũ viginti. Quãuis aũt exactus ad fidem numerus dari nequeat, hoc tñ argui potest numerosum habuisse exercitum, quod amissis in Alpium traiectu triginta millibus, adhuc Romanorum potentiam non expauerit.

¶Hermandici Arbocolani, Olcades, & Carpentani Hispaniæ populi supra cẽtũ hoĩum millia in Annibalẽ à Vacceis eiusdẽ regiõis populis redeũtẽ armauerint. Authore Plutarcho, quã tñ multitudinem Annibal multis prius interfectis in fugã vertit, & post hanc victoriã cunctos trans iberũ populos ad deditionẽ compulit præter Saguntinos.

14 ¶Achæorum exercitus in Cleomonem ducem Spartanorum fuit viginti millium peditum equitum mille.

15 ¶Athenienses in Syracusanos certaturi duce Alcibiade, habuerunt supra centũ, & quadraginta triremes, Centũ, & quinque millia peditum, tum sagittarios, & funditores mille & trecẽtos. Tormentorũ præterea, ac machinarũ expugnãdis vrbibus copiam ingentẽ. Plutarchus in Alcibiade.

16 ¶Exercitus Artaxerxis regis Persarum in Cadusios, habuit triginta peditũ millia, pedites mille. Sabellicus.

17 ¶Certatus in Alexandrum Darius habuit sexcenta hominum millia. Plutachus scribit, Dario fuisse decies centena millia militũ Q. Curtius minorẽ illi facit copiarũ numerum libro quarto quum ait. Summa totius Darii exercitus equites. 45. millia, pedestris acies. 200. millia expleuerat.

18 ¶Copiarum Alexandri qui minimũ afferunt numerum, tricena millia peditum, equitũ vero quinque fuisse tradunt. Fertur in Asiam traiecisse cum millibus armatorũ non amplius 43. Volaterranus. Iustinus libro vndecimo scribit eũ tm̃ habuisse peditũ triginta duo millia, equitum quattuor & quingentos, naues centũ. 82. Hac tam parua manu (inquit idem) vniuersum terrarum orbẽ, vtrum sit admirabilius, vicerit, an aggredi ausus fuerit incertum est.

19 ¶Antigonus Philippi filius, & pater Demetrii Poliorcetis Macedoniæ regis habuit in exercitu contra Seleucum Syriæ principem & alios reges supra. 70. millia peditum,

equitum vero decem millia. Item Elephantos. 75.

20 ℭ Seleucus vero & Antiochus eius filius armarūt ī ipsum Antigonū. 94. millia peditum, equites supra decem millia. Elephantos quadringentos, currus centum & viginti.

21 ℭ Bellans in parthos M. Antonius habuit. 60. Romanoꝝ peditum millia, & his auxilia equitum adiuncta. Hispanorum, & Gallorum decem millia, Cæterarum nationū equitum peditumq; trecenta millia. Plutarchus.

22 ℭ Parthorum vero exercitus in Antonium habuit. 400. millia equitum.

23 ℭ Exercitus Antonii contra Cæsarem habuit peditū centum millia, Equitum. 12. Naues quingentas. Plutarchus.

24 ℭ Exercitus Cæsaris contra Antonium habuit naues ducentas quinquaginta, peditum. 80. millia, equitum. 12. Idē Plutarchus in Antonio.

25 ℭ Exercitus Crassi contra Parthos habuit peditum legiones septem, Equitū quattuor millia ac totidē velites.

26 ℭ Carthaginenses Siciliam cum septuaginta millibus militum, ducētis triremibus & mille nauibus inuaserūt. Quos tamen superauit Timoleon dux Corinthiorum, eorumq; castra diripuit desyderatis decem millibus.

27 ℭ Demetrius Antigoni & Stratonices filius & Macedoniæ rex habuit in copiis, peditum decem millia, equitum decem, naues quingentas.

28 ℭ Eyercitus Marii & Catuli contra Cimbros habuit quinquaquinta hoīum millia cū trecentis militibus. Plutarch.

29 ℭ Mithridates rex Ponti habuit peditū cētū millia, eqtū decē, currus falcatos nonaginta, Cęlius ad hunc modū de Mithridate. Habuit (inquit) equitū. 50. peditū. 150. millia. Machinarū vero ac oīs bellici instrumēti par eius summa. Depugnabāt cum eo reges Dynastæq; Armeniæ, ac Scytharum, q circa Pontū incolunt supraq; Męotidē paludē.

30 ℭ Pompeius in bello contra Pyratas habuit quingentas naues, peditum centum & viginti millia, Equitum quinq;. Plutarchus.

31 ℭ Pelopidas dux Thebanorum duxit cōtra Syracusanos septuaginta millia militum,

31 Heluetiorum in Galliam Aquitanicam irrumpere volentium tempore Iulii Cæsaris exercitus habuit trecenta hominum millia. Volaterra. in geogra.

33 ¶ Credibile est Ariouistum Germanorum regem numerosas habuisse copias, vel hoc vno argumento, qđ à Cesare victus octoginta militum suorum millia amiserit, authore Plutarcho. Scribit Eutropius fuisse in exercitu Germanorum qui sibi Gallias subiicere parabant. 440. millia.

34 ¶ Neruii (quos Lucanus rebelles vocat, quiq; nostro tempore Tornacenses vocãtur) in bello contra Cæsarem sexaginta hominũ millia amiserunt. Eutropius lib. 6. scribit eos habuisse in exercitu. 171. millia.

35 ¶ L. Luculli copiæ in Mithridatẽ Armeniæ regẽ fuerunt triginta millia peditũ, equitũ duo millia cũ quingentis.

36 ¶ Perseo Macedoniæ regi i Paulũ Aemylium dimicaturo. fuere quattuor millia equitũ peditũ vero. 48. millia.

37 ¶ Tigrani regi Armeniæ, fuere ducẽta qnquaginta quinq; armatorum millia cõtra Romanos, qui e tãto exercitu pe ditum centum millia, equitum vero quinquaginta Lucullo duce interfecerunt.

38 ¶ Terẽtius Varro cõsul & Aemylii Pauli collega habuit ĩ exercitu octo & octoginta hominum millia contra Carthaginenses.

39 ¶ Quintius Flaminius in bello contra Philippum Macedoniæ regem habuit. 26. millia hominum.

40 ¶ Habuit Eumenes rex Pergami in exercitu contra Macedones. 36. millia bellatorum.

41 ¶ Radagasus Gothorum rex (qui floruit Arcadii & Honorii imperatorum temporibus) habuit in exercitu supra ducenta bellatorum millia. Author Paulus Diaconus.

42 ¶ L. Aemylius & Attilius consules principio sui cõsulatus quattuor legiones vrbanas in Gallos armauerunt, quarũ singulis quinq; millia & ducenti pedites, equites vero trecenti inerãt. Habebãt & ex sociorum auxiliis triginta millia peditum, Equitum vero duo millia. Cui numero Thusci & Sabini septuaginta addiderunt millia, vbi primũ Galli Apœninum transire nunciati sunt, Post hos Vmbri & Sar

ſennatæ Apenini incolæ viginti millia contulerunt. Sanites.70.millia peditum, Equitum ſeptē millia. Iapigenſes, & Meſapii.50. millia peditū. Equitum.16. millia Lucani.30. millia peditum, Equitum tria millia. Marſi, Maricini, ferētani. & Veſtini peditum viginti millia. Eoq́ modo cæteræ totius Italiæ vrbes ſuas ſuppetias cōtulerunt, ita vt numerus excreuerit ad ſepties centena millia peditum, Equitum vero.70.millia. Author Polybius, qui dū forte ſuis mendaciis Gallos deprimere, Romanos vero laudare ſtudet, ſua ſpe fallitur. Nam ſi ita eſt, nihil accedit. Gallis opprobrii, quin potius plurimum laudis meruerunt, ꝙ Italiæ (quę totius orbis ſe vocabat imperatricem) tm̄ terrorem incuſſerint, vt nullo, quamlibet numeroſo exercitu ſe ſatis tutos opinarentur. Sed age, quid egerunt Galli? Non dubitarūt (vt eſt gens ipſa periculi contēnens, & vitæ ſuæ prodiga) contractis vndiq́ tot centuriis, quinquaginta nō amplius millia opponere. De hoc Italiæ numeroſo exercitu. Vide Volaterranum de Gallorum rebus geſtis.

43 ℭVectiges rex Gothorum poſt Atalaricum filiū Amalaſunthæ reginæ, ad obſidionem vrbis Romæ cum ducētis armatoꝝ millibus profectus eſt. Volaterra.

44 ℭScriptores (qui gloriā Galloꝝ, non niſi retortis oculis poſſunt inſpicere) aiunt ducenta Galloꝝ millia profligata fuiſſe à Q. Fabio maximo triginta vix millib⁹ ſtipato. Hoc aūt quā fabuloſum ſit, cęcis pateat, vel hoc vno argumento, ꝙ eo tp̄e quo altera manu orientem, altera occidentē cōplecti ſe gloriabātur. Brenno Senonum duci, nec in ſuis pomœriis, atq́ adeo ſterquiliniis reſiſtere potuerint.

45 ℭSoli Aruerni (modica Gallorum portio) ducenta bellatorum millia obiecerunt Aemyliano Maximo ad Iſarę, & Rhodani confluenta. Strabo.

46 ℭSeſoſtris rex Aegypti (q inſuetā ſeruitii Arabiā ſubegit, maximā libyæ parte occupauit) habuit in pedeſtribus copiis ſexcenta peditū millia, equitū vero.24. Curruū bello aptoꝝ octo millia & viginti. Diogenes lib. 2.

47 ℭNinus Aſſyriorum rex armauit in Bactrianos decies ſepties centena millia peditū, equitum, ducēta. Curruū.100.

16 Bellũ Claudii Imparoris
17 Bellũ Cosrois regis Persaꝝ
18 Bellũ Roderici.
19 Bellũ Q. Fabii.
20 Alia pleraq; bella.
21 Bellũ Annibalis in trãsitu Alpium
22 Bellum Scipionis contra Annibalem.
23 Bellũ Aetoloꝝ ꝯtra Thessalos

ℭ EXPLANATIO.

1 ABys iudæorum rex bellãs in Hieroboam regem Israelitarũ quingẽta millia ex eius exercitu deleuit. Iosephus lib. 8. Antiquitatum.

2 ℭ Phaceas rex vno die deleuit ex copiis Achab Iudæoꝝ regis post Ioathã. 120. millia bellatoꝝ, & ducẽta vtriusq; sexus millia captiua duxit.

3 ℭ In bello Adadi Syriæ regis contra Achab Israelitarum regem perierunt fere hominum centum millia, ruina murorum viginti septem millia. Iosephus.

4 ℭ C. Cæsar dictator prędicare solitus dicit vndecies cẽtũ, & nonaginta millia præter, eos qui ciuilibus bellis periissent, suo ductu, & auspiciis cęsa. Sabell. in Exemplis.

5 ℭ Gedeon nocte vna apud Iordanem centum, & viginti millia Madianitarum interfecit.

6 ℭ In agro Tholosano Attila rex Hunnoꝝ congressus est cũ Aetio, & Theodorico Gothorum regibus. In quo conflictu. 120. millia viroꝝ decubuere. Paulus diaconus.

7 ℭ Quantã suoꝝ stragẽ acceperit Ladislaus rex Pãnoniæ, dum in Amuratem regẽ Turcarũ confligeret, hinc auspicari licet, quod ex ipsis etiã victoribus quadringenta millia post pugnã desyderata sint. Sabellicus in exemplis.

8 ℭ Carolus Martellus Galloꝝ rex Abidiramũ Visigothoꝝ regẽ (qui in Galliã hostiliter irruperat) ad Burgadalã domuit, Ceciditq; eius exercitu. 385. millia, quum tũ Franci non amplius mille perierint. Sabellicus in exemplis.

9 ℭ Cyrus Persarum rex traiecto Araxe cum ducentis millibus in Scythas profectus, tam infeliciter bellauit, vt ne nũcius quidem tantę cladis superfuerit. Sabellicus.

10 ℭ Milciades Atheniensiũ dux in Marathone Atticę cãpo centum millia ex Darii Persarum regis exercitũ profligauit. Sunt ẽt q ducenta dicant deleta. Sabellicus.

Amurat rex Turc
Co
...

11 ℭClaudius Nero,& Liuius Salinator sexaginta Pœnorꝫ millia apud Metaurũ Vmbrię fluuiũ ceciderunt,dũ Asdru/bal fratri suo Annibali suppetias ferre conaret̃.Plutarch⁹.

12 ℭVscodoniã, seu Hadrianopolim Thracię vrbem, qnum cepissent Scythæ, in ea centum hominum millia iugulata sunt.Volaterranus.

13 ℭM. Claudius, & C. Cornelius consules quinquaginta Gallorum millia profligarunt.

14 ℭFriola filius Alphonsi Catholici regis Hispaniæ.50. millia Sarracenorꝫ in bello occidit.Volaterranus.

15 ℭIn bello Eduardi quarti Anglorum regis cõtra Scotos, perierunt Scotorum.60.millia, Anglorum septem solum. Idem Volaterranus.

16 ℭClaudius secundus imperator. 320. millia Gothorum cecidit ad Martinopolim , & nauium mersit duo millia, author Trebellius Pollio.

17 ℭGosroes rex Persarum Palestinam cũ hierosolyma,ac nongentis millibus christianorꝫ euertit. Volaterranus.

18 ℭIn bello Roderici regis Gothorꝫ cõtra Sarracenos.700. millia hoium vtrinq; perierunt.Idẽ Volaterranus.

19 ℭQ.Fabius Allobrox de exercitu Bituiti Aruernorũ re/gis.120.millia hoium cecidit.Liuius lib.61.

20 ℭCæsa sunt ab Alexãdro ex Darii exercitu peditum cen/tum millia , equitum decem . Curtius lib.3. ℭCæsa sunt à Crasso duodecim millia de Spartaci exercitu'. ℭCæsa ad cannas Romanorum.50.millia.Liuius & Plutarchus aiũt cæsa fuisse apud Cannas ex Romanis ad.40,millia peditũ, equitum vero duo millia & septingentos. Polybius maio rem facit interfectorum numerum.In eo bello periit Pau/lus Aemylius consul Terentii Varronis collega Quanta fuerit cladesilla hinc argui licet,quod aurei annuli Roma nis equitibus qui in bello ceciderãt,detracti, modii vnius ac dimidii mensuram excesserint. Eutropius scribit vigin/ti consulares periisse in eo bello,Senatores captos aut oc/cisos triginta viros nobiliores,trecentos, pedites,quadra/ginta millia,equites tria millia & quingentos.

ℭCæsa ad Granium flumen à Lucullo ex Mithridatis copiis

copiis hominum viginti millia, præter captos. ℣ Cęsa sunt à Pompeio ex liberis nouem millia. Cæsa à Sylla ex Marianis viginti millia. ℣ Decem millia ex Mithridatis exercitu à Pompeio. ℣ Cæsa à Ptolemæo ex Demetrii exercitu. 50. millia. ℣ Cæsa ab Alexandro Persarum. 12. millia.

¶ Cæsa à Parthis, Romanorum decem millia duce Crasso. Cæsæ ex Scipionis & Catonis exercitu à Cæsare quinque hoium Myriades. Cæsa à Mithridate septem Romanorũ millia. Cæsa à Lucullo, ex Tigranis Armeniæ regis exercitu peditum centum millia, equitum quinquaginta. Cæsa octo millia Cilicum à Lucullo. Cæsa. 80. millia Germanorũ sub Ariouisto duce à Cæsare. Cęsa Pœnorũ. 40. millia à Scipione. Cæsa. 15. millia Romanorum ad Trasymenum. Cæsa. 60. millia Neruiorum à Cæsare. Cæsa. 30. millia hominum de exercitu filiorum Pompeii à Cæsare. Cæsa in bello Macedonum contra Lacedęmonios quinque millia, & trecenti, ex Macedonibus trecenti, & non amplius. Cęsa in vrbis Hierosolymitanæ excidio vndecies cẽtena millia. Cæsa à Britannis Romanorum. 70. millia ducibus Petilio, & Suetonio. Author Cornelius Tacitus. Cæsa paulopost à Romanis Britannorum. 80. millia. Quam cladem ægre ferens Boudicea eorum regina veneno clausit vitam. Cæsa à Gratiano imp. triginta Alemanorum millia, apud Argẽtarium oppidum. Author Sextus Aurelius. Cæsa ab Annibale ex Romanis. 18. millia duce Fuluio prætore.

¶ Annibal in transitu Alpium amisit supra triginta millia hominum, non tantum in conflictibus contra montanos susceptis, verũ etiam propter angustias asperitatesque viarũ, in quibus superandis tantum in sumpsit laboris & operæ, vt quibusdam in locis per ingentia saxa, igni acetoque putrefacta sibi aperuerit iter. Plutarchus.


¶ In cõflictu Scipionis Africani contra Annibalem apud zamã Africę ciuitatẽ, cęsa sunt aut capta ex Carthaginensiũ copiis supra quadraginta millia. Annibal tñ effugit incolumis. Victor demũ Scipio quũ suo arbitrio leges & conditiões pacis iponeret, eorum naues qbus maxime ꝯfidebát, quingẽtas numero cremari iussit. Plutarch⁹ & Liui⁹ lib. 3.

Pompeius Ptolemæus Alexander Cæsar Mithridates Lucullus Cæsar Britanni Romani Boudicea Romani

¶ Aetoli & Latini Tito Quinto Flaminio duce, triginta Theſſalorꝫ millia oppreſſerunt, & Philippū Macedonum principē ad fugā īpulerunt. Vnde tale eſt apud Plutarchū Epigramma. Fletibus & buſto indecores terdena viator Theſſaliæ oppetimus millia in hoc tumulo. Martem ſub Aetolum domiti, & virtute Latinum, Quod Titus immēſa duxit ab Italia. Emathiæ cladem trux ſpiritus ille Philippi, Ceruorū curſu præpete lapſus abit. Hæc Alcæus poeta in Phillippi vituperium edidit.

¶ Belicoſi viri, cum illuſtribus victoriis.

1 Alexander	22 Codrus	42 T.Sempronius
2 Xerxes	23 Idanthyrſus	43 Māl. Capitolinꝰ
3 Arſaces	24 Arturus	44 M.C. Marcellus
4 Tamburlanus	25 Leonidas	45 C.Marius
5 Amurathes	26 Clodoueus	Porſena
6 Seleucus	27 Theodericus	46 Cocles
7 Antiochus	28 Carolꝰ Martellꝰ	47 Scipio Africanꝰ
8 Cyrus	29 Carolꝰ Magnꝰ	48 Scipio Aemylia.
9 Darius	30 Gedeon	49 M.Sceua
10 Mithridates	31 Cleophantus	50 Paulꝰ Aemylius
11 Annibal	32 Conon	51 Aurelianus
12 Aratus	33 Pompeius	52 Iuſtinianus
13 Cleomenes	34 Cæſar	53 L.Sicinꝰ Detatꝰ
14 Demetrius	35 Marcus Anto.	54 M.Sergius
15 Epaminundas	36 Attilius regulꝰ	55 Veſpaſianus
16 Lyſimachus	37 Acilius	56 Manl. Torquatꝰ
17 Pyrrhus	Cynegyrus	57 Auguſtus
18 Philippꝰ Mace.	38 Acilinus	58 M.Probus
19 Timoleon	39 Furius Camillus	59 Nōnulli Romāi
20 Ceneus	40 M.Curius	60 Gylippus
21 Archidamus	41 T.Q. Flaminius	61 Alii pleriqꝫ.

1 

Alexander Macedo Philippi ex Olympiade filius, tm̄ nomē bellica virtute ſibi cōparauit, vt recens quoqꝫ ſit ſemp eius memoria. Viginti natus annos Thebas euertit. Traiecto Helleſponto Ilium profectus eſt, vbi animaduerſo Achillis ſepulchro Achillem ipſum felicem prędicauit, q

laudum suarū præconem habuisset Homerū. Dariū Persarum regē ad Granium flumē perdomuit cęsis viginti Persarum millibus, vbi Darium ipsum cū vxore, & filiabus captiuum duxit, quem tñ iterum donauit venia. Verum vbi tertio redintegrasset copias, victo regnum eripuit. Eius tñ interfectorem Bessum supplicio affecit. Scythas demum lacessiuit. In India Porum regem numerosis armatū copiis, & quattuor cubitis cum palmo procerum fudit, cui & pepercit. Curtius & Plutar. autho.

2 ℂ Xerxes rex Persarum centena millia armauit in Græciā. Athon montem aceto dirupit, diruptū fecit peruiū velis. Cum Themistocle congressus est, & apud Salaminem ab eodem victus. Post aliquot annos cum Cimone Atheniēsium duce manu conferens, quum fortunam vbiq; nouercam experiretur, voluptati se dedit.

3 ℂ Arsaces obscuræ conditionis homo collecta Scytharū exulum manu Parthos subegit. Syriæ regem Seleucum, & Hircanos redegit in seruitutem.

4 ℂ Tamburlanus Scytharum rex Medos, Albanos, Mesopotamiā, Persiā, Parthiā, & Armeniā subiugauit. Traiecto cum.600.millibus peditū, equitū vero trecentis Euphrate Asiam minorē obtinuit. Regē Turcarū Pazaitem captiuū in laqueos ꝓiecit, tāta feritate, vt enim instar beluæ Clatris inclusum, secum semper duxerit, & sub mēsa in modū canis micas, & frustilla comedere iusserit, equumq; ascensurus, eius humeros pro scabello pedibus conculcauerit. Pazaites Tr... Rege.

5 ℂ Amurathes rex Turcarum Thessalonicam vrbem vi capta dirripuit, Epirum & Aetoliam subiugauit. Pannoniā cum cētum armatorum millibus ingressus est. Pannonios bis bello fudit.

6 ℂ Seleucus Nicanor rex Syriæ Babylonem cepit, Bactrianos expugnauit, Penetrauit ad Indiam. Cōpositis in Oriēte rebus Lysimachum domuit & interfecit. Trogus lib. 15. & Volaterranus in Geographia.

7 ℂ Antiochus maximus Syriæ rex Babyloniam, Aegyptū, & Iudæam patrio adiecit imperio. Græciam cum sexaginta millibus intrauit.

8 ℭCyrus Astyagem regno Persarum expulit translato in Persas Medorum īperio. Babylonios cū Crœso Lydorum rege domuit, quē primo venia donatū, ac secūdo rebellantē vita, & regno spoliauit. Subacta Asia, ac toto Oriente aggressus est Scythas, vbi à Thomyri eorum regina victus est, & interfectus.

9 ℭDarius Istaspis filius Babylonios perdomuit, Ionas nauali prælio superauit. Atheniensibus congressus est, sed magno suo incommodo.

10 ℭMithridates Phraatis filius, Parthorum auxit imperiū. Armenios nunq̄ antea subiugum missos adortus est. Babylonios accepit in deditionē, fratre interfecto, quē subditi regno pfecerāt ob ipsius Mithridatis crudelitatē. Cū Romanis bellū gerēs Crassum cū filio, ac toto exercitu deleuit.

11 ℭAnnibal Amilcharis filius viginti annos natus Sagūthū expugnauit. In Italiā quinto mense superatis Alpibus ab Hispania puenit. Apud Ticinum Corneliū Scipionē patrē Africani maioris occurrentē superauit. Semproniū cōsulē apud Trebiā ingenti clade affecit. C. Flaminiū quoq; profligauit ad Trasimenū, interfectis ex eius copiis. 25. millib⁹. P. Aemylium, & Terentium cōsules cum exercitu deleuit apud Cannas, vbi senatores. 90. alii ad. 45. millia perierūt, vbi & annulorum modii tres reperti sunt. Inde omniū metu accessit pxime Romam, & ad tertiū vsq; lapidē Claudiū Marcellum Romanorum ducem iterum fudit, & ad extremum victus à Scipione, Romam liberauit metu. Liuius.

12 ℭAratus dux Sicyonius collecta coniuratorum manu patriam seruitute liberauit, expulitq; Nicoclem tyrannum. Composito patriæ statu dux Achæorum factus, eorum Remp. annos. 24. felicissime administrauit. Locridem, & Calydoniam depopulatus est, Acrocorinthū expugnauit, Macedonibus inde repulsis Argæorum tyrānos Aristonicū primo, deinde Aristippū bello sustulit. Aetholos Achæis inimicos plerūq; debellauit, Sublatus demum dicitur, & veneno potus à Philippo Macedonum rege, cui erat formidolosus.

13 ℭCleomenes dux Lacedæmoniorum Aratum ducē Achæorum multis affecit cladibus. Argos antea nulli expugnatū

in poteſtatem recepit. Annos. 14. feliciſſime imperauit, ſuiſq; reliquit multas illuſtres victorias.

14 ℭDemetrius Poliorcetes Antigoni Macedoniæ regis filius traiecto Euphrate Babyloniam occupauit. Athenas à Caſſandri & Ptolemæi imperio redemit. Cyprum expugnato Ptolemæo nauali bello recepit. Bœotios accepit in deditionē. Pyrrhum ab oppugnatione Theſſaliæ repreſſit. Ad extremū fortuna inſidiāte venit in manus Antiochi.

15 ℭEpaminundas Thebarū princeps, cum Lacedæmoniis cōgreſſus multas victorias rettulit. Traiectus lancea, & in caſtra ſemianimis relatus, vbi audiuit ſaluū eſſe ſcutū ſuū, nec ab hoſtibus raptum, Bene res habet inquit, mortē hāc morior lubens, Atq; ita veluti gratulabundus expirauit. Mantuanus. Thebanumq; ducem ſtrictos ea miſit in hoſtes, Qui ſua pro populo moriens complectitur arma.

16 ℭLyſimachus Agathoclis filius leoni famelico, Alexandri iuſſu datus in prædam (ꝙ Caliſtheni captiuo ad remedium calamitatis dediſſet venenū) manū amiculo inuolutam in os leonis intulit, arreptaq; ligua ferā exanimauit. Quo illuſtri facinore cōciliatus ē Alexādro. Trogus li. 15.

17 ℭPyrrhus Epyrotarū rex Leuinū conſulē apud Heracleā belloꝝ nouitate turbauit. Ad vigeſimum ab vrbe lapidē caſtra poſuit. Curio, & Fabricio cōgreſſus eſt. Argos obſedit, vbi tegulæ iactu ad extremum fertur periiſſe.

18 ℭPhilippus Macedo Athenienſes vicit, Traiecit in Illyricum, Lariſſam vrbē cepit, expugnauit Theſſaliam & Methonem Magneſiæ vrbem. Dux à Thebanis delectus contra Phocenſes, eos diripuit, Olynthios deleuit, Ariſbam Epiri regē regno deiecit. Bizantiū obſedit, vbi longa mora conſumptus, ad Pyraticam ſe cōuertit, Sythas ſtratagemate ſuperauit. Rebellātes iterū Athenienſes domuit.

19 ℭTimoleon dux Corinthius Syracuſas à Dionyſii tyrannide liberauit, tyrānum in exiliū miſit. Leontinoꝝ principem nomine Icetem bello captum interfecit. Mamercum

20 Catanæ tyrānū in fugā vertit. Leptinum (qui Apoloniā ꝑ vim ceperat) captū & vinctū Corinthū miſit. Carthaginenſes in Siciliā irrūpentes ſuperauit, eorumq; caſtra diripuit.

21 ¶Cęneus Thessalus, quum multis interfuisset prælijs, nūq̄ tñ lędi potuit. Hinc natū puerbiū. Inuulnerabilis vt Ceneus. Erasmus. Nestor apud Ouidium lib. 12. Vestro fuit vnicus ęuo. Conteptor ferri, nulloq̄ forabilis ictu Cycnus, at ipse olim patientē vulnera mille Corpore nō lęso perrhæbum Cenea vidi, Cęnea prhębū, q̄ factis iclyt⁹ Othryn Incoluit.

22 ¶Archidamus lacedæmoniorum princeps Methonē ad Athenienses deficientē recepit, In bello contra Pylon primus è naui prosiliens, nec vulneratus est, nec scutū amisit. Aduersus Amphipolim strenue decertauit, Tandem insimulatus, quod Agnoni Thracię regi faueret, dānatus est.

23 ¶Codrus Atheniensium rex, quū in bello Peloponnesiaco, accepisset ab oraculo victricē fore gētē, cuius princeps bello periret, relictis vestibus imperatorijs, gregariū se finxit militē, eoq̄ modo inimicis occidendū se præbuit.

24 ¶Idanthyrsus Scytharū rex bello res magnas gessit, multū Asiæ subiugauit, & totā ꝑpe Aegyptū peruagatus est.

25 ¶Arturus rex Britāniæ adeo bellica virtute excelluit, vt quadringentos, & sexaginta viros in pręlio solus interfecerit, ac regna plurima suæ adiecerit ditioni. Vtebat̄ galea aurea in qua sculptū Draconē pręferebat. Ferebat clypeū, in quo picta erat Christiparæ genitricis effigies, vt in oi discrimine, rebusq̄ oībus eā sēp haberet præ oculis velut adiutricē. Vtebat̄ lancea ardua, & inusitati ponderis, quā secum deferri semp volebat. Cantatissima est eius virtus, & recens prope memoria frequensq̄ fama in ore oīum.

26 ¶Leonidas Spartanus quattuor, nec amplius suoꝝ millibus stipatus, ausus est manū conferere cū numeroso illo & oīum post hoīes natos populosissimo Xerxis Persaꝝ regis exercitu apud angustias Thermopylarū, vbi parta victoria, īmortale quoq̄ sibi nomen peperit. Idē quoq̄ milites solebat hortari, vt pranderēt tanq̄ apud inferos cœnaturi, quo verbo iubebat eos esse vacuos metu. Iustinus lib. 2.

26 ¶Clodoueus Galloꝝ rex Alemanos domuit, Gothos regno suo expulit, Alaricū eoꝝ regem cecidit, Aliaq̄ pmulta egit facinora, q̄bus docuit gentē suam ad arma natam.

27 ¶Huius filius Theodericus. Turingiā cū rege subiugauit.

Traiecit in Italiã cũ.80.millibus armatorũ. Belisarii copias repentino fregit impetu. Transpadanam regionem vicit. Decem Burgundiorũ millia, Gothis auxilio misit.

27 ¶ Carolus Martellus Pipini primi filius Aurelianos vno ipetu fudit. Traiecto Rheno Alemanos, Sueuos, Bauaros, regno Francorum adiecit. Sarracenos ab Eudone duce in Aquitaniam vocatos profligauit cæsis ex eorundem exercitu. 385. millibus. Amorrheũ alterum eorum regem suppetias Athimo apud Narbonem obsesso ferẽtem deleuit. Gothos (qui Hispaniam citeriorem Galliæ partem annos iam. 300. turbauerant) profligauit, Omnem postremo Galliam Francorum regno subiecit. Volaterranus.

29 ¶ Carolus magnus Pipini secundi filius, euidens virtutis Gallicæ reliquit argumẽtum. In primis Aquitanorũ regem Himuldum in deditionem accepit. Accersitus ab Adriano pontifice, Longobardos cũ duce Desyderio Italia expulit, quã annos iam. 204. possederãt. Domum reuersus bellum Saxonum (quod annos prope. 34. durauerat) quãuis interpolatum prosecutus est. Quos sub iugũ redactos ad Christianæ quoq; pietatis cultum induxit. Aigolandum Sarracenũ, Hispanosq; male de Christo sentientes subiugauit. Beneuentanorũ (qui duce Araisc in Romanũ pontificem tumultum parabant) repressit. Taxilonem Bauariæ ducẽ res nouas molientem sola pacauit legatione. Hũnos (qui Pannoniam occupauerant) magnis affecit cladibus. Godefredũ Normanorũ ducem Francorũ socios vexantẽ in potestatẽ suã redegit. Leonem tertiũ Pont. à Romanis expulsum suæ sedi restituit. Cui tantę virtuti adiecit amorem literarũ, quas vsq; adeo, & amabat, & mirabatur, vt Parhisiẽsem Academiã primus instituerit. Erat corpore procero, vastis pręter consuetudinẽ viribus. Volaterranus.

30 ¶ Gedeon iudex Hebreorũ percussit quatuor reges Madianitarum Oreb, Zeb, Zebeæ, & Salmanam. interfecitq; ex eorum exercitu. 120. millia hominum apud Iordanem nocte vna. Iosephus lib. 5. Antiquitatum.

31 ¶ Fecit Themistocles filiũ suum Cleophãtum in equestri facultate adeo strenuũ, vt equis rectus insisteret, & rectus

iacularetur, aliaq́ꝫ permulta efficeret stupenda. Cælius
Cap. 12. octaui libri.

32 ℂConon dux Atheniensium fuit bellica virtute clarissi/
mus, qui Lysandrum Lacedæmoniorum ducẽ terrestri præ
lio vicit, & Athenarũ restituit libertatẽ. Iustinus libris qn/
to & sexto factum adagiũ. Bellum Cononi curæ fuerit.

33 ℂPompeius magnus Syllæ primũ partibus adhæsit. Do/
mitium expugnauit. De Iarba rege Mauritaniæ triũpha/
uit nondum patientibus annis. Contra Sertoriũ in Hispa/
niam profectus Metelli copiis se coniungens, eum cũ tota
factione sustulit. Pyraticum bellum tribus confecit mensi/
bus. Triumphauit de Mithridate rege Ponti. Tigranẽ vi/
cit regem Armeniæ, quem tũ ad genua sua prouolutũ re/
gno restituit. Iberos, Albanos, Iudæos debellauit capto eo
rum rege Aristobolo, & in triũphum vnà cũ filio Tigra/
nis ducto. Reuersus ex oriente triũphum egit biduo, præ/
notatis victarum gentium titulis. Ad extremum verso for/
tunæ Zephyro victus à Iulio Cæsare in cãpis Pharsalicis,
coactus est velut profugus ad Aegypti regem Ptolemæũ
se recipere, vbi hospitis (cui se cõmiserat) perfidia interfe
ctus est. Author Plutarchus & Plinius.

34 ℂVictor Pompeii Cæsar Galliam omnẽ decẽnio subegit,
eamq́ꝫ redegit in prouinciæ formam. Germanos ponte su/
per Rhenum fabricato maximis affecit cladibus. Aggres/
sus est Britãnos ignotos antea, superatisq́ꝫ pecunias & ob/
sides imperauit. Macedoniam transgressus, Pompeiũ p. 4.
pene mẽses maximis obsessum operibus ad extremũ Phar
salico prælio fudit, & fugientẽ Alexandriã persecutus oc/
cisum vt deprehendit, cum Ptolemæo rege bellum difficil
limum gessit. Victor Aegypti regnum Cleopatræ, fratriq́ꝫ
eius minori permisit. Ab Alexandria Syriam, & inde Pon
tum transiit vrgentibus de Pharnace nunciis, quẽ Mithri/
datis magni filium multis iam successibus praeferocẽ intra
quintũ (qua affuerat diem) vna profligauit acie. De hinc
Cornelium Scipionẽ Pompeii socerũ & Iubam reliquias
partium in Africa refouentes deuicit, & Pompeii liberos
in Hispania. Confectis bellis quinquies triũphauit. Primũ

triumphum egit Gallicum, Sequentem Alexandrinum ex victo, & interfecto Ptolemæo. Huic proximum Africanũ ex Iuba debellato. Deinde Ponticum de Pharnace. Nouissimum, Hispaniensem de Pompeii liberis. Reflante demũ Fortuna, quum optimatium partibus esset formidolosus, Bruti, Cassii, & aliorum cōiuratione, tribus & viginti vulneribus in senatu confossus est. Suetonius, & Plutarchus.

35 ❡M. Antonius Triumuir interfecto Cęsare fœdus cũ Lepido, & Augusto contraxit. Brutũ & Cassium Cæsaris interfectores vicit in Macedonia. Profectus in Asiã multos in oriente reges debellauit. Antigonum iudæorum regẽ securi percussit. Phaati Mœdorum regi congressus, quũ victor euasisset, victum ad Araxem vsq; persecutus est. Armeniæ regem, Alexandriam duxit in triumphum. Quum ergo vidit se positum in gremio luxuriantis Fortunæ (in quo parum sibi cauet mortalitas) deliciis captus incidit in amorem Cleopatræ, quam repudiata Octauia Augusti sorore sibi copulauit. Hinc orta fax belli ciuilis. Hinc Augusti nata indignatio, cui apud Actium congressus & ad extremum victus, profugit in Alexādriam, ibiq; gladio se confodit. Ex Plutarcho.

36 ❡Attilius Regulus cōsul, fusis Salētinis triũphauit, prim⁹ Romanorum ducũ in Africã classe traiecit. Quassata Amilcharis classe naues longas. 63. oppida. 200. ac totidẽ hominum millia cepit. In Africa portentosæ magnitudinis serpentẽ occidit. Captus demũ insidiis Xantippi Lacedęmonii mercenarii militis, miserabili exitu ab inimicis enecat⁹ est.

37 ❡C. Acilius Cæsaris miles nauali ad Massiliã pręlio, iniecta in puppim hostium dextra, & obtrũcata eam læua apprehendit, Nec ante dimicare desiit, quam captam profundo mergeret, Atheniensem illum Cynegirum imitatus, q in cōsectanda Xerxis classe, idem legitur fecisse. Authores Suetonius, Plutarchus, & Herodo. lib. 6.

38 ❡Acilinus Belisarii miles solus ad portam Pintianam Gothorum repressit imperum. Author Procopius.

39 ❡Furius Camillus Faliscos obsedit. Veios decennali obsidioe domuit, Gallos Senones Roma pepulit, eisq; vexilla

Cesar quot ...

Cyne[gir]us

Romanorum extorsit. Quinto dictator Celtas iterũ Romã petentes ad Anienem fluuiũ supauit. Liuius & Plutar.

40 ℭM. Curius Dentatus triũphauit de Samnitibus, Iterum de Sabinis. Tertio de Lucanis ouans vrbem ingressus est. Pyrrhum Epirotarum regẽ ex Italia pepulit, Legatis Samnitum aurũ offerẽtibus respondit se malle imperare aurũ habentibus, quam accipere. Sabellicus. De Pyrrho ab Italia per Curium fugato. Claudianus. Sublimi certe Curium canit ore vetustas, Aeaciden Italo pepulit qui littore Pyrrhum. Idem. Plus fuga laudatur Pyrrhi, quã vincla Iugurthæ. Idem. Plena datur Curio pulsi victoria Pyrrhi.

41 ℭT. Q. Flaminius eius Flaminii filius (q ad Thrasymenũ Annibali inauspicate cõgressus ceciditcũ exercitu) Philippũ Macedoniæ regẽ ꝑlio fudit, castris exuit. Thessaliã iuuãtibus Aetolis, & Acarnanibus vexauit. Ciuitates (quę sub Philippo erãt) per prçconẽ liberas esse ꝓnunciauit. Demetrium obsidẽ accepit, quẽ postea pecunia mulctatũ in regnum restituit. Nabin Lacedęmoniorum tyrannum subegit. Legatus in Græciã contra Antiochũ, & Aetolos ad cõfirmandas in fide Romanorum ciuitates missus est. Plutarchus.

42 ℭTitus Sempronius Gracchus Gracchorum pater Celtiberos in deditionẽ accepit, Prætor Calliã domuit, Subiugauit Sardiniã, cuius incolas plurimos exposuit vęnales. Liuius.

43 ℭManlius Capitolinus ob Capitolium à Gallis defensum nomen sortitus annos. 16. natus militem volũtariũ se obtulit. Militaribus dõnis. 37. à suis ducibus donatus est. Cicatrices habuit. 33. in corpore. Plinius.

44 ℭM. Claudius Marcellus (Gallos qui se Insubribus iũxerant) iuxta Padum vicit interfecto eorum duce Viridomaro. Annibalem inuictissimum ducẽ primus apud Nolam superauit. Vnde Claudianus. Primus fulmineum lento luctamine Pœnum Cõpressit Fabius campo post ausus aperto Marcellus vinci docuit. Contra Syracusas ꝓfectus, triẽnio vrbem oppugnauit. Tandẽ interfectus est ab exercitu Annibalis apud Venusiam. Authores Plutarchus & Liuius.

45 ℭC. Marius septies consul Iugurtham captum in triumphum duxit. Cimbros in Gallia, Teutones in Italia oppres

sit, deq; his triumphauit. Apuleium, & Glauciam prętores seditiosos interemit. Sylla victum coegit Minturnis delitescere inter paludes. Spiculatorem Gallum ad inferendam sibi mortē missum, vultus maiestate deterruit. Plutarchus. De Teutonibus & Cimbris per Marium triumphatis, Claudianus. Hæc & Theutonico quondam patefacta furori Collo catenati vidit squallentia Cimbri.

46 ℭPorsena rex Ethruscorum dum Tarquinios in vrbē restituere tentans ianiculū cepisset. Horatius Cocles ꝓ ponte Sublicio stetit, sustinuitq; hostilē impetum, donec pōs à tergo frangeretur, quo cum in Tyberim decidit. Liuius lib. 2. Vnde Mantuanus. Ipsa quoq; armatum docuit transmittere Coclē, Flumen, & excisis excludere pontibus hostem. Sabellicus. Quiq; sibi pontem passus post terga reuelli, Ipsa licet contra staret Ethrusca phalanx.

47 ℭScipio Africanus annū agens. 17. principio secundi belli punici ductus in castra, circūuentū ab hostibus patrē liberauit. Post Cannensem cladē, quū iuuentus de relinquēda Italia cogitaret, ipse gladio supra capita erecto iurare singulos coegit se nō relicturos patriā. Mortuo in Hispania patre, quū oēs id bellum refugerent, sponte se obtulit natus annos. 24. vbi Carthaginē nouā vno die expuguauit. Asdrubalē superauit. Masanissæ nepotē in bello captum auo remisit. Syphacē regē vi cepit. Annibalē ex Italia accersitum superauit, Carthaginemq; Romanis fecit tributariam. Reuersus Romā triūphauit. Consul in expeditionem Asiaticā profectus, oīa suis auspiciis rexit. Antiochū sub iugū misit. Accusatus demū quod prædā Asiaticā non totam in ærariū cōtulisset, Linternū secessit in villam suā, pertęsus ingratitudinem vrbis. Plutarchus & Liuius.

48 ℭScipio Aemylianus Pauli Aemylii filius Numantiam euertit, Carthaginem penitus sustulit.

49 ℭM. Scæua Centurio Cæsaris in Gallia solus in acie restitit: Quū in hostes rueret, & iam telo femur transfixus eēt, ꝓfusq; caput ictu saxi, clypeo & galea disiectis, gladioq; fracto, duplici lorica munitus se in mare proiecit. Et quum natando peruenisset ad suos, Parce (inquit) imperator,

Arma perdidi. Valerius de fortitudine. Tranquillus scribit eũ effosso oculo, transfixisq; humero & femore, ac clypeo centum & viginti foraminibus terebrato, castelli cõmissi portam non reliquisse.

50 ℭPaulus Aemylius Aemylii Pauli consulis collegæ Terentii Varronis filius, de liguribus triumphauit. Perseum Macedoniæ regem cepit, demum in triumphum duxit. Proconsul in Hispania cum Vascetanis & Lusitanis aduerso marte pugnauit. Anno tamen sequenti Lusitanos fudit cęsis ex eoꝝ exercitu. 18. millibus. Captis vero. 3300.

ℭAurelianus imperator irrumpẽtes in Italiam Sarmatas bello fudit, è quibus vno die octo, & quadraginta sua manu interfecit. Zenobiam quoq; Palmyræ reginam in triũphum duxit. Profectus in Galliam Tetricum subiugauit, Mox in Aegyptũ traiiciẽs, regionẽ pacauit, sublato Firmo factiones ibidem suscitante. Romam postremo reuersus de his omnibus triumphauit. Flauius Vopiscus.

51 ℭIustinianus imperator Persas domuit. Vandalorum gentem deleuit. Africam Romano imperio totam restituit. Gothos iterum in Italiam irrumpentes fudit. Mauros Africam infestãtes cum Athila rege subiugauit. Quæ magna ex parte auspiciis Belisarii gessit. Propter tot victorias dicebatur Alemanicus, Gothicus, Alanicus, Vandalicus, Africanus. Vide Paulũ Diaconum lib. 18. rerum Roma.

52 ℭL. Sicinius Dentatus pp ingentẽ fortitudinem Achilles Romanus vocatus est. Pugnauit in hostẽ. 120. prælis. Cicatricẽ auersam nullã, aduersas. 45. tulit. Coronis datus ẽ aureis. 8. Obsidionali vna, Muralibus tribus, Ciuicis. 14. Torquibus. 83. Armillis plus centũ, & sexaginta Hastis. 18. Phaleris itẽ quinquies, viciesq;. Triũphauit cũ imperatoribus suis triũphos nouẽ. Author Plinius, & Gellius.

53 ℭM. Sergius (vt scribit Plinius) secundo stipẽdio dextrã manum perdidit. Stipendiis duobus, ter & vicies vulneratus est. Bis ab Annibale captus. Bis vinculorum eius profugus. 20. mensibus nullo non die in cathenis, & cõpedibus custoditus Sinistra manu sola quater pugnauit, duobus equis insidẽte eo suffossis. Dextram sibi fecit ferream, eaq;

religata præliatus est. Cremonam obsidione exemit. Placentiam tutatus est. Duodena castra hostium in Gallia cepit. Vicit etiam Fortunam. Huius rei testis est etiã Solinus, & Pontanus de Fortitudine bellica.

54 ℂCornelius Tacitus prodit Vespasianũ consuesse anteire agmen. Locũ castris capere, cibo fortuito, veste habituq́; vix à gregario milite discrepante, legiones habuisse exercitas bello, noctu stetisse in excubiis, milites stratagematibus, dolisq́; bellicis instruxisse.

55 ℂManlius Torquatus, Gallum prouocantẽ scuto, & gladiis duobus armatum, ornatumq́; torque, & armillis, viribus, adolescentia, magnitudine, & virtute antestantem cęteris occidit, mortuo torquem detraxit, eamq́; sanguinolentam collo suo imposuit. Quo facto ipse posteriq́; eius Torquati cognominati sunt. Gellius Cap. 13. noni libri.

56 ℂAugustus imperator Cantabros, Aquitanos, Rhetos, Vindelicos, Dalmatas Romano subiecit imperio. Sueuos Cattosq́; deleuit, Sicambros in Galliã transtulit. Pãnonios stipendiariis adiecit Getarum populos, Basternasq́; lacessitos bellis ad concordiã impulit. Obsides accepit à Persis, creandiq́; regis arbitrium. Ad eũ Aethiopes, Indi, Scythæ, Garamãtes legatos cũ donis miserunt. Bella ciuilia quinq́; gessit Mutinense, & Actiacum aduersus M. Antoniũ. Philippense in Brutum, & Cassium. Perusinũ aduersus L. Antonium Triumuiri fratrem. Siculũ aduersus Sextũ Põpeiũ Cn. Pompeii filiũ in bello Mutinensi, nõ modo ducis sed et militis functus est munere. Nam aquilifero legionis suæ grauiter vulnerato, ipse aquilam humeris subiit diuq́; portauit. Quod fuit argumentũ, & indicium magnæ fortitudinis. Ex Sexto Aurelio, Tranquillo, & appiano.

57 ℂProbus imperator bello Sarmatico tribunus trãsmisso Danubio multa fortiter fecit Donat⁹ est hastis puris quatuor, Coronis vallaribus duab⁹, ciuica vna, vexillis puris q̃ttuor, armillis aureis duab⁹, torq̃ aureo vno, patera vna librarũ quinq́; ad rẽ diuinã. Põtan⁹ de Fortitudine bellica.

58 ℂSabellicus in Elegiis Romanos quosdam bellicosos his verbis enumerat.

Vespasianus

59 Et quem deceptæ plectentem crimina dextræ
Cernere magnanimus Porsena non potuit.
Tercentum Fabios, assertoresq; Camillos
Nec quibus agnomen Africa terra dedit.
Non Catulos, Deciosq; duos, geminosq; Catones
Non Capitolini nomina magna laris.
Nec taceat Cossum, nec te Marcelle relinquat,
Non Curios parcos, Fabriciumq; senem.
Tollat in immensum Syllam, Mariosq; feroces,
Pompeiosq; duos, Cæsaream'q; domum.

60 ℭ Gylippus vir Lacedæmonius bello strenuus, Athenienses multis bellis multisq; cladibus affecit. Tibullus lib. 4. Non magni potior sit fama Gylippi.

61 ℭ Pericles nouies victor pro patria tropheum statuit.

62 ℭ Diomedes Tydei filius solus comitāte tm̄ Vlysse noctu ausus est irrūpere in castra & exercitū Rhesi Thracū regis. Claudianus in sextū consul. Honorii. Nunc mihi Tytidem attollant carmina vatum, Quod iuncto fidens Ithaco patefacta dolonis Indicio, dapibusq; simul, religataq; somno Thracia sopiti penetrauerit agmina Rhesi. Graiaq; retulerit captos ad castra iugales. Ouidius i Epistolis. Ausus es o nimiū nimiumq; oblite tuoꝝ Thracia nocturno tangere castra dolo, Totq; simul mactare viros adiut[9] ab vno.

Troiani fortes. 63 ℭ Sunt & alii plerīq; virtute bellica memorabiles, vt ex Troianis, Priamus, Aeneas, Hector, Paris, Deiphobus, Troilus. Ex Græcis Agamēnon, Menelaus, Achilles, Aiax Græci fortes. vterq; Patroclus, Vlysses, Nestor Diomedes. De Achille, Catull[9]. Nō illi bello qsq̄ se ꝯferet heros. Horati[9]. Scriptor honoratū si forte reponis Achillē, Impiger, iracūdus, inexorabilis, acer, Iura neget sibi nata, nihil nō arroget armis.

Aeneas. 64 ℭ Bellicam Aeneæ virtutem Diomedes apud Virgilium libri vndecimi sequentibus aperit versibus.
Munera (quæ patriis ad me poi tastis ab oris)
Vertite ad Aeneam, stetimus tela aspera contra,
Contulimusq; manus, experto credite, quantus
In clypeum assurgat, quo turbine torqueat hastam.
Si duo præterea tales Idæa tulisset

Terra viros, vltro Inachias venisset ad vrbes
Dardanus, & versis lugeret Græcia fatis.
Quicquid apud duræ cessatum est mœnia Troiæ,
Hectoris Aeneæq; manu victoria Graium
Hæsit, & in decimum vestigia rettulit annum.
Ambo animis, ambo insignes præstantibus armis.

¶His addunt Adrastus rex Argiuorum, Agesilaus, Brenus, Cambyses, Catilina, Cimon Atheniēsis, Crœsus, Euander, Iugurtha, Iason, Hercules, Pacorus rex Parthorum, Perseus, Theseus, Pyrithous, Pyrrhus Achillides, Tideus, Thrasybulus, & alii pleriq; poetarū carminibus cantatissimi.

¶Fortissimi fortitudine corporea.

1 Herilus	16 Taurea Iubellius	Vffo.
2 Gratianus	17 Tritanus	Freficus
3 Cleomedes	18 Agatho	Starcatherus
4 Milo	19 Tideus	31 Amelongus
5 Titormus	20 Seleucus	32 Odenatus
6 Cacus	21 Firmus	33 Smerdis
7 Monychus	22 Maximinus	34 Dioxippus
Rhœtus	23 Aristomenes	35 Euthymus
8 Scinis latro	24 Fusius Saluius	36 Carolus magnus
9 Turnus	25 Athanatus	37 Telamon
10 Iunius Valens	26 Attilius	38 Peleus
11 Lysimachus	27 M.Seruilius	39 Periclymenus
12 Polydamas	28 Bithon	40 Nestor
13 Sabinus Syrus	29 Cynegrius	41 Theseus
14 Sanson	L.Glaucus	42 Hercules
15 Scillis	30 Skyodus	43 Corbulo

¶EXPLANATIO.

1 Virgilius libro octauo Aeneid. fingit Herilum tres animas habuisse, ter letho sternendum fuisse. Nec aliam ob causam (vt coniicere est) quam propter inusitatas, & portentosas hominis vires. Sic autem loquitur Euander Maronianus.

Herilus tres habuit animas.

Et regem hac Herilum dextra sub tartara misi,
Nascenti cui tres animas Feronia mater.
(Horrendum dictu) dederat, terna arma mouenda,
Ter letho sternendus erat; cui tunc tamen omnes.
Abstulit hæc animas dextra, & totidem exuit armis.

2 ℭ Gratianus pater Valentiniani imp. funarius est appellatus, quod vænalicium funem portanti quinq; milites non possent extorquere. Sextus Aurelius.

3 ℭ Cleomedes Astypalæus Iacchum Epydamnium pugilem armatum vnico ictu inermis occidit, occisi latera aperuit, & iniecta manu eduxit intestina. Ob quam feritatem, quum à iudicibus in ius vocaretur, per forum abiens, columnam (qua ludi literarii domus fulciebatur) disiecit, eaq; ruina pueros omnes adobruit. Alii dicunt fugientem in mineruæ templo arcam ingressum operculo se obtexisse, vbi nusquam repertus sit. Plutarchus in vita Romuli, & Crinitus Cap. primo libri. 15.

4 ℭ Milonem Crotoniatam (dum constitisset) nemo vestigio educebat, Malum tenenti nemo digitis poterat extorquere. Plinius. In Olympia boue per stadium retēto anhelitu portauit, quem ictu pugni interfecit, & vno die integrum deuorauit. Quū aūt nimia neruorū fiducia arborem vellet diducere, brachiis hincinde constructis, & deficiēte conatu retētus, lupis fuit præda. Iuuenalis Satyra decima. Viribus ille Confisus periit, admirandisq; lacertis. De milone meminerunt Gellius Cap. 16. lib. 15. Valerius de mortibus non vulgaribus, & Cęlius Cap. 11. libri quarti.

5 ℭ Titormus Bulsequa fuit quispiam procero corpore viribusq; portentosis, cuius vires quum Milo vellet experiri, ille in Euenum descendens per magnum arripuit lapidē, quem ad se protraxit, & inde ꝓpulit, bisq; & ter hoc ipsum effecit postea erexit, erectūq; & humero impositū ad. 50. vlnas vexit. Hunc autem lapidem vix emouebat Milo. Aliud item roboris sui argumentum exhibuit Titormus. Maximi enim tauri pedem corripuit, furentemq;, & inde proripere se cupientem constantissime retinuit. Quod videns Crotoniates, O Iuppiter inquit, an alterum nobis

proseminasti

6 proseminasti Herculem hunc? Cælius Cap. 69. lib. 11.

¶ Poetæ scribunt Cacum immanẽ fuisse latronẽ, Vulcani filium, ignes & flãmas ore vomentem, qui boues cauda raptos, inuersis vestigiis causa tegendi furti in speluncã traxerit. Fabulanť quoq; tam prodigiosis fuisse viribus, vt cauernam suã obice montis prestrueret. Ouid. lib. 1. Fast. Ille aditum fracti pr: struxerat obice montis. Vix iuga mouissent, quinq; bis illud onus. Nitiť hic humeris (cœlũ quoq; sederat illis) Et vastum motu collabefactat onus. Quod semel euulsum est, fragor æthera terruit ipsum. Ictaq; subsedit pondere mollis humus. Scribens demum eius cõflictũ in Herculem, subiungit. Prima mouet Cacus collata prælia dextra, Remq; ferox saxis, stipitibusq; gerit. Queis vbi nil agitur, patrias male fortis ad artes Confugit, & flãmas ore sonante vomit. Quas quoties perflat, spirare Typhoea credas. Et rapidum Aetnæo fulgur ab igne iaci.

7 ¶ Monychus nomen est Centauri, q arbores, & saxa pro telis iaculabatur. Lucanus lib. 6. Pharsa. Aspera te Pholoes frangẽtem Monyche saxa. Ouidius in Ibin. Quiq; trabes pressas ab humo mittebat i auras. Iuuenalis Satyra prima. Quãtas iaculeť monychus ornos. ¶ Idem quoq; fingiť de Rhœto Cẽtauro. Lucan⁹. Teq; sub Oethęo torquẽtẽ vertice vulsas Rhete ferox (quas vix Boreas iuerteret) Ornos.

8 ¶ Scinis latro fuit ꝑpe Corinthũ, qui summas arbores in terrã cõplicabat, hisq; alligatos hoĩes discerpebat, truncis cũ magno ipetu in aera laxatis. Ouidius in Meta. Occidit ille Scinis magnis male viribus vsus, Qui poterat curuare trabes, & agebat ab alto. Ad terrã late sparsuras corpe Pin⁹.

9 ¶ Quantę fuerint Turni vires, hoc licet arguere, quod singulari certamine Saxum antiquum ingens (campis quod forte iacebat Limes) in Aeneam contorserit. Authore Virgilio. Vix illud lecti bis sex ceruice subirent. Qualia nunc hominum producit corpora tellus.

10 ¶ Iunius Valens (qui in prætorio Augusti meruit) vehicula cum culeis sustinebat. Carpẽta comprehensa vna manu retinebat contra nitentibus iumentis. ¶ Rusticellus mulũ suum tollebat, inquit apud Plinium Varro.

C

11 ℂLysimachus leonem (cui Alexandri iussu fuerat expo/situs) strangulauit arrepta eius lingua. Plinius.

12 ℂGræcorum monumentis proditum est leonem insolitæ magnitudine confectũ in Olympo monte à Polydamãte athleta inermi. Eĩdem quoq; scribunt i armenta boum in trasse, vbi taurũ magnitudine insignẽ altero posteriorum pedũ arripuerit, ferocientemq;, & prærabido impetu prosi/lientem non dimiserit prius, quàm in eius manu vngulam reliquerit. Narratur ẽt quadrigas tota vi concitatas cõstan tissime retinuisse. Qua fortitudinis fama permotus rex Da rius Artaxerxis filius, virũ magnæ mercedis pactione Susa pellicuit. Eò quum venisset Polydamas, tres oĩum Persarũ fortissimos (qui vna ex prouocatione arma susceperant in aduersum) solus contrucidauit. Cui inusitato robori con/fidens dum forte fortuna cum aliquot aliis in spelunca re/cumberet ad mensam, cõuulsusq; superne scopulus ruinã minaret, & oẽs ad fugam impelleret, solus ibidem remãsit fore sperans, vt saxum decidẽs facile sustineret, quo tñ op/pressus est. Pausanias apud Cælium Cap. 56. libri septimi.

13 ℂSabinus Syrus vir fuit memorandæ fortitudinis, qui tẽ/pore Titi vespasiani primus Hierosolymæ muros ascẽdit. Iosephus lib. 7. belli Iudaici.

14 ℂSanson mille quondã Philisteos asini maxilla ĩterfecit. Ligatus domum concussit, ac diruit, eaq; ruina oppressit quamplurimos. Portas vrbis euellit. Capillis demũ à Da/lida meretrice rasis, in quibus robur fatale continebatur, venit in hostium manus.

15 ℂScillis Sicyonius classis Persicæ (qua Xerxes Græciæ bellum inferebat) anchoras natando vrinandoq; precidit. Pausanias apud Volaterranum.

16 ℂTaurea Iubellius Campanus vir fuit memoranda forti/tudine, qui in castris Annibalis Claudiũ Asellium Roma/num ingenti hominem robore ad duellum prouocauit. Idẽ capta à Fuluio Capua, vxorẽ, liberos, ac se postremo ante pedes imperatoris gladio confodit. Liuius lib. 26.

17 Tritan⁹ hostẽ ex ꝓuocatiõe dimicãtẽ iermi dextra vno di gito supauit, & postremo correptũ i castra trãstulit. Pli. li. 7.

28 ¶ Agatho vir fuit Athenis monstrosæ fortitudinis, & magnitudinis octo pedũ in ipsa etiãnũ adolescentia, vasta coma, hirsutis oculis, & iunctis, vt vnus ppe videret, Lęta facie, naso Aquilino, ceruice torosa, pectore vasto, cruribus breuibus & extrema incuruatis. Erat ei tegmen lupina pellis, frequens cũ apris, lupis, & tauris certamẽ, quorũ vulnera ostẽtabat. Vescebat lacte asinino. Cratera sibi iussu Herodis oblatũ respuit, dicẽs haud purũ eẽ, quod odore muliebri offenderet, author Philostratus citãte Volaterrano.

29 ¶ Tydeus Oenei Calydoniæ regis filius, quum Mycenis moraret, neminẽ sibi viribus conferẽdũ reperit, Missus ad Etheoclẽ legat⁹, Thebanos ad quodlibet certaminis gen⁹ puocauit, oium'q; euasit victor. Quod quũ ęgre ferrẽt insidias in opportuno loco tetẽderũt. Cõstituerũt enim iuuenes oium fortissimos q transeuntẽ illac Tydeum intercipe rent, & obtruncarent. Quos oẽs tñ interfecit. Tortellius.

30 ¶ Seleucus Nicanor Syriæ rex corpore fuit ingenti & robusto, adeo vt taurum syluestrem in Alexandri sacrificio elapso sese opponens, vtraq; manu tenuerit.

31 ¶ Firmus imperator (quem Aurelius latronẽ Aegyptiũ vocabat) statura fuit ingenti, oculis promicantibus, capillo crispo, fronte vulnerata, fusco vultu, reliquũ corpus pilosus, & hispidus. Ita vt Cyclops vulgo diceret. Robore aũt adeo insignis, vt Triarium vinceret. Nã & incudem pectori superpositam, tundentibus fabris cõstanter pertulit, quũ resupinus, & in manus curuatus pẽdere magis videretur quã iacere, Flauius Vopiscus, & post eum Crinitus.

32 ¶ Legimus Maximum Imperatorem (qui Trax fuit) appellatũ fuisse Milonẽ sui sęculi, quod his hamaxas traheret, Rhedam honestam propelleret, equo si pugnũ dedisset, dentes solueret, si calcem, crura frangeret, alia'q; item plurima perficeret, fidẽ vix capiẽtia. Author Capitolinus.

33 ¶ Aristomenes Messenius solus. 300. Lacedemones occidit. Tandẽ vulneratus, & captus pœnã p cuniculos subterraneas'q; cauernas effugit. Iterũ captus, custodibus somno sepultis, accessit ad ignẽ, & lora cõbussit. Tertio captum quũ Spartani dissecuissent, introspexissent'q; qualis esset,

repertus est hirsuto corde. Author Plinius lib. 11. Cap. 37.

24 ¶ Fusius Saluius duo centenaria pondera pedibus, totidē manibus, & ducenaria duobus humeris contra scalas ferebat. Idem Plinius Cap. 20. lib. 7.

25 ¶ Plinius ait se vidisse Athanatum quendam prodigiosæ ostentationis, quinquagenario thorace indutū, cothurnisq; quingentorum pondo calciatum per scenam ingredi.

26 Attilius, seu Acilius Cæsaris miles nauali apud Massiliam prelio hostilē ingressus puppim, abscissa dextra vmbonē sinistra retinuit, eousq; vultibus terrens, vt pstratis oībus nauē occuparit victor. Author Plutarchus in Cæsare.

27 ¶ M. Seruilius vir consularis, tricies & vigesies in singulari certamine pugnauit, ac semper trucidauit hostem. Idem Plutarchus in Aemylio.

28 ¶ Bithon quidam (vt apud Cælium testis est Pausanias) taurū humeris gestabat, cuius memorabilis & prodigiosę fortitudinis indicem habuit statuam Argis.

29 ¶ Cynegirus Atheniensis in bello Persico magna pertinacia in consectandis hostibus vsus est. Nam & nauē onustā dextera manu tenuit, ea amputata sinistrā iniecit. Quam & ipsam quū amisisset, nauem mordicus arripuit, morsuq; retinuit furenti similis. Authores Trogus & Herodotus. Idem quoq; dicitur accidisse Lucio Glauco viro Romano, vt vtramq; amiserit manum, quum Asdrubalis nauem detinere voluisset.

30 ¶ Skyoldus, Vsso, Fresicus, Starcatherus noīa sunt apud Saxonem Grāmaticum, hoīum magnis viribus, & magno robore præditorū, quorū Skyoldus Lotheri Danorū regis filius, quū ab adolescentia venandi studio flagraret, immanem (cui nemo audebat congredi) beluam subegit, quæ futurā in eo fortitudinem ominata est. Idem postea repertum miræ magnitudinis vrsum, & insolitę granditatis cingulo detinuit, sociisq; præbuit occidēdū. Cōplures quoq; spectatæ fortitudinis Athletę ab eodē superati sunt. E quibus Attalus & Scarus illustres fuere. Vsso maiore erat corpore, quam vt armis vti posset alienis. Oblatis cōpluribus gladiis, manu capulum stringens frustillatim singulos agi-

tando comminuit. Nec erat tanti rigoris gladius, quē non ad primę conditionis motum, in varias partes effringeret, ac dissolueret. Author Saxo lib. 4.

¶Vbbo Fresicus Haraldi regis miles, pter vndecim, quos in acie vulnerauerat, viginti quinq; delectorum, pugilum interfecit. Idem nemine propius cum ipso congredi audē/te, sagittis impetitus. 144. ictibus prius perforatus est, quam lapsis corporis viribus genua reclinaret.

¶Starcatherus iam senex gemino cinctus ense, totidē baculis infirmam senectutē iuuabat. Cui quū populariū qdā illudēs, inutilē, & supuacuū dixisset gladioꝝ vsum, ac pro pterea alterū sibi donari p ludibriū petiisset, iussum accedere spe petitionis Starcatherus gladio trāsuerberauit. Ad cuius facti vltionē, quū duo Hatheri milites magno equorum cōcursu aduolassent, vtrūq; occidit. Facti causam percontāti Hathero respōdit se semp pœnas ab irrisoribus exigere solitum, nec vnq̄ impune sibi à procacibus insultatū.

31 ¶Paulus Diaconus scribit Amelongū Romualdi Longobardorum regis militē, quendā Græcum equitantem, ictu baculi sella excussisse, & in aera supra caput suū leuasse.

32 ¶Ferunt Odenatum Zenobiæ Palmyreoꝝ reginæ (de qua Aurelius triumphauit) maritum primam ætatē exercuisse in capiēdis Leonibus, pardis, vrsis, cęterisq; syluestribus feris, Famē insuper, ęstus, frigora, pluuias vbiq; ptulisse. Quibus duratus bellicas postea difficultates tum aduersus alios, tum maxime aduersus Persas tulerit, Pollio Trebellius, & Pontanus de fortitudine.

33 ¶Smerdis frater Cambysis solus arcum ad duos digitos complicabat, quem nemo Persarum poterat incuruare. Author Herodotus libro tertio.

34 ¶Dioxippus Alexādri fuit miles fortissimus, q puocatus à Corrago milite, eundē claua interfecit. Curtius.

35 ¶Euthymus Athleta patria Locrēsis, quum ingenti esset robore, saxū miræ magnitudinis allatū humeris pro porta Locrensium statuit, quod miraculi gratia visebatur. Idem quoq; Themeseum quendam reddere cōpulit, quæ cuiq; magno fœnore extorserat. Erasmus & Volaterranus.

36 ¶Fuit Carolus magnus(vt iam dictum est) procero corpore, vastisq; præter humanam consuetudinem viribus, Cuius rei haud dubia sane reliquit argumenta, tam pręclaris, tamq; multiplicibus victoriis.

37 ¶Telamon propter insignem corporis fortitudinem Herculis amicus habitus est, & Hesionam possidere meruit.

38 ¶Peleus feras omnes (ad quas discerpendas fuerat missus) viribus sustulit.

39 ¶Periclymenus cōgressum Herculis sustinere ausus est.

40 ¶Nestor apud Ouidium lib. 12. vires suas sic exprimit. Tunc ego debuero capienda ad pergama mitti. Tunc poteram magni si non superare, morari Hectoris arma meis.

41 ¶Theseus Aegei filius Herculeæ virtutis æmulus Scyronem, & Procustem latrones, Scinin arbores cōplicantem, Creontem Thebarū tyrannum, Minotaurum mōstrū biforme, Centaurosq; plurimos interfecit, & (vt fabulantur poetę) ad inferos descēdit cū Pyrothoo, vt Proserpinā raperent, Quę oīa Phyllis apud Ouidiū declarat his verbis.

Quum fuerit Scyron lectus, toruusq; procustes,
Et scinis, & Tauri, mixtaq; forma viri.
Et domitæ bello Thebæ, fusiq; bimembres,
Et pulsata nigri regia cæca dei.

42 ¶Si poetarum verba fidem capiunt, nemini dubium est, quin oīum (qui prodigiosis viribus extitere) laudē multis interuallis excellerit fortissimus ille Iouis & Alcmenæ filius Hercules, Qui odio nouercæ Iunonis agitatus multa passus est, & plerisq; naturæ portentis expositus à quibus tā semper rediit victor. In primis dum adhuc esset infans, duos angues arctatis gutturibus elisit. Prouectior factus in Lerna palude certamen suscepit cū Hydra rediuiuis capitibus pullulāte, dum vnicus amputabatur vertex, Leonem Nemæum toti populo formidolosum, precibus Molorchi pastoris (à quo susceptus fuerat hospitio) interfecit, Alterum item in Thessalia non minus terribilē. Aprum in Męnalo Arcadię monte, cuncta vastantem, itidem iugulauit. Ceruam æripedem & aureis cornibus decoram cursu arripuit. Harpyas volucres immundas virgineum pręferentes

vultum prope Stymphalum Arcadiæ lacum sagittis confodit. Taurum furiosum & flāmas vomentem distentis faucibus iugulauit in Attica, Acheloum in varias formas se cōmutantem vicit. Diomodem regem Thraciæ equos hospitum cruore pascētem occidit, Busyrim regem Neptuni & Libyæ filium hospites mactantē & adiacentes Nilo regiones, latrociniis deprędantē itidem interfecit. Antæum Gygantē (cui terra mater suppeditabat vires) lucta superauit, Abylam & Calpen columnas in occidente posuit. Aurea mala sustulit Hesperidibus, interfecto (qui eorum custos erat) dracone. Geryona tricorporē vita spoliauit & armēto. Amazonum reginæ Balteum abstulit. Cacum Vulcani filium & latronem flāmas ore vomentē de medio sustulit. Centaurum Deianyrę raptorem confodit iaculis, Hesionā Laomedontis filiam liberauit à monstro. Troiam deleuit. Lacinium latronem in Italia peremit, Cœlū humeris (vt ad exprimandas vires fingit) sustulit, Iunonem in papilla vulnerauit, velut laborū suorum authorem. Descendit ad inferos, ibiq; Cerberum rapuit, raptum & cathenis vinctū in auras eduxit. Theseum liberauit, Lycum Thebarū regē (quòd Megaræ vxori suæ stuprū inferre voluisset) morti dedit. Vnicum fuit monstrū cui nō potuit superesse, Amor. Vnde Ouidius. Quem non mille feræ, quē nō Stheleneius hostis. Non potuit Iuno vincere, vicit Amor.

43 Corbulo fuit quidam ætate Neronis fortissimus, procero admodum corpore, qui res clarissimas gessit in Armenia. De quo Iuuenalis satyra tertia, Corbulo vix ferret tot vasa ingentia, tot res Impositas capiti.

Gygantum quorundam nomina & aliorum inusitatę magnitudinis hominum.

1	Cœus	5	Tityus	11	Antæus
	Iapetus	6	Polyphemus	12	Astræus
2	Typhœus	7	Aegæon	13	Atlas
3	Aloeus	8	Briareus	14	Gyges
	Othos	9	Numas	15	Agatho
	Ephialtes	10	Porphyrio	16	Porus
4	Enceladus		Adamastor	17	Araanthas

18 Christophorus
19 Orestes
20 Orion
21 Etion
Gabbara
22 Pusio
Secundilla
23 Goliath
24 Maximus
25 Offotus
26 Naa
Tuysco
27 Hercules
28 Artaches
29 Oromedon
30 Harthbenus
31 Gemagog

EXPLANATIO.



Voniam de prodigiosis viribus facta est mentio, decens & congruũ videat, vt subsequantur Gygantes, & qui inusitata fuerunt corporum magnitudine. Finguntᵗ autẽ Gygantes, terræ filii, vnde & terrigenæ vocantᵗ à Lucano scribente. Aut si terrigenæ tentarent astra Gygãtes, Dicuntᵗ & ĩpetũ fecisse in deos, eosq; cœlo detrudere voluisse, cuius rei cã dei oẽs mutatis formis delituerint. Vñ Ouid.

Emissumq; ima de sede Typhoea terra
Cœlitibus fecisse metum, cunctosq; dedisse
Terga fugę, donec fessos Aegyptia tellus,
Ceperit, & septem discretus in hostia Nilus.
Huc quoq; terrigenum venisse Typhoea narrat
Et se mentitis superos celasse figuris,
Duxq; gregis (dixit) fit Iuppiter inde recuruis
Nunc quoq; formatus libycis cum cornibus Ammon.
Delius in Coruo proles Semeleia capro,
Fele soror Phœbi, niuea Saturnia vacca,
Pisce Venus latuit, Cyllenius Ibidis ales.

Idem Ouidius libro primo Meta.

Neve foret terris securior arduus æther,
Affectasse ferunt, regnum cœleste Gygantes,
Altaq; congestos struxisse ad sydera montes.

Mantuanus de somnio Ro.

Voluere Gygantes Turribus aeriis cœlos æquare,
Deumq; Trudere de regno, & rerum ditione potiri.
Sed pater indignans animis opus impulit audax
In latus, & gentem mersit sub mole superbam.

Idem in syluis.

Terrigenas olim sublimia corpora fratres.
Fama est in superos arma tulisse deos,
Sed pater iniecto deiecit fulmine montes,
Atq; rebellantes sustulit igne viros.

Fuerunt ingentis staturæ, vnde & ex his nonnulli cœlũ humeris dicuntur sustinuisse, vt Atlas, Hercules. Fulmine oẽs percussi sunt ob prædictam impietatẽ. Pugna illa vocatur Gygãtomachia. Ipsi vero aliter dicunt Phlegræi fratres à Phlegra valle Macedoniæ, vbi cum cœlestibus pugnauere. Seneca in Thyeste. Nunquid struit via Phlegæos alta p hostes, & Thessalicum Thressa premitur Pelion Ossa? Dicuntur & Titanes. Idẽ Seneca in Hercule furente. Titanas ausos rumpere imperium Iouis. Antiquitus sic formabantur, vt eoꝝ pedes in draconum volumina desinerẽt, quod ea ratione factum est, vt intelligeremus eos nihil rectũ aut sublime cogitasse, quũ detorti eoꝝ gressus ad inferna demergãtur. Author Vectius apud Macrobium. Ea est causa, quamobrem vocent à poetis Anguipedes & serpentigeri. Ouidius lib. 1. Meta. Qua centum quisq; parabat Inicere Anguipedũ captiuo brachia cœlo. Pontanus. Tu ne deus, tu ne Anguipedes victure Gygantes? Stroza filius in Gygantomachia. Anguipedum vires, immaniaq; arma Gygantũm, Assertosq; Polis montes, sedemq; tonantis. Affectatam homini, disiectaq; ab æthere monstra Sicania æternas subter iuga pendere pœnas, Lætitiamq; deũ domitæ post prælia Phlegræ. Est animus memorare, Eadẽ ratione vocantur serpentigeri ab Ouidio lib. 4. de Tristi. vbi ait. Sphingaq; & Harpyas, serpentigerosq; Gygantas. Nunc seriatim dicendum est, de his, quorum frequẽtior est apud scriptores mentio.

1 ¶ Virgilius libro primo Georgicorum de quibusdam sic meminit. Tum partu terra nephãdo Cœlumq; Iapetumq; creat, sæuumq; Typhoea Et coniuratos cœlum rescindere fratres. Ter sunt conati imponere Pelio ossam, Scilicet atq; Ossæ frondosum imponere Olympũ, Ter pater extructos deiecit fulmine montes.

¶De Iapeto Syllius libro duodecimo. Apparet procul Inarime, quæ turbine nigro Fumantem premit Iapetum flammasq; rebelli Ora reiectantem.

¶De Typhœo seu Typhone Virgilius lib. 9. Tum sonitu prochyta alta tremit, durumq; cubile Inarime Iouis imperiis imposta Typhœo. Valerius Flaccus lib. 2. Horror abest, Sicula pressus tellure Typhœus. Virgilius in Cyri. Additur aurata confixus cuspide Typho. Lucanus lib. 4. de hoc & quibusdam aliis.

Nondum post genitos tellus effœta Gygantes
Terribilem Libycis partum concepit in antris.
Nec tam iusta fuit terrarum gloria Typhon.
Aut Tityus Briareusq; ferox, cœloq; pepercit. Seneca. Nõ tam ferum Typhonem neglecto Ioue Irata tellus edidit quondam parens. Ab hoc Typhœo vocant fulmina Typhoea. Virgilius. Nate patris summi q tela Typhoea tẽnis. Eadem ratione Aetna Typhois dicitur, quod obrutus sit in Sicilia. Ouidius. Arua Phaon celebrat diuersa Typhoidos Aetnę. Mantua. Tẽdit ab Hispanis ad regna Typhoidos Aetnæ. Hunc Gygantem poetæ Anguipedem vocant & centimanum. Politianus in Ambra. Seruabat Thetys Anguipedi iurata Typhœo. Manilius li. 1. Astron. Anguipedem alatos vngues Typhona ferentem. Ouidius lib. 3. Meta. Nec quo centimanum deiecerit igne Typhœa. Claudi. in Alaricum. Ipsumq; Iouem turbante Typhœo (Si fas est) timuisse ferunt, quum brachia centum, Montibus armaret totidem.

¶Inter Gygantes et numerantur Alœus Titani filius, geminiq; eius filii ex Iphimeride à Neptuno venata geniti Othos & Ephialtes. Virgilius in Culice. Nam victus sedet immanis serpentibus Othos. Deuictũ mœstus procul aspiciens Ephialtem, Conati quondã quũ sint incendere mundum. Idem lib. 6. Aeneidos. Hic & Aloidas geminos immania vidi Corpora, qui manibus magnum rescindere cœlũ Agressi, superisq; Iouem detrudere regnis. Claudianus de victoria Stiliconis. Quũ gemini fratres (genuit quos asper Alœus) Martem subdiderint vinclis, & in astra negatas

Tentarint munire vias, steteritq; reuulsis Pene tribus sco/pulis coelesti machina coelo. Idem. Moriensq; Ephialtes In latus obliquã proiecit languidus Ossam. Lucanus li.6. Impius hinc prolem superis imisit Aloeus. Virgilius in opu sculo de obitu Mecoenatis. Fudit Aloidas summi modera tot Olympi. Mantuanus de Cala. In superos eadem natos armauit Aloi, Qui domitũ grauib⁹ Martẽ tenuere catenis.

4 ℭEnceladũ poetæ fabulant̃ in Sicilia fulminatũ, vt Othũ in Creta, Typhoeum in Campania. De hoc Virgilius lib.2. Aeneidos. Fama est Enceladi semustũ fulmine corpus Vr/geri mole hac, ingentemq; insuper Aetnã Impositã ruptis flãmam expirare caminis. Et fessum quoties motat latus, intremere omnẽ Murmure Trinacriam, & coelũ subtexere fumo. Idẽ in Aetna. Murmure Trinacrio morientẽ Iuppi/ter Aetna Obruit Enceladũ, vasti quoq; pondere montis Aestuat, & petulans expirat faucibus ignes. Claudianus. Aetna Gyganteos nunq̃ tacitura triũphos Enceladi bustũ qui saucia mẽbra reuinctus, Spirat inexhaustum flagranti pectore sulphur, Et quoties detrectat onus ceruice rebelli In dextrum læuumq; latus, tũc insula fundo Vellit̃, & du/biæ nutant cum moenibus vrbes. Seneca in Medea. Quęq; anhelantẽ premẽs Titana, tantis Aetna feruebit minis.

5 ℭTityũ Gygas fuit nouẽ iugerũ, qui quum Latonæ vim vellet inferre ab Apolline sagittis cõfossus est, & ad iferos detrusus, vbi à vulture corrodit̃, fibris & iecore semp rena scẽtibus. Virgilius lib.6. Aeneidos. Necnon & Tityum ter/ræ omniparentis alũnum Cernere erat, cui tota nouẽ per iugera corpus Porrigit̃, rostroq; immanis vultur adunco Immortale iecur tondens foecundaq; poenis viscera, nec fibris requies datur vlla renatis. Ouidius lib.1. de Ponto. Sic inconsumptũ Tityi semperq; renascens Non perit, vt possit sępe perire iecur. Tibullus. Porrectusq; nouẽ Tityus per iugera terræ Assyduas atro viscere pascit aues.

6 ℭPolyphemus Cyclops Neptuni filius ex Thoa, propter immane corporis molẽ numerat̃ inter Gygantes. De hoc Virgilius libro tertio Aeneidos. Nam quantus, qualisq; ca uo Polyphemus in antro Lanigeras claudit pecudes, atq;

vbera pressat. Stroza pr. Nil magis horrendū Polyphemo senserat Aetna, Sęuior indomitis fratribus ille fuit. Politianus. Lotophagos, vinoq́; graue Cyclopa per antrū Exporrectū, ingens humanaq́; frustra vomentē Mixta mero.
7 ❡Aegæon Gygas est, quē nonnulli eundē cum Briareo faciunt. Fuisse fertur centimanus, vnoq́; ictu centū scopulos in Iouem torsisse. Virgilius lib. 10. Aeneidos.
Aegæon qualis, centum cui brachia dicunt,
Centenasq́; manus, quinquaginta oribus ignem,
Pectoribus arsisse, Iouis quum fulmina contra
Tot paribus streperet clypeis, tot stringeret enses.
Hunc poetæ fabulantur à Neptuno fuisse alligatum maris Aegæi scopulis. Statius.
Audierat duros laxantem Aegæona nexus.
8 ❡De Briareo. Claudianus. Quæ brachia centū Briareus aliis numero crescente lacertis. Tot simul obiectis posset confligere rebus. Virgilius lib. 6. Aeneidos. Et centum geminus Briareus, & belua Lernæ. Horatius. Nec si resurgat centimanus Gygas, diuellet vnquam.
9 ❡Inter hos ponit Numas, quem aiunt sub Prochyta conclusum. Syllius libro duodecimo. Apparet Prochite sæuū sortita Numanta. De Numāte seu Mimante (vt alii legūt) Claudianus. Occurrit cū fratre Mimas, Lemnumq́; calētē, Cum Lare Vulcani spumantibus eruit vndis.
10 ❡De Porphyrione & Adamastore, Sidonius. Hic rotat excussum vibrans in sydera Pindum Enceladus, rapido fit missilis Ossa Typhœo, Porphyrium Pangæa rapit, Rhodopenq́; Adamastor. Claudianus. Sæuusq́; Adamastor, Ad depellēdos iaculū dum quęreret hostes. Idē Claudianus in Gygant. Te Delphica laurus Stringat Porphyrion. Et paulopost. Porphyrion trepidā conat vellere Delon.
11 ❡Antæus Gygas fuit in Lybia ꝓceri corporis, cui in Herculem luctanti terra mater augebat vires, quotienscunq́; eā attigerat. Lucanus lib. 4. Hoc quoq́; tam vastas cumulauit munere vires Terra suis fœtus, quod quum tetigere parentē, Iam defecta vigent renouato robore membra.
12 ❡Fuit & Astræus vnus ē Titanibus, qui contra deos arma

sumpsere. Hic ex Aurora ventos genuisse fertur.

13 ℭAtlantem poetæ fabulanť Gygantẽ oĩum maximũ, qui cœlũ humeris sustinuerit. Quod fingiť pp eiusdem nois montẽ in Mauritania tantæ altitudinis, vt nubes cõtingere videať. Virgilius. Vbi cœlifer Atlas Axem humero torquet stellis ardentibus aptum. Ouidius lib. 5. Fasto. Hinc sata Pleyone cũ cœlifero Atlante Iungitur.

14 ℭGygem Hesiodus in Theogonia facit cœli & terrę filiũ & Briarei fratrem. Ouidius. Centimanumq́ Gygem.

15 ℭClaudianus in Gygantomachia ponit Pallãta in numero Gygantũ, quum ait fuisse transformatum in lapidem à Pallade. Sic aũt ait. Primumq́ furẽtẽ longius, in faciẽ saxi pallanta reformat. ℭEst & Pallaneus nomẽ Gygantis apud eũdẽ, vbi scribit. Sed turbidus irã Pallaneus, oculis aduersa tuẽtibus atrox Ingrediť, cæcasq́ manus ĩ Pallada tẽdit.

16 ℭPontanus libro tertio de Stellis quosdam enumerat sequentibus verbis.

Iam manus Anguipedum cœloq́ irata iuuentus
Insultat portis, iamq́ ex Adamante securim
Porphyrios quatit, & postes diffringit apertos.
Immittitq́ acies Briareus, atq́ agmina densat.

Quintianus in Cleopoli.

Ecquid Achillæum corpus miremur, Orestem,
Pallanta, atq́ Erycen, Polyphemon?

Horatius item lib. 3. Carminum. Sed quid Typhœus & validus Numas, Aut quid minaci Porphyrion statu, Quid Rhœtus, euulsisq́ truncis Enceladus, iaculator audax Cõtra sonantem Palladis Aegida possent?

17 ℭSunt & alii qui excreuisse dicuntur in Gygantæã prope magnitudinẽ. Nam Agatho Atheniensis (qui floruit ætate Adriani principis) adhuc adolescens fuisse dicitur altitudinis octo pedum.

18 ℭFuit & Porus rex in India quattuoř cubitis & palmo procerus, quem Alexander bello vicit.

19 ℭFerũt beatum Christophorum fuisse longitudinis duodecim pedum.

20 ℭArãthas Bebrycius octonis cubitis longus fuisse tradiť.

¶Orestis corpus oraculi iussu refossum, septem cubitorũ fuisse monumentis prodit. Authore Plinio. Architrenius. Staturam cubitis septem distendit Orestes.

21 ¶In Creta terræ motu rupto monte inuentum corpus stans.46.cubitorũ,quod alii Orionis, alii Erionis fuisse tradunt. De Etione seu Echione Gygante Claudianus. Hic vero interitũ fratris miratur Echion Inscius.

22 ¶Aetate Plinii visus est nouem pedum ac totidem vnciarum homo Gabbara nomine,ex Arabia aduectus. Architrenius. In bis quinq; pedes produxit Gabbarus artus.

23 ¶Fuerunt semipede maiores Pusio & Secundilla, quorũ corpora miraculi gratia asseruata sunt in cõditorio Sallustianorum hortorum. Plinius.

24 ¶Goliath Gygas fuit, quẽ Dauid fundæ verbere deiecit ĩ terrã & interfecit. Politianus in Nutricia. Psallentẽq; deo regẽ, q turbie fundæ Icta Philisteo secuit puer ora Gygãti.

25 ¶Quam Procerus extiterit Maximinus ĩperator hoc satis argumento cõstat, quod vxoris dextrocherio (id est ornamento brachiorũ) pro anulo vteret. Capitolinus.

26 ¶Saxo grãmaticus ait Offotum fuisse Gygantẽ, & pastorem, cuius armenta tutabat canis Biornonis cuiusdam.

27 ¶Berosus libro decimoquinto antiquitatũ Noa reponit inter Gygantes & astrologos. Facit & Tuysconem Gygantem, cuius filius Mannus apud Sarmatas regnauerit ætate Semiramidis. De Manno & Tuyscone meminit Tacitus ĩ libello de populis Germaniæ.

28 ¶Inter Gygantes quoq; numeratur Hercules, quem fesso Atlante cœlum humeris subiisse ferunt.

29 ¶Artachees vir fuit inter Persas procerissimus ætate Xerxis, vt cui quattuor omnino digiti deessent à longitudine quinq; regiorum cubitorum. Author Herodotus.

30 ¶Oromedon quoq; nomen est Gygantis apud Propertium lib.3. scribẽtem. Te duce vel Iouis arma canã, cœloq; minantem Cœum & Phlegræis Oromedonta iugis.

31 ¶Saxo grãmaticus ait Harthbenũ fuisse quendã ex helsyngia, q raptas regũ filias stupro fœdare gloriæ loco dicebat, illũ perimere solitus; à quo pagendæ Veneris vsu pro

hiberet. Aitq; tantā in eo corporis magnitudinē extitisse, vt nouē cubitis proceritatis eius dimensio tenderetur.

32 ℂFuit & Gemagog Gygas cubitis duodecim ꝓcerus. Architrenius. Cubitis ter quatuor altum Gemagog Herculea suspendit in aera lucta. Idem. Gemagog arduitas Corinei fracta lacertis.

ℂNani & pumiliones.

Conopas	M. Tullius	Sisiphus
Andromeda	Molon	Lucius
Manius Maximus	Pygmæi	

NAni dicuntur Homunciones breuiculi & modice ab humo extantes, vocant aliter Pumiliones & Pumili. Statius. Mirantur Pumilos ferociores. Talis fuit Conopas in deliciis Iuliæ neptis Augusti, duos pedes & palmū longus, authore Plinio. Cuiusmodi etiā fuisse fertur Andromeda liberta Iuliæ Augustæ.

ℂManium Maximum & Marcum Tulliū equites Romanos, binum cubitorū fuisse, author est Varro apud Pliniū.

ℂDuo fuerunt Molones, nota corporis breuitate, quorū alter histrioniā exercuit, alter latrociniis famosus est, Inde natum adagium. Pusillus, quantus molon.

ℂPygmæorum qui longissimi sunt, duos pedes & quadrantem non excedunt, hinc prouerbium. Pygmæo breuior. Mantuanus. Inter Pygmæos non pudet esse breuem. Habitant in extrema parte montium Indię, horum mulieres quinto anno pariunt, & senescunt octauo. Infestantur maxime a gruibus, in quas turmatim prodeunt, & nihilominus vincuntur. Claudianus libro primo in Eutropiū. Pendula ceu paruis moturæ bella Colonis Ingenti clamore grues æstiua relinquunt Thracia, cū tepido ꝑmutant Strymona Nilo. Iuuenalis saty. 13. Ad subitas Thracū volucres, nubēq; sonoram Pygmæus paruis currit bellator in armis. Mox ipar hosti, raptusq; p aera curuis Vnguib⁹ à sęua fert grue. Si videas hoc Gētib⁹ i nr̄is risu q̄tiere, sed illic

Quāquam eadem assidue spectentur prælia, ridet Nemo, vbi tota cohors pede non est altior vno.

¶M. Antonius Sysiphum pumilionē habuisse fertur itra bipedalem staturam, ingenio tamen viuacem. Beroaldus in Suetonium. Augustus exhibuit spectaculis Luciū adolescentulum honeste natum bipedali minorē. Suetonius.

1 Aloidæ	2 Tyndaridæ	3 Atridæ
Othos	Castor	Agamēnon
Ephialtes	Pollux	Menelaus

ALoidæ dicti sunt Othos & Ephialtes ab Alœo Gygāte, cuius vxorem Iphimediam cōpressit Neptunus, & ex ea suscepit gemina, qui quū Alœi putarentur esse filii, dicti sunt Aloidæ, vt iam diximus.

¶Eo quoq; modo Tyndaridæ vocati sunt Castor & Pollux, quod crederentur Tyndari filii, quum tamen ex concubitu Iouis Læda geniti essent. Hinc clara gemini signa Tyndaridæ micāt. Ouidius. Tyndaridę fratres, hic eques, ille pugil. Simili ratione vocatur Helena Tyndaris.

¶Atridæ vocantur Agamēnon & Menelaus, ab Atreo parente. Horatius de Agamēnone. Arsit Atrides medio in triūpho Virgine rapta. De Menelao Virgilius libro vndecimo. Atrides Protei Menelaus ad vsq; columnas Exulat.

¶Cyclopes.

Brontes	Pyragmon	Telechines
Steropes	Acmonides	Populi.

CYclopes ministri fuerūt Vulcani in Sicilia, quos poetæ monoculos dicunt, Neptuni filios ex Amphitrite. Dicuntur Ioui fulmina conficere apud Liparam, quæ est vna ex Aeoliis insulis, Fabricam ferrariam primum in Creta repererunt. Omnium præcipui fuerunt Brontes, Steropes, Pyragmon. De quibus Virgilius lib. 8. Aeneidos. Ferrum exercebāt vasto Cyclopes in antro, Brontesq; Steropesq;, & nudus membra Pyragmon. Ouidius lib. 4. Fasto. Hinc mare Trinacrium candens vbi tingere ferrum Brontes, & Steropes, Agmonidesq; solent. Claudianus de tertio consulatu Honorii. Vobis iam Mulciber arma Præparat, & Sicula Cyclops icude laborat, Brontes innumeris exasperat

ægida

ægida signis, Festinat Steropes, nectit thoraca Pyragmon Ignifluisq; gemit lipare fumosa cauernis. Idẽ Claudianus li. ii. de raptu. [Nunq̃ tãto sudore Pyragmon, nec Steropes ꝯstruxit op⁹. Stati⁹ lib. 4. Syluarũ. Telechines populos inter Cyclopes reponere vr̃, vbi ait. Tale nec Idæis qcquã Telechines i'antris, Nec stolidus Brontes, nec q polit arma deorum Lemnius, Exigua potuisset ludere massa. Hos aũt occidisse ferť Apollo, ꝑp fulmina Ioui fabricata, qb⁹ perierat filius Aesculapius. Hinc extrusus deoꝝ contubernio, exulauit in Thessalia, vbi Admeti regis fuit armentarius.

Cyclopes [illegible]

Curetes.

Celmis	Acmon	Damnameneus

Curetes seu Corybantes ministri fuerunt Cybeles, qbus ferrariam fabricam nonnulli referũt acceptã. Horum noĩa citat Erasmus ex Græcis carminibus, quæ Latina fecit. Illic habitabant Montigenæ Phryges Idæi, gens arte celebris. Celmis Damnameneusq; ingens, Acmonq; supbus Montanæ docti cultores Adrasteæ. A quibus ars Vulcania primis esse reperta Dicitur, & nigrum nemoroso in monte repertum In varios vsus monstrarunt cudere ferrũ Impositumq; igni, miro splendescere cultu. Propter hoc inuentum (quod illis ascribitur) æra & ferra vocanť Corybantia, Virgilius lib. 3. Aeneidos. Hinc mater cultrix Cybele, Corybantiaq; æra. Tertullianus. Iuppiter Cretam suam Romanis fascibus cõcuti fineret, oblitus illud antrũ Idæũ & æra Corybantia, Hoꝝ pręcipuus fuit Celmis, à quo ferrum solidissimum cudebatur, Hinc natum Adagium. Celmis in ferro, de his, qui præter modum suis fidunt viribus tanquam inexpugnabiles, aut qui in sua arte magnopere excellunt, Cuiusmodi sunt hæc. Roscius in scæna, Antæus in arena, Hercules in claua.

Prouerbiu[m]

Prouerbia 3

Athletæ pugiles & palęstritæ,

1	Brotheas	4	Buthes		Iphyclus
	Ammon		Eryx		Phyleus
2	Castor	5	Eutymus		Polydorus
	Pollux	6	Clytomedeus	7	Agesidamus
3	Amycus		Ancæus	8	Agesias

9 Archias	25 Nicedorus	38 Heraclides
10 Asbylus	26 Polydamas	39 Iacchus
11 Autolycus	27 Theagenes	40 Iscomachus
12 Cleomedes	28 Androgeus	41 Topsius
13 Cleomachus	29 Antæus	42 Buthus
14 Clitomachus	30 Pithodemus	43 Starcatherus
15 Corœbus	31 Dares	44 Hama
16 Democrates	Entellus	45 Phaillus
17 Demarchus	32 Corycus	46 Cyllon
18 Diagoras	33 Patrobius	47 Callias
19 Epitierses	34 Hylas	48 Pyrrhecmen
20 Ictus	Phegeus	Degmenus
21 Ergoteles	Lycus	49 Anenicon
22 Hypenus	35 Aegles	50 Phrynon
23 Marullus	36 Glaucus	51 Glaucon
24 Milo	37 Eurydamas	52 Alii nonulli

EXPLANATIO.



Thletæ dicuntur pugiles & luctatores, aliter Pancratiastæ à Pancratio ludo gymnico, de quo Propertius. Et patitur duro vulnera Pancratio. Gellius ait vnum ex liberis Diagoræ Rhodii fuisse Pancratiastem. Athletarū noīe dicebant, qui manibus pedibusq; quasi omni ope, oibusq; (vt dicitur) vnguiculis connixi certabant. Vocant ēt Palęstritę à palęstra luctatione, de qua Virgilius li. 6. Aeneidos. Pars in gramineis exercent membra palęstris. Palęstrici itē dicuntur, qui motus gestusq; formant, vt in Palæstra brachia recta sint, nec indoctæ rusticæ ve manus nequa in proferendis pedibus inscitia Ne caput, oculiq; ab alia corporis parte dissideant, Hæc ars Chironomia dicitur, quā veteres ingenuis liberis necessariam putauerunt, videturq; nonnihil ad Histrioniam spectare & oratoriam, Hanc qui non didicerunt, A palęstri vocantur, quod motu flexuq; corporis ac omni habitu nullam omnino venustatem leporemq; præseferant. In Gymnicis artificibus sunt etiam

Pyctæ id est pugiles, & Dromei, id est cursores, quales à Virgilio ponuntur libro quinto Aeneidos, vbi ad patris Anchisæ tumulum exequiales celebrat ludos. Sunt & alia permulta Athletarum genera, vt Discoboli qui discum in sublime iaculantur, qui frequens erat antiquis ludus. Halitici, qui cursus pernicitate contendunt, qualis Virgilianus ille pedibus longe melior Lycus. De antiqua puerorum instructione Plautus. Ante solem (inquit) exorientem nisi in palęstram veneras gymnasii profecto haud mediocris pœnas penderes. Ibi cursu, luctando, hasta, disco, pugilatu, saliendo sese exercebant magis quam scorto. Sed hæc fuerunt græcorũ exercitia, quibus non vtebantur Romani. Gymnici Agones dicebantur in quibus nudi exercebãtur Athletæ, quos in Arcadia primus reperit Lycaon. Hinc Gymnasia vocanť exercitiũ loca, quę à corporibus ad animorum exercitia postea traducta sunt. Athenis tria fuerũt Gymnasia. Lyceum, Academia, Cynosarges. Fuit Lyceum Aristotelis schola, Academia Platonis. Apud Cynosarges pueri exercebanť, qui nec à patre, nec à matre, ciuitatis ius habebant. Porro moris erat, vt luctaturi cęromate, id est oleo cęrato pfunderenť, quos qui vngebãt, vocabanť cæromatistæ. Vnde Lucanus liquidam vocat palęstram lib. 9. dicens. Arcados authoris citharæ, liqdæq; palęstræ. Vnctã Statius lib. 6. Theb. Ante alios erat vncta Pales. Eadem ratione madidam oleo palęstram vocat Calentius. Post vnctionem demum inspergebantur puluere, vt corpora cæromate & sudore lubrica mutuas luctantium prehensiones admitterent. Hinc factus prouerbio locus. Citra pulueris tactum, vbi dicimus rem aliquam sine discrimine & labore partam. Puluis ille vocatur Aphæ. Cæterum vbi Fabius lib. 1. Institutionum ait bonum esse, vt futurus orator Palęstricis det operam, non de his loquebatur, quibus pars vitę in oleo consumebať, sed de illa Chyronomia, quæ est formandorum gestuum ac motuum norma, quã ab Athletica palęstra multum distare constat. Palęstræ tamen appellatione rẽ Athleticã omnem cõplectimur. Pugilatus (qui Gręce Pygmen dicitur) cęstibus fiebat. Cuiusmodi fuit illa

Daretis in Entellum cōcertatiō apud Virgilium Qui saltu certabant, plumbeis quibusdam pilis & massulis (Halteres Græci vocant) vtebātur, quibus vtraqȝ manu se liberabāt, Hoc adhuc nostri temporis faciunt Histriones funambuli, qui ne corporis mole in hanc, vel illam partem rapiantur, præpilatis perticis vacillationē impediūt. De his intelligit Iuuenalis. Et lassata manu ceciderunt brachia massa. Cursorum alii stadiodromi vocabantur, qui stadium percurrebant, & quiescebāt in limite. Alii Diaulodromi, qui pacta meta eo demum reuertebātur, vnde cursum inierant. Dolichodromi dicebantur, qui sexies stadium curriculo obibant. Inter Athletas ēt erant Acrochiristæ, qui summis iter se manibus depugnabant, nullo complexu hærentes. Qui quinqȝ certabant generibus lucta pugilatu, saltu, cursu & Pancratio Pentathli vocabantur. Xystici, qui per hyemem exercebantur in portu. Nam Xystos latam porticum significat. Sciamachi dicebantur, qui sub tectis vmbratilem pugnam fingebant, nō veram, quæ fiebat in sole & puluere, qualis est Lanistarū pugna, qui digladiandi artem ꝓfitentur, quiqȝ numeros oēs impetendi, cædendi, inferendiqȝ & vitandi vulnera, atqȝ ēt vbi punctim cęsimqȝ feriendum sit, discipulos docent, vt si qñ in puluerem prodeundum sit, & vulnificum certamen, tutent se melius, & inimicos inuadant cautius. Panis quo vtebantur Athletæ, dicebaṫ Colyphium. Nunc ad eorum nōia veniēdum est, qui vel vnico palęstræ genere aut multis clari extiterunt.

¶ Ouidius lib. 5. Meta. facit Brotheam & Ammonē pugiles cęstibus claros, vbi ait. Hinc gemini fratres Brotheasqȝ, & cęstibus Ammon Inuicti, vinci si possent cæstibus enses.

2 ¶ Ex duobus Tyndaridis alter fuit eqtatu clarus, alter pugilatu. Idē Ouidius lib. 8. Tyndaridæ gemini pręstantes cęstibus alter, Alter equo. Idem alibi. Tyndaridæ fratres hic eques, ille pugil. Politianus. Vixqȝ bonum frenis Castora frater amet. Statius in Syl. Siue cathenatis curuatus mēbra palęstris Staret, Amyclæa conceptum matre putares.

3 ¶ Fuit Amycus Bebryciorum rex filius Neptuni cæstibus clarus, quibus aduenas in Syluis interficiebat, Hūc occidit

Pollux. Sidonius. Sparta Terapnęa pugilē cum Gymnade pinguem Stratum Bebryciis Amycum suspexit arenis. Val. Flac. lib. 4. Argon.

Illum insperata turbatum fraude furentem
Oebalides prima refugit, quum detonat ira.
Territus ipse etiam atq; ingentis conscius ausi
Sæuit inops Amycus nullo discrimine sese
Præcipitans, auidusq; viri (respectat ouantes
Quippe procul Minyas) cæstu velatur, vterq;
Irruit, hos inter Pollux subit, & trucis vltro.
Aduolat ora viri.

Demum victor Pollux sic loquitur.

Ac super insistens Pollux, ego missus Amyclis,
Et Ioue natus ait, nomen mirantibus vmbris
Hoc referes, sic & memori noscere sepulchro.

Cæstibus ergo valuerunt Amycus à Polluce interfect⁹, Butes Amyci filius, & Eryx, quem Hercules dedit morti.

4 Buthes Amyci filius & Eryx Buthæ illustres fuerūt pugiles, Buthem Dares interfecit, Eryx magister fuit Entelli, cuius cæstus Entellus ipse ī Dareta certaturus protulit. Fertur ēt Eryx in Herculem certasse victusq; succubuisse. De vtroq; Virgilius lib. 5. Victorem Buthem immani corpore, qui se Bebrycia veniens Amyci de gente ferebat Pertulit, & fulua moribundum extendit arena. Idem. Vbi nunc nobis deus ille magister Ne quicq̄ memoratus Eryx? Et paulopost. Hęc germanus Eryx quondam tuus arma gerebat, His magnum Alcidem contra stetit, his ego suetus, Dum melior vires sanguis dabat. Verba sunt Entelli ī Daretem. Sidonius. Vnius mortē libeat decernere cæstu. Cessit Eryx Siculus, simili nec floruit arte.

5 Euthymus fuit patria Locrensis, qui saxū miræ magnitudinis ad Locrensium portas humeris vexit, vt iam diximus. Aelianus apud Erasmum.

6 Nestor (vt est apud Homerum) quum adhuc iuuenis esset, vicit pugnis Clytomedea, Lucta Ancęum, Iphyclum pedum velocitate, Phylea & Polydorum iaculatione.

Agesidam⁹ Locrēsis fuit Olympionica, quē ab inimico

prope victum quū vnxisset Ilas socius, acrior ad cōflictū rē dies euasit victor, In cui⁹ laudē Pyndarus scripsit hymnū.

8 ℭFuit & Agesias Syracusanus Sostrati fili⁹ nobilis Olympionica.

9 ℭArchias Hyblæus fuit præco, q tres ordine vicit Olympiadas & Pythica, statua cum Epigrammate ob virtutem illam decoratus. Iul. Pollux apud Volaterranum.

10 ℭAsbylus Olympionices fuit Crotoniata, ter in Olympia continua serie victor, quem perpetua virginitate fuisse præditum ferunt.

11 ℭAutolycus nobilis fuit Pancratiastes, cui statua posita est in Prytaneo, id erat locus Athenis in arce dignissimus, vbi iudices de negociis Reip. pertractabant.

12 ℭCleomedes Athleta Astypalēsis genere. De cuius robore iam diximus, in Cap. de viris pdigioso robore præditis.

13 ℭCleomachus fuit pugil Magnesius, de quo nihil reperitur, preterquam quod in cuiusdā Cynædi & ancillę amorem incidens corruptissimis euaserit moribus. Strabo.

14 ℭClitomachum Palęstritam non tam commēdant vires, quam pudicitia, quod etiam coeuntes canes sine horrore non posset inspicere, aut in conuiuiis aliquid impudicum permittere. Aelianus apud Volaterranum.

15 ℭCorœbus patria Eliensis primus cursu vicit in prima Olympiade.

16 ℭDemocratem Athletam, facto in palęstra circulo, dimouere nemo poterat.

17 ℭFerunt Demarchum Parrhasiū Olympionicam gustatis pueri (qui immolabatur) extis in Lupum fuisse cōmutatū. Decimo demum post anno pristinæ formæ restitutum.

18 ℭDiagoras Rhodius victor in Olympia, cum eodem die tres filios victores coronari vidisset, expirauit gaudio. Au thor Gellius.

19 ℭEpitherses Metrodori fili⁹ vicit in quatuor certaminib⁹.

20 ℭIcto Tarentino Palęstritæ tanta fuit gloriæ libido, vt toto vitæ tempore castus vixerit, ne venereo concubitu corpus eneruaret, fieretq; propterea inutilior ad certamen. Aelianus Volaterrano citante.

21 ℭErgoteli Athletę Cretēsi Pindarus hymnum cōsecra/uit ob eximias vires. Cursu vicit in Olympia.

22 ℭHypenus Athleta primus diaulo vicit.

23 ℭMarullus fuit Athleta, qui relicta post modum palęstra ludum Romę aperuit, fuitq; latini sermonis exactor dili/gentissimus. Volaterranus.

24 ℭDe Milone Crotoniata, prodigiosisq; eius viribus, & stolida temeritate, iam diximus.

25 ℭNicedorus Mantineus Pictes ab adolescentia totum se palęstræ deuouit, vbi maximā ꝑmeruit laudem. Factus se/nior cœpit philosophari, legibusq; & institutis consulere.

26 ℭPolydamas Pancratiastes lęonem occidit inermis, tau/rū apprehenso pede retinuit, insiluit in equos aurigis deie ctis, agitatos miro impetu detinuit currus, saxo ad extre/mum in cauerna oppressus est, dum eius ruinæ sese satisfa/cere posse consideret. Valerius & Pausanias apud Cæliū.

27 ℭTheagenes patria Thasius. 140. coronas è certaminibus retulit victor.

28 ℭAndrogeus Minois regis Cretæ filius, quum oēs palę/stra superaret, ab Atheniensibus & Megarensibus hanc ei gloriam inuidentibus, interfectus est. Cuius mortē Minos pater vltus est bello. Tortellius.

29 ℭAntæus Gygas Libycus, & egregius luctator, ausus est cum Hercule in certamen descēdere, cui quum Terra ma/ter vires tactu augeret, constructis in aere membris & fau/cibus ab ipso Hercule iugulatus est. Hanc eorum luctā de/scribit Politianus hoc modo.

Incaluere animis dura certare palęstra
  Neptuni quondam filius, atq; Iouis.
Non certamen erant operoso ex ære lebetes,
  Sed qui vel vitam, vel ferat interitum,
Occidit Antæus. Ioue natum vincere fas est
  Estq; magistra Pales Græcia, non Libya.

ℭSimile duellū amoris in Pana deū cōfinxit Stroza fili⁹. Cuius carmina qm̄ ingeniosissima mihi visa sint, adieci.
Pan & amor quondam lucta certare volentes
  Deponunt calamos ille vel ille sacros.

His onus alarum, villosæ nebridos ille,
Proiicit hic arcus, proiicit ille pedum.
Tum liquido exutos artus perfundit Oliuo
Cecropiæq; modum seruat vterq; Pales.
Conseruere manus totis conatibus ambo,
Robore Pan fidens, dexteritate puer.
Aspera pugna fuit, primisq; assultibus anceps,
Nunc Pana aiebant vincere, nunc puerum.
At demum alato pensauit cornua saltu,
Panaq; qui vincit omnia, vicit Amor.

30 ¶ Pythodemus luctator fuit egregius, cuius statuam fecit D/nomenes, Plinius.

31 ¶ Daretem Virg. fingit fuisse nescio quem iactanticulum, suisq; viribus immodice fidentem, q̃ in ludis illis (quos ad Anchisæ tumulũ celebrabat Aeneas) quũ sibi nimiũ blandiret, vt vnũquemq; magnifico sermone lacesseret, ad extremum coegerit Entellũ, quis capularẽ & prope viribus effœtũ, cæstus arripere. A quo magna nõis infamia superatus, ppe semianimis in castra suorũ relatus sit, Vnde natum adagiũ Hieronymo positum, Dares Entellum prouocas.

32 ¶ Corycus luctator quũ neminẽ reperiret priorẽ, aut parem, cuiusq; viribus succũberet ẽt adagio sequenti fecit locũ, Luctari cũ Coryco, de his, q aliqd supra vires moliunt.

33 ¶ Patrobius libertus Neronis, tanto palęstræ studio tenebatur, vt arenam à Nilo vsq; iuberet sibi afferri in theatrũ, qua spargeretur. Plinius Cap. 2. lib. 35.

34 De Hyla, Phegeo & Lyco Ausonius ad hũc modũ scribit.
Doctus Hylas cæstu, Phegeus catus arte palęstræ,
Clarus Olympiacis est Lycus in stadiis.
An possent omnes venturo vincere Agone,
Ammonem Libyæ consulere deum.
Sed deus vt sapiens, dabitur victoria vobis
Indubitata quidem, si caueatis, ait.
Ne quis Hylam cæstu, ne quis certamine luctæ
Phegea, ne cursu te Lyce prętereat.

35 ¶ Aegles Olympionica dum in sacro certamine fortitiq inter ipsos & aduersarios nõ bona fide fieret, repentę (quũ

prius esset mutus) in eum qui id faciebat, sese videre, quid faceret, magnum inclamauit. Orisq; vinculo solutus, recte postea semper locutus est, Gellius.

36. ℭFuit Glaucus Carystius pictes coronatus. 25. Olympiade, quem Pythia ter vicisse ferūt. Isthmia decies. Is in agro colēdo vomerē (qui ab aratro casu exciderat) manu loco mallei in suū locū restituit. Ductus postea à patre in Olympiam, quum ab aduersariis conficeretur plagis, & iam succumbens deficeret, inclamauit prosiliēs pater, percute qua aratrum. Quo ille stimulo concitatus, irruensq; violentius velut impetu capto, aduersarium vicit, statuamq; meruit. Cælius Cap. 18. lib. 6.

37 ℭFuit Eurydamas Pyctes Cyrenæus patria, q aduersariis plagarū vi & frequētia dentes sæpenumero excutiebat.

38 ℭFerunt Heraclidē fuisse pugilē, infiniti ꝑpe cibi, potusq; capacem. Non reperiebat illi par in potādo. Alios ad ientaculū inuitabat, alios ad prandiū, ad cœnam alios, Postremos ad comessationē, Recedētib⁹ primis, iungebant secū. di. Oibusq; sufficiebat solus. Cælius lib. 16. Cap. 16.

39 ℭIacchus Epidamnius fuit Pyctes, quē Cleomedes Astypalensis ictu pugni interfecit, ac, demū interfecti lateribus apertis intestina exeruit. Crinitus Cap. 1. lib. 15.

40 ℭIscomachus Crotoniates victor fuit in stadio, quo tpe M. Valeri⁹ & P. Posthumi⁹ Tubert⁹ ꝯsules Romę creati sūt.

41 ℭTopsius luctator fuit egregi⁹, Dionis Alexādrini frater.

42 ℭButhus Athleta vicit in Pythiis ludis. Idem bouem integrum vno die deuorauit, quod de Milone Crotoniata dicitur. Erasmus in Chiliadibus.

43 ℭStarcatherum Saxo Grāmaticus prodit Athletā fuisse, qui nulli mortalium suo tpe, viribus & virtute cesserit. De cuius præclaris facinoribus multa commemorat.

44 ℭHama apud Saxones Gymnicis palmis clarissimus habitus est, adeo, vt magno militaris pompæ tripudio ductus sit ad conflictū, & Starcathero inter danos fortissimo, sed capulari oppositus. Quum ergo in conflictum ambo descendissent, astarentq; hinc & inde numerosi spectatores, vt suæ partis victori gratularētur. Starcatherus primo qdē

insultu propter inualidas vires pene resupinatus est. Verũ vbi pudore resumpsit vires, & se sibi restituit, mediũ hamę corpus dissecuit. Idem Saxo lib. 6.

45 ¶ Phaillus fuit Athleta fortissimus, in cuius honorem Alexander Macedo multas exuuias dono Crotoniatis misit. Pontanus de magnificentia.

46 ¶ Cyllon fuit Olympionices Atheniensis, affectatæ tyrannidis compertus.

47 ¶ Callias Atheniensis tyranni Pisistrati inimicus, in equorum cursu palmam obtinuit, in quadrigario fuit secũdus, in Pythijs primas meruit. Herodotus lib. 6.

48 ¶ Pyrrhecmen luctator fuit Aetolus; qui degmenũ Epeũ singulari certamine vicit. Volaterranus in Geographia.

49 ¶ Auenicon fuit Pancratiastes ex Anthedone vrbe.

50 ¶ Phrynon dux fuit Atheniẽsiũ, Pãcratiastes clarissimus, quẽ Pyttacus Mytilenę⁹ singulari õtendẽs certamine, reste sub clypeo latẽte īuoluit, atq; hoc modo supauit. Laerti⁹.

51 ¶ Glycon nomen est luctatoris fortissimi apud Horatium in epistolis scribentem. Et quia desperes inuicti membra Glyconis, Nodosa corpus noli prohibere chiragra.

52 ¶ In honorẽ defuncti Archemori (q filius fuit Lycurgi regis Thracũ) annui Agones instituti sunt, Statius lib. 6. Thebaidos, quosdam enumerat ex his qui ibidem certauerũt, quorum hæc sunt nomina. Hippomedon iactu disci præstans, Phlegias, Alcidamas, Lacon, Capaneus, Aetolus, Agylleus, Tydeus, & alii nõnulli.

¶ Gladiatores.

1	Bithus	4	Turbo	7	Gracchus
	Bacchius	5	Martianus	8	Cilix
2	Ersenius		Spiculus		Sergiolus
	Pacidianus	6	Veianius	9	Glyco
3	Spartacus				

Gladiatorũ genera sunt, reatiarii, secutores, Mirmillones, Hoplomachi, Thraces, Horũ magistri dicunt Lanistæ, hi gladiaturã domi exercebant, instiruebantq; tyrones, quos vẽdebãt munerarii. Erãt Munerarii spectaculorũ exhibitores, qui ludos gladiatorios populo exhibebant.

A Græcis dicunt Agonothetæ. Martialis. Suspectã veluť emptor, aut Lanista. Retiarii pugnabãt in Mirmillonẽ, vocabulo à rete deducto, quod sub scuto ferebãt, vt inuoluerẽt inimicũ. Mirmillones nomẽ habuerũt à Mirmillonio, genere armaturę Gallicę, quo vtebantur. Iuuenalis saty. 6. Nobilis Euryalũ, aut Mirmillonẽ exprimat ĩfans. Pinnirapi dicebãt retiarii, q pugnãtes aduersus Mirmillonẽ, pinnã hoc est summitatẽ galeę rapiebãt. Iuuenalis saty. 3. Pinnirapi cultos iuuenes, iuuenesq; lanistæ. Retiarii tunica vtebant & fuscina. Iuuenalis. Vicit & hoc monstrũ tunicati fuscina Gracchi. Suetonius. Retiarii inqt tunicati quinq; numero gregatim dimicãtes sine certamine vllo totidẽ secutoribus succubuerãt, quũ occidi iuberenť, vnus resumpta fuscĩa oẽs ĩteremit. Secutor galeã ferebat & clypeũ falcẽq; supinã, Retiari⁹ galerũ tñ. De hoc Iuuenalis saty. 8. Nec galea frontẽ abscõdit, mouet eẽ tridẽtẽ. Postq̃ vibrata pẽdẽtia retia dextra. Ne quicq̃ effudit, nõdũ ad spectacula vultũ Erigit & tota fugit agnoscẽdus arena. Credam⁹ tunicę, de faucib⁹ aurea quũ se Porrigat & lõgo iacteť spira galero.

1 ¶ Inter gladiatores præcipui habenť Bithus & Bachius, qui pares fuerunt arte, & pares audacia, Hinc natum adagium. Bithus contra Bachium, quũm duo æqualiter ĩpro bi cõtendunt inter sese. Horatius. Vt non Cõpositi melius cum Bitho Bachius. Nam quũ multos interfecissent, tandem congressi mutuis vulneribus se confoderunt.

2 ¶ Ersenius & Pacidianus Gladiatores itidem fuerunt nobilissimi. A quibus natũ Adagium præcedenti simile. Ersenius cũ Pacidiano. Cicero de perfecto oratore. A me autẽ (quo maximis minima conferam) Gladiatorum par nobilissimum inducitur. Aeschines tanquam Ersenius, nõ spurcus homo, sed doctus & acer. Cum Pacidiano hic imponitur, optimus longe post homines natos.

3 ¶ Spartacus Gladiator fuit Thrax genere magnis viribus prẽstãs, q vnà cum Chryso & Oenomao, effracto Lentuli ludo Gladiatorio Capua erupit cũ septuaginta Gladiatoribus. Qui oẽs collecto exulũ & fugitiuorũ nõ paruo exercitu, bellum ingens concitarunt, adeo vt mitti Crassum

Orestis corpus oraculi iussu refossum, septem cubitorũ fuisse monumentis prodit. Authore Plinio. Architrenius. Staturam cubitis septem distendit Orestes.

21 In Creta terræ motu rupto monte inuentum corpus stans. 46. cubitorum, quod alii Orionis, alii Etionis fuisse tradunt. De Etione seu Echione Gygante Claudianus. Hic vero interitũ fratris miratur Echion Inscius.

22 Aetate Plinii visus est nouem pedum ac totidem vnciarum homo Gabbara nomine, ex Arabia aduectus. Architrenius. In bis quinque pedes produxit Gabbarus artus.

23 Fuerunt semipede maiores Pusio & Secundilla, quorũ corpora miraculi gratia asseruata sunt in cõditorio Sallustianorum hortorum. Plinius.

24 Goliath Gygas fuit, quẽ Dauid fundę verbere deiecit ĩ terrã & interfecit. Politianus in Nutricia. Psallentẽq; deo regẽ, q turbine fundę Icta Philisteo secuit puer ora Gygãti.

25 Quam Procerus extiterit Maximinus ĩperator hoc satis argumento cõstat, quod vxoris dextrocherio (id est ornamento brachiorum) pro anulo vteret. Capitolinus.

26 Saxo grãmaticus ait Offotum fuisse Gygantẽ, & pastorem, cuius armenta tutabat canis Biornonis cuiusdam.

27 Berosus libro decimoquinto antiquitatũ Noa reponit inter Gygantes & astrologos. Facit & Tuysconem Gygantem, cuius filius Mannus apud Sarmatas regnauerit ætate Semiramidis. De Manno & Tuyscone meminit Tacitus ĩ libello de populis Germaniæ.

28 Inter Gygantes quoque numeratur Hercules, quem fesso Atlante cœlum humeris subiisse ferunt.

29 Artachees vir fuit inter Persas procerissimus ætate Xerxis, vt cui quattuor omnino digiti deessent à longitudine quinque regiorum cubitorum. Author Herodotus.

30 Oromedon quoque nomen est Gygantis apud Propertium lib. 3. scribentem. Te duce vel Iouis arma canã, cœloq; minantem Cœum & Phlegræis Oromedonta iugis.

31 Saxo grãmaticus ait Harthbenũ fuisse quendã ex helsyngia, q raptas regũ filias stupro fœdare glorię loco dicębat, illũ perimere solitus, à quo pagendę Veneris vsu pro

hiberet. Aitq; tantã in eo corporis magnitudinẽ extitiſſe, vt nouẽ cubitis proceritatis eius dimenſio tenderetur.

32 ¶Fuit & Gemagog Gygas cubitis duodecim ꝓcerus. Architrenius. Cubitis ter quatuor altum Gemagog Hercułea ſuſpendit in aera lucta. Idem. Gemagog arduitas Corinei fracta lacertis.

¶Nani & pumiliones.

Conopas	M. Tullius	Siſiphus
Andromeda	Molon	Lucius
Manius Maximus	Pygmæi	

NAni dicuntur Homuntiones breuiculi & modice ab humo extantes, vocant aliter Pumiliones & Pumilī. Statius. Mirantur Pumilos ferociores. Talis fuit Conopas in deliciis Iuliæ neptis Augusti, duos pedes & palmũ longus, authore Plinio. Cuiuſmodi etiã fuiſſe fertur Andromeda liberta Iuliæ Auguſtæ.

¶Manium Maximum & Marcum Tulliũ equites Romanos, binum cubitoꝝ fuiſſe, author eſt Varro apud Pliniũ.

¶Duo fuerunt Molones, nota corporis breuitate, quoꝝ alter hiſtrioniã exercuit, alter latrociniis famoſus eſt, Inde natum adagium. Puſillus, quantus molon.

¶Pygmæorum qui longiſſimi ſunt, duos pedes & quadrantem non excedunt, hinc prouerbium. Pygmæo breuior. Mantuanus. Inter Pygmæos non pudet eſſe breuem. Habitant in extrema parte montium Indię, horum mulieres quinto anno pariunt, & ſeneſcunt octauo. Infeſtantur maxime a gruibus, in quas turmatim prodeunt, & nihilominus vincuntur. Claudianus libro primo in Eutropiũ. Pendula ceu paruis moturæ bella Colonis Ingenti clamore grues æſtiua relinquunt Thraciã, quũ tepido ꝑmutant Strymona Nilo. Iuuenalis ſaty. 13. Ad ſubitas Thracũ volucres, nubeq; ſonoram Pygmæus paruis currit bellator in armis. Mox ipar hoſti, raptuſq; ꝑ aera curuis Vnguib⁹ à ſæua fert grue. Si videas hoc Gẽtib⁹ ĩ nřis riſu q̃tiere, ſed illic

Quanquam eadem assidue spectentur prælia, ridet Nemo, vbi tota cohors pede non est altior vno.

❡M. Antonius Sysiphum pumilionẽ habuisse fertur itra bipedalem staturam, ingenio tamen viuacem. Beroaldus in Suetonium. Augustus exhibuit spectaculis Lucii adolescentulum honeste natum bipedali minorẽ. Suetonius.

1 Aloidæ	2 Tyndaridæ	3 Atridæ
Othos	Castor	Agamẽnon
Ephialtes	Pollux	Menelaus

Aloidæ dicti sunt Othos & Ephialtes ab Aloeo Gygãte, cuius vxorem Iphimediam cõpressit Neptunus, & ex ea suscepit gemina, qui quũ Aloei putarentur esse filii, dicti sunt Aloidæ, vt iam diximus.

❡Eo quoq; modo Tyndaridæ vocati sunt Castor & Pollux, quod crederentur Tyndari filii, quum tamen ex concubitu Iouis Læda geniti essent. Hinc clara gemini signa Tyndaridæ micãt. Ouidius. Tyndaridę fratres, hic eques, ille pugil. Simili ratione vocatur Helena Tyndaris.

❡Atridæ vocantur Agamẽnon & Menelaus, ab Atreo parente. Horatius de Agamẽnone. Arsit Atrides medio in triũpho Virgine rapta. De Menelao Virgilius libro vndecimo. Atrides Protei Menelaus ad vsq; columnas Exulat.

❡Cyclopes.

Brontes	Pyragmon	Telechines
Steropes	Acmonides	Populi.

Cyclopes ministri fuerũt Vulcani in Sicilia, quos poetæ monoculos dicunt, Neptuni filios ex Amphitrite. Dicuntur Ioui fulmina conficere apud Liparam, quæ est vna ex Aeoliis insulis, Fabricam ferrariam primum in Creta reperer unt. Omnium præcipui fuerunt Brontes, Steropes, Pyragmon. De quibus Virgilius lib. 8. Aeneidos. Ferrum exercebãt vasto Cyclopes in antro, Brontesq; Steropesq;, & nudus membra Pyragmon. Ouidius lib. 4. Fasto. Hinc mare Trinacrium candens vbi tingere ferrum Brontes, & Steropes, Agmonidesq; solent. Claudianus de tertio consulatu Honorii. Vobis iam Mulciber arma Præparat, & Sicula Cyclops icude laborat, Brontes innumeris exasperat

ægida

ægida signis, Festinat Steropes, nectit thoraca Pyragmon Ignifluisq; gemit lipare fumosa cauernis. Idē Claudianus li. 1. de raptu. [Nunq̃ tāto sudore Pyragmon, nec Steropes ꝯstruxit op⁹. Stati⁹ lib. 4. Syluarū. Telechines populos inter Cyclopes reponere vr̃, vbi ait. Tale nec Idæis qcquā Telechines i'antris, Nec stolidus Brontes, nec q polit arma deorum Lemnius, Exigua potuisset ludere massa. Hos aiūt occidisse ferť Apollo, pp fulmina Ioui fabricata, qb⁹ perierat filius Aesculapius. Hinc extrusus deoꝝ contubernio, exulauit in Thessalia, vbi Admeti regis fuit armentarius.

Curetes.

Celmis Acmon Damnameneus

Curetes seu Corybantes ministri fuerunt Cybeles, qbus ferrariam fabricam nonnulli referūt acceptā. Horum noia citat Erasmus ex Græcis carminibus, quæ Latina fecit. Illic habitabant Montigenæ Phryges Idæi, gens arte celebris. Celmis Damnameneusq; ingens, Acmonq; superbus Montanæ docti cultores Adrasteæ. A quibus ars Vulcania primis esse reperta Dicitur, & nigrum nemoroso in monte repertum In varios vsus monstrarunt cudere ferrū Impositumq; igni, miro splendescere cultu. Propter hoc inuentum (quod illis ascribitur) æra & ferra vocanť Corybantia, Virgilius lib. 3. Aeneidos. Hinc mater cultrix Cybele, Corybantiaq; æra. Tertullianus. Iuppiter Cretam suam Romanis fascibus cōcuti fineret, oblitus illud antrū Idæū & æra Corybantia, Hoꝝ precipuus fuit Celmis, à quo ferrum solidissimum cudebatur, Hinc natum Adagium. Celmis in ferro, de his, qui præter modum suis fidunt viribus tanquam inexpugnabiles, aut qui in sua arte magnopere excellunt, Cuiusmodi sunt hæc. Roscius in scæna, Antæus in arena, Hercules in claua.

Athletæ pugiles & palestritæ,

1 Brotheas	4 Buthes	Iphyclus
Ammon	Eryx	Phyleus
2 Castor	5 Eutymus	Polydorus
Pollux	6 Clytomedeus	7 Agesidamus
3 Amycus	Ancæus	8 Agesias

D

9	Archias	25	Nicedorus	38	Heraclides
10	Asbylus	26	Polydamas	39	Iacchus
11	Autolycus	27	Theagenes	40	Iscomachus
12	Cleomedes	28	Androgeus	41	Topsius
13	Cleomachus	29	Antæus	42	Buthus
14	Clitomachus	30	Pithodemus	43	Starcatherus
15	Corœbus	31	Dares	44	Hama
16	Democrates		Entellus	45	Phaillus
17	Demarchus	32	Corycus	46	Cyllon
18	Diagoras	33	Patrobius	47	Callias
19	Epimerses	34	Hylas	48	Pyrrhecmen
20	Ictus		Phegeus		Degmenus
21	Ergoteles		Lycus	49	Anenicon
22	Hypenus	35	Aegles	50	Phrynon
23	Marullus	36	Glaucus	51	Glaucon
24	Milo	37	Eurydamas	52	Alii nonulli

¶ EXPLANATIO.



Athletæ dicuntur pugiles & luctatores, aliter Pancratiastæ à Pancratio ludo gymnico, de quo Propertius. Et patitur duro vulnera Pancratio. Gellius ait vnum ex liberis Diagoræ Rhodii fuisse Pancratiastem. Athletarũ noie dicebant, qui manibus pedibusq; quasi omni ope, oĩbusq; (vt dicitur) vnguiculis connixi certabant. Vocant ẽt Palęstritę à palęstra luctatione, de qua Virgilius li. 6. Aeneidos. Pars in gramineis exercent membra palęstris. Palęstrici itẽ dicuntur, qui motus gestusq; formant, vt in Palæstra brachia recta sint, nec indoctæ rusticæ ve manus nequa in proferendis pedibus inscitia Ne caput, oculiq; ab alia corporis parte dissideant, Hæc ars Chironomia dicitur, quã veteres ingenuis liberis necessariam putauerunt, viderurq; nonnihil ad Histrionianı spectare & oratoriam, Hanc qui non didicerunt, A palęstri vocantur, quod motu flexuq; corporis ac omni habitu nullam omnino venustatem leporemq; præseferant. In Gymnicis artificibus sunt etiam

Pyctæ id est pugiles, & Dromei id est cursores, quales à Virgilio ponuntur libro quinto Aeneidos, vbi ad patris Anchisæ tumulum exequiales celebrat ludos. Sunt & alia permulta Athletarum genera, vt Discoboli qui discum in sublime iaculantur, qui frequens erat antiquis ludus. Halctici, qui cursus pernicitate contendunt, qualis Virgilianus ille pedibus longe melior Lycus. De antiqua puerorum instructione Plautus. Ante solem (inquit) exorientem nisi in palęstram veneras gymnasii profecto haud mediocris pœnas penderes. Ibi cursu, luctando, hasta, disco, pugilatu, saliendo sese exercebant magis quam scorto. Sed hæc fuerunt græcorū exercitia, quibus non vtebantur Romani. Gymnici Agones dicebantur in quibus nudi exercebātur Athletæ, quos in Arcadia primus reperit Lycaon. Hinc Gymnasia vocant exercitiī loca, quę à corporibus ad animorum ęxercitia postea traducta sunt. Athenis tria fuerūt Gymnasia. Lyceum, Academia, Cynosarges. Fuit Lyceum Aristotelis schola, Academia Platonis. Apud Cynosarges pueri exercebant, qui nec à patre, nec à matre, ciuitatis ius habebant. Porro moris erat, vt luctaturi cęromate, id est oleo cęrato pfunderent, quos qui vngebāt, vocabant cæromatistæ. Vnde Lucanus liquidam vocat palęstram lib. 9. dicens. Arcados authoris citharæ, liqdæq; palęstræ. Vnctā Statius lib. 6. Theb. Ante alios erat vncta Pales. Eadem ratione madidam oleo palęstram vocat Calentius. Post vnctionem demum inspergebantur puluere, vt corpora cæromate & sudore lubrica mutuas luctantium prehensiones admitterent. Hinc factus pruerbio locus. Citra pulueris tactum, vbi dicimus rem aliquam sine discrimine & labore partam. Puluis ille vocatur Aphæ. Cæterum vbi Fabius lib. 1. Institutionum ait bonum esse, vt futurus orator Palęstricis det operam, non de his loquebatur, quibus pars vitę in oleo consumebat, sed de illa Chyronomia, quæ est formandorum gestuum ac motuum norma, quā ab Athletica palęstra multum distare constat. Palęstræ tamen appellatione rē Athleticā omnem cōplectimur. Pugilatus (qui Gręce Pygmen dicitur) cęstibus fiebat. Cuiusmodi fuit illa

Daretis in Entellum cōcertatio apud Virgilium. Qui saltu certabant, plumbeis quibusdam pilis & massulis (Halteres Græci vocant) vtebātur, quibus vtraq; manu se liberabāt. Hoc adhuc nostri temporis faciunt Histriones funambuli, qui ne corporis mole in hanc, vel illam partem rapiantur, præpilatis perticis vacillationē impediūt. De his intelligit Iuuenalis. Et lassata manu ceciderunt brachia massa. Cursorum alii stadiodromi vocabantur, qui stadium percurrebant, & quiescebāt in limite. Alii Diaulodromi, qui pacta meta eo demum reuertebātur, vnde cursum inierant. Dolichodromi dicebantur, qui sexies stadium curriculo obibant. Inter Athletas ēt erant Acrochiristæ, qui summis iter se manibus depugnabant, nullo complexu hærentes. Qui quinq; certabant generibus lucta pugilatu, saltu, cursu & Pancratio Pentathli vocabantur. Xystici, qui per hyemem exercebantur in portu. Nam Xystos latam porticum significat. Sciamachi dicebantur, qui sub tectis vmbratilem pugnam fingebant, nō veram, quæ fiebat in sole & puluere, qualis est Lanistarū pugna, qui digladiandi artem ꝓfitentur, quiq; numeros oēs impetendi, cædendi, inferendiq; & vitandi vulnera, atq; ēt vbi punctim cęsimq; feriendum sit, discipulos docent, vt si qn̄ in puluerem prodeundum sit, & vulnificum certamen, tutent se melius, & inimicos inuadant cautius. Panis quo vtebantur Athletæ, dicebat̃ Colyphium. Nunc ad eorum noīa veniēdum est, qui vel vnico palęstræ genere aut multis clari extiterunt.

¶Ouidius lib. 5. Meta. facit Brotheam & Ammonē pugiles cęstibus claros, vbi ait. Hinc gemini fratres Brotheasq;, & cęstibus Ammon Inuicti, vinci si possent cæstibus enses.

¶Ex duobus Tyndaridis alter fuit eqtatu clarus, alter pugilatu. Idē Ouidius lib. 8. Tyndaridæ gemini pręstantes cęstibus alter, Alter equo. Idem alibi. Tyndaridæ fratres hic eques, ille pugil. Politianus. Vixq; bonum frenis Castora frater amet. Statius in Syl. Siue cathenatis curuatus mēbra palęstris Staret, Amyclæa conceptum matre putares.

3 ¶Fuit Amycus Bebryciorum rex filius Neptuni cæstibus clarus, quibus aduenas in Syluis interficiebat, Hūc occidit

Pollux. Sidonius. Sparta Terapnea pugilē cum Gymnade pinguem Stratum Bebryciis Amycum suspexit arenis. Val. Flac. lib. 4. Argon.

Illum insperata turbatum fraude furentem
Oebalides prima refugit, quum detonat ira.
Territus ipse etiam atq; ingentis conscius ausi
Sæuit inops Amycus nullo discrimine sese
Præcipitans, auidusq; viri (respectat ouantes
Quippe procul Minyas) cæstu velatur, vterq;
Irruit, hos inter Pollux subit, & trucis vltro.
Aduolat ora viri.

¶ Demum victor Pollux sic loquitur.

Ac super insistens Pollux, ego missus Amyclis,
Et Ioue natus ait, nomen mirantibus vmbris
Hoc referes, sic & memori noscere sepulchro.

¶ Cæstibus ergo valuerunt Amycus à Polluce interfect⁹, Butes Amyci filius, & Eryx, quem Hercules dedit morti.

4 ¶ Buthes Amyci filius & Eryx Buthæ illustres fuerūt pugiles, Buthem Dares interfecit, Eryx magister fuit Entelli, cuius cæstus Entellus ipse ī Dareta certaturus protulit. Fertur et Eryx in Herculem certasse victusq; succubuisse. De vtroq; Virgilius lib. 5. Victorem Buthem immani corpore, qui se Bebrycia veniens Amyci de gente ferebat Perculit, & fulua moribundum extendit arena. Idem. Vbi nunc nobis deus ille magister Ne quicq̄ memoratus Eryx? Et paulopost. Hęc germanus Eryx quondam tuus arma gerebat, His magnum Alcidem contra stetit, his ego suetus, Dum melior vires sanguis dabat. Verba sunt Entelli ī Darerem. Sidonius. Vnius mortē libeat decernere cæstu. Cessit Eryx Siculus, simili nec floruit arte.

5 ¶ Euthymus fuit patria Locrensis, qui saxū miræ magnitudinis ad Locrensium portas humeris vexit, vt iam diximus. Aelianus apud Erasmum.

6 ¶ Nestor (vt est apud Homerum) quum adhuc iuuenis esset, vicit pugnis Clytomedea, Lucta Ancęum, Iphyclum pedum velocitate, Phylea & Polydorum iaculatione.

¶ Agesidam⁹ Locrēsis fuit Olympionica, quē ab inimico

prope victum quũ vnxisset Ilas socius, acrior ad cõflictũ re dies euasit victor, In cui⁹ laudẽ Pyndarus scripsit hymnũ.

8 ℭFuit & Agesias Syracusanus Sostrati fili⁹ nobilis Olympionica.

9 ℭArchias Hyblæus fuit præco, q tres ordine vicit Olympiadas & Pythica, statua cum Epigrammate ob virtutem illam decoratus. Iul. Pollux apud Volaterranum.

10 ℭAsbylus Olympionices fuit Crotoniata, ter in Olympia continua serie victor, quem perpetua virginitate fuisse præditum ferunt.

11 ℭAutolycus nobilis fuit Pancratiastes, cui statua posita est in Prytaneo, id erat locus Athenis in arce dignissimus, vbi iudices de negociis Reip. pertractabant.

12 ℭCleomedes Athleta Astypalẽsis genere. De cuius robore iam diximus, in Cap. de viris ꝓdigioso robore præditis.

13 ℭCleomachus fuit pugil Magnesius, de quo nihil reperitur, prẹterquam quod in cuiusdã Cynædi & ancillẹ amorem incidens corruptissimis euaserit moribus. Strabo.

14 ℭClitomachum Palẹstritam non tam commẽdant vires, quam pudicitia, quod etiam coeuntes canes sine horrore non posset inspicere, aut in conuiuiis aliquid impudicum permittere. Aelianus apud Volaterranum.

15 ℭCorœbus patria Eliensis primus cursu vicit in prima Olympiade.

16 ℭDemocratem Athletam, facto in palẹstra circulo, dimõuere nemo poterat.

17 ℭFerunt Demarchum Parrhasiũ Olympionicam gustatis pueri (qui immolabatur) extis in Lupum fuisse cõmutatũ. Decimo demum post anno pristinæ formæ restitutum.

18 ℭDiagoras Rhodius victor in Olympia, cum eodem die tres filios victores coronari vidisset, expirauit gaudio. Author Gellius.

19 ℭEpitherses Metrodori fili⁹ vicit in quatuor certaminib⁹.

20 ℭIcto Tarentino Palẹstritæ tanta fuit gloriæ libido, vt toto vitæ tempore castus vixerit, ne venereo concubitu corpus eneruaret, fieretq; propterea inutilior ad certamen. Aelianus Volaterrano citante.

21 ¶ Ergoteli Athletę Cretēsi Pindarus hymnum cōsecrauit ob eximias vires. Cursu vicit in Olympia.
22 ¶ Hypenus Athleta primus diaulo vicit.
23 ¶ Marullus fuit Athleta, qui relicta post modum palęstra ludum Romę aperuit, fuitq; latini sermonis exactor diligentissimus. Volaterranus.
24 ¶ De Milone Crotoniata, prodigiosisq; eius viribus, & stolida temeritate, iam diximus.
25 ¶ Nicedorus Mantineus Pictes ab adolescentia totum se palęstræ deuouit, vbi maximā ꝓmeruit laudem. Factus senior cœpit philosophari, legibusq; & institutis consulere.
26 ¶ Polydamas Pancratiastes lęonem occidit inermis, taurū apprehenso pede retinuit, insiluit in equos aurigis deiectis, agitatos miro impetu detinuit currus, saxo ad extremum in cauerna oppressus est, dum eius ruinæ sese satisfacere posse confideret. Valerius & Pausanias apud Cæliū.
27 ¶ Theagenes patria Thasius. 140. coronas ē certaminibus retulit victor.
28 ¶ Androgeus Minois regis Cretæ filius, quum oēs palęstra superaret, ab Atheniensibus & Megarensibus hanc ei gloriam inuidentibus, interfectus est. Cuius mortē Minos pater vltus est bello. Tortellius.
29 ¶ Antæus Gygas Libycus, & egregius luctator, ausus est cum Hercule in certamen descēdere, cui quum Terra mater vires tactu augeret, constructis in aere membris & faucibus ab ipso Hercule iugulatus est. Hanc eorum luctā describit Politianus hoc modo.

Incaluere animis dura certare palęstra
 Neptuni quondam filius, atq; Iouis.
Non certamen erant operoso ex ære lebetes,
 Sed qui vel vitam, vel ferat interitum,
Occidit Antæus. Ioue natum vincere fas est
 Estq; magistra Pales Græcia, non Libya.

¶ Simile duellū amoris in Pana deū cōfinxit Stroza filius.
Cuius carmina qm̄ ingeniosissima mihi visa sint, adieci.
Pan & amor quondam lucta certare volentes
 Deponunt calamos ille vel ille sacros.

His onus alarum, villosæ nebridos ille,
 Proiicit hic arcus, proiicit ille pedum.
Tum liquido exutos artus perfundit Oliuo
 Cecropiæq; modum seruat vterq; Pales.
Conseruere manus totis conatibus ambo,
 Robore Pan fidens, dexteritate puer.
Aspera pugna fuit, primisq; assultibus anceps,
 Nunc Pana aiebant vincere, nunc puerum.
At demum alato pensauit cornua saltu,
 Panaq; qui vincit omnia, vicit Amor.

30 ¶ Pythodemus luctator fuit egregius, cuius statuam fecit D/nomenes, Plinius.

31 ¶ Daretem Virg. fingit fuisse nescio quem iactanticulum, suisq; viribus immodice fidentem, q̃ in ludis illis (quos ad Anchisæ tumulũ celebrabat Aeneas) quũ sibi nimiũ blandiret, vt vnũquemq; magnifico sermone lacesseret, ad extremum coegerit Entellũ, q̃uis capularẽ & prope viribus effœtũ, cæstus arripere. A quo magna nõis infamia superatus, ꝑpe semiaminis in castra suoꝝ relatus sit, Vnde natum adagiũ Hieronymo positum, Dares Entellum prouocas.

32 ¶ Corycus luctator quũ neminẽ reperiret priorẽ, aut parem, cuiusq; viribus succũberet ẽt adagio sequenti fecit locũ, Luctari cũ Coryco, de his, q aliqd supra vires moliunť.

33 ¶ Patrobius libertus Neronis, tanto palęstræ studio tenebatur, vt arenam à Nilo vsq; iuberet sibi afferri in theatrũ, qua spargeretur. Plinius Cap. 12. lib. 35.

34 De Hyla, Phegeo & Lyco Ausonius ad hũc modũ scribit.
Doctus Hylas cæstu, Phegeus catus arte palęstræ,
 Clarus Olympiacis est Lycus in stadiis.
An possent omnes venturo vincere Agone,
 Ammonem Libyæ consulere deum.
Sed deus vt sapiens, dabitur victoria vobis
 Indubitata quidem, si caueatis, ait.
Ne quis Hylam cæstu, ne quis certamine luctæ
 Phegea, ne cursu te Lyce pręstereat.

35 ¶ Aegles Olympionica dum in sacro certamine fortitio inter ipsos & aduersarios nõ bona fide fieret, repente (quũ

prius esset mutus) in eum qui id faciebat, sese videre, quid faceret, magnum inclamauit. Orisq; vinculo solutus, recte postea semper locutus est, Gellius.

36 ¶ Fuit Glaucus Carystius pictes coronatus. 25. Olympiade, quem Pythia ter vicisse ferūt. Isthmia decies. Is in agro colēdo vomerē (qui ab aratro casu exciderat) manu loco mallei in suū locū restituit. Ductus postea à patre in Olympiam, quum ab aduersariis conficeretur plagis, & iam succumbens deficeret, inclamauit prosiliēs pater, percute qua aratrum. Quo ille stimulo concitatus, irruensq; violentius velut impetu capto, aduersarium vicit, statuamq; meruit. Cælius Cap. 18. lib. 6.

37 ¶ Fuit Eurydamas Pyctes Cyrenæus patria, q aduersariis plagarū vi & frequētia dentes sæpenumero excutiebat.

38 ¶ Ferunt Heraclidē fuisse pugilē, infiniti ꝑpe cibi, potusq; capacem. Non reperiebat illi par in potādo. Alios ad ientaculū inuitabat, alios ad prandiū, ad cœnam alios, Postremos ad comessationē, Recedētib⁹ primis, iungebant secū di. Oībusq; sufficiebat solus. Cælius lib. 16. Cap. 16.

39 ¶ Iacchus Epidamnius fuit Pyctes, quē Cleomedes Astypalensis ictu pugni interfecit, ac, demū interfecti lateribus apertis intestina exeruit. Crinitus Cap. 1. lib. 15.

40 ¶ Iscomachus Crotoniates victor fuit in stadio, quo tpe M. Valeri⁹ & P. Posthumi⁹ Tubert⁹ ɔsules Romę creati sūt.

41 ¶ Topsius luctator fuit egregi⁹, Dionis Alexādrini frater.

42 ¶ Buthus Athleta vicit in Pythiis ludis. Idem bouem integrum vno die deuorauit, quod de Milone Crotoniata dicitur. Erasmus in Chiliadibus.

43 ¶ Starcatherum Saxo Grāmaticus prodit Athletā fuisse, qui nulli mortalium suo tpe, viribus & virtute cesserit. De cuius præclaris facinoribus multa commemorat.

44 ¶ Hama apud Saxones Gymnicis palmis clarissimus habitus est, adeo, vt magno militaris pompæ tripudio ductus sit ad conflictū, & Starcathero inter danos fortissimo, sed capulari oppositus. Quum ergo in conflictum ambo descendissent, astarentq; hinc & inde numerosi spectatores, vt suæ partis victori gratularētur. Starcatherus primo qdē

Insultu propter inualidas vires pene resupinatus est. Verũ vbi pudore resumpsit vires, & se sibi restituit, mediũ hanc corpus dissecuit. Idem Saxo lib. 6.

45 ℭ Phailus fuit Athleta fortissimus, in cuius honorem Alexander Macedo multas exuuias dono Crotoniatis misit. Pontanus de magnificentia.

46 ℭ Cyllon fuit Olympionices Atheniensis, affectatæ tyrannidis compertus.

47 ℭ Callias Atheniensis tyranni Pisistrati inimicus, in equorum cursu palmam obtinuit, in quadrigario fuit secũdus, in Pythijs primas meruit. Herodotus lib. 6.

48 ℭ Pyrrhecmen luctator fuit Aetolus, qui degmenũ Epeũ singulari certamine vicit. Volaterranus in Geographia.

49 ℭ Auenicon fuit Pancratiastes ex Anthedone vrbe.

50 ℭ Phrynon dux fuit Atheniẽsiũ, Pãcratiastes clarissimus, quẽ Pyttacus Mytilenę singulari ɔtendẽs certamine, reste sub clypeo latẽte inuoluit, atq; hoc modo superauit. Laerti⁹.

51 ℭ Glycon nomen est luctatoris fortissimi apud Horatium in epistolis scribentem. Et quia desperes inuicti membra Glyconis, Nodosa corpus noli prohibere chiragra.

52 ℭ In honorẽ defuncti Archemori (q filius fuit Lycurgi regis Thraciũ) annui Agones instituti sunt, Statius lib. 6. Thebaidos, quosdam enumerat ex his qui ibidem certauerũt, quorum hæc sunt nomina. Hippomedon iactu disci præstans, Phlegias, Alcidamas, Lacon, Capaneus, Aetolus, Agylleus, Tydeus, & alii nõnulli.

ℭ Gladiatores.

1 Bithus	4 Turbo	7 Gracchus
Bacchius	5 Martianus	8 Cilix
2 Ersenius	Spiculus	Sergiolus
Pacidianus	6 Veianius	9 Glyco
3 Spartacus		

Gladiatorꝫ genera sunt, reatiarii, secutores, Mirmillones, Hoplomachi, Thraces, Horꝫ magistri dicunt Lanistæ, hi gladiaturã domi exercebant, instituebantq; tyrones, quos vẽdebãt munerarii. Erãt Munerarii spectaculorꝫ exhibitores, qui ludos gladiatorios populo exhibebant.

A Græcis dicunt Agonothetæ. Martialis. Suspectā velut emptor, aut Lanista. Retiarii pugnabāt in Mirmillonē, vocabulo à rete deducto, quod sub scuto ferebāt, vt inuoluerēt inimicū. Mirmillones nomē habuerūt à Mirmillonio, genere armaturę Gallicę, quo vtebantur. Iuuenalis saty. 6. Nobilis Euryalū, aut Mirmillonē exprimat īfans. Pinnirapi dicebāt retiarii, q pugnātes aduersus Mirmillonē, pinnā hoc est summitatē galeę rapiebāt. Iuuenalis saty. 3. Pinnirapi cultos iuuenes, iuuenesq; lanistæ. Retiarii tunica vtebant & fuscina. Iuuenalis. Vicit & hoc monstrū tunicati fuscina Gracchi. Suetonius. Retiarii inqt tunicati quinq; numero gregatim dimicātes sine certamine vllo totidē secutoribus succubuerāt, quū occidi iuberent, vnus resumpta fuscia oēs īteremit. Secutor galeā ferebat & clypeū falcēq; supinā, Retiari⁹ galerū tm̄. De hoc Iuuenalis saty. 8. Nec galea frontē abscōdit, mouet eē tridētē. Postq̄ vibrata pēdētia retia dextra. Ne quicq̄ effudit, nōdū ad spectacula vultū Erigit & tota fugit agnoscēdus arena. Credam⁹ tunicę, de faucib⁹ aurea quū se Porrigat & lōgo iactet spira galero.

1 ¶ Inter gladiatores præcipui habent Bithus & Bachius, qui pares fuerunt arte, & pares audacia, Hinc natum adagium. Bithus contra Bachium, quum duo æqualiter ī probi cōtendunt inter sese. Horatius. Vt non Cōpositi melius cum Bitho Bachius. Nam quū multos interfecissent, tandem congressi mutuis vulneribus se confoderunt.

2 ¶ Ersenius & Pacidianus Gladiatores itidem fuerunt nobilissimi. A quibus natū Adagium præcedenti simile. Ersenius cū Pacidiano. Cicero de perfecto oratore. A me autē (quo maximis minima conferam) Gladiatorum par nobilissimum inducitur. Aeschines tanquam Ersenius, nō spurcus homo, sed doctus & acer. Cum Pacidiano hic imponitur, optimus longe post homines natos.

3 ¶ Spartacus Gladiator fuit Thrax genere magnis viribus prēstās, q vnà cum Chryso & Oenomao, effracto Lentuli ludo Gladiatorio Capua erupit cū septuaginta Gladiatoribus. Qui oēs collecto exulū & fugitiuoꝝ nō paruo exercitu, bellum ingens concitarunt, adeo vt mitti Crassum

oportuerit,qui pditos eoꝝ conatus reprimeret. Authores Appianus lib.1.belloꝝ ciuilium, Plutarchus in Crasso, & L.Florus. Vnde Lucanus. Vt simili causa caderes,qua Spartacus hostis. Horatius. Aemula nec virtus Capuę,nec Spartacus acer.

4 ℂTurbo faciens genitiuum Turbonis,nomen est Gladiatoris apud Horatium libro secundo Sermonum. Corpore maiorem rides Turbonis in armis.

5 ℂMartian⁹ nomē ē Gladiatoris apud Plutarchū i Galba. ℂIdem ait Spiculum fuisse Gladiatorem,quem Romani Neronis statuis subiectum in foro perdiderint.

6 ℂHoratius facit Veianium gladiatorem in principio epistolarum, vbi ait. Veianius armis Herculis ad postem fixis latet abdit⁹ agro. Ne populū extrema toties exoret arena.

7 ℂGracchus nomen est Retiarii apud Iuuenalem saty.8. scribentem. Nec clypeo Gracchum pugnantem aut falce supina. Damnat enim tales habitus, & damnat & odit.

8 ℂCilix apud eundem Iuuenalem nomen est Gladiatoris vbi ait. Sic pugnas Cilicis laudabat & ictus. Apud Martialem furis nomen est. Sergiolus apud eundem Iuuenalem saty.6.nomen est gladiatoris vbi ait. Nam Sergiolus iam radere guttur Cœperat.

9 ℂApud Horatium Glyco nomen est gladiatoris vbi ait. Et qua desperes inuicti membra Glyconis. Fuit & eiusdē nominis tragœdus Neronis ætate, de quo Persius saty.5. Feruebit sæpe insulso cœnanda Glyconi.

ℂHistriones & actores.

1	Paris	9	Nicostratus	18	Cyliscus
2	Genesius	10	Cytheris	19	Fauo
3	Roscius	11	M.Ofilius,	20	Spinter
4	Aescpus	12	Saculio	21	Castor
5	Pylades	13	Satyrus		Docilis
	Hylas	14	Thymele	22	Demetrius
6	Stephanio	15	Polus		Stratocles
7	Rubrius	16	Callipides		Hæmus
8	Astydamas	17	Theocritus		Antiochus



Istriones vocãtur ludiones & gesticulatores, qui oculos spectatorum suis oblectant ludis. Theatricorum enim artificum alii vocantur Gymnici, alii scænici. De Gymnicis nonnihil dictum est in Athletis. Scænici vocantur qui scænicos Agonas exercent, aliter Dionysiaci velut patri libero dicati. In his sunt comœdi & tragœdi, id est fabularum actores. Item Mimi, Pantomimi, Archimimi, Ethologi, Ethopœi, qui oẽs significant alienæ personæ simulatores, & Hypocritas, Latine vocantur Histriones, vel ab Histria, ex qua primum venerunt, vel quod Hister vocabulo Thusco significet ludionem. Mimi dicunt imitatores, qui dicta, facta, moresq; hoĩum & naturas imitantur, Quãuis etiam Mimi dicantur poemata, sine reuerẽtia lasciuiã imitantia, vt apud Ouidium. Scribere si fas est imitãtes turpia Mimos. Pantomimi oĩum personarũ imitatores & effictores. Suetonius in Caligula. Nestorem Pantomimum enim inter spectacula osculabatur. Bibaculus scriptor egregius ob eximiam imitationẽ Pantomimus vocabatur. Si Venus leporem in horoscopo respexerit, faciet Pantomimos & Mimologos, inquit Iulius Maternus. Archimimi sunt Histrionum principes, Ethologi sunt fictores morum & affectuum cuiuscũq; personæ. Cicero lib. 2. de oratore. Mimorũ est enim Ethologorũ, si nimia est imitatio sicut obscœnitas. Quibus verbis Cicero nimiã & velut Mimicam in oratore culpat imitationẽ. Sunt & Ethopœi Histriones, q mores imitantur eius personæ, quã sustinent. Vnde Ethopœia morũ alienorũ imitatio, quæ aliter vocatur Mimesis. Inter scænicos quoq; ponunt Thymelici, saltatores, Chyronimi, Thymelici sunt citharœdi, citharistæ, lyristæ, tibicines. Thymelici, actiones suas in Orchestra peragebant, Comici & Tragici in scæna, Thymelici aũt dicuntur vel à Thymele muliere, quæ prima saltationem docuit, vel q Thymele apud Græcos histrionicam significet. Martialis lib. 1. Qua Thymelẽ spectas, derisoremq; latinum. Chyronomi sunt gesticulatores, & Chyronomia saltatio gesticulatrix. Iuuenalis satyra sexta. Chyronomon Lędã molli

saltante Batyllo, vbi Læda nomen est saltationis, Batyllus histrionis. Idem saty. 5. Saltantē spectas & Chyronomonta volanti Cultello. Saltationis species antiquitus fuerunt Pyrrhica, quæ & Enopolia à quibusdā dicitur, id est pacata. Hinc Pyrrhicarii & Pyrrhicistæ dicunt̄ saltatores armati. Ttranquillus in Cæsare dictatore. Furius Leptinus stirpe prętoria & A. Calpenus senator quondā actorq; causarum Pyrrhicā saltauerunt. Nomen aūt sumpsit à Pyrrho inuentore. Cordax saltatio est obscœna & Comica. Tertium genus saltationis Sicinnis appellat̄, quæ satyrica esse dicitur. Plinius lib. 1. Saltationē armatā Curetes docuere, Pyrrhicen Pyrrhus, vbi armatā à Pyrrhica distinguit, quas tamē easdem esse sentit doctissimus Budæus, à quo bonam horum fragmentorū partem emendicaui. Est & alta saltatio, quæ Eumelia dicitur, id est pacata. Produnt historiæ Romanorum histriones pulsos Italia à Nerone, quum pp eos variæ factiones ortæ sunt, & adeo vehementes, vt ad compescendam fautorum contentionē milites theatro assidere iuberentur. Vnde & Tranquillus. Pantomimorum inque factiones simul cum ipsis relegatæ. Restituti sunt demum per Neruā, sed iterum postea sublati à Traiano.

1 ¶ Paris histrio libertus fuit domitiæ Neronis Amitæ, qui solitus erat luxus Neronis intendere tp̄e cœnę, eiusq; animum demulcere, authōre Cornelio Tacito. De hoc intelligit Iuuenalis. Esurit, intactam Paridi nisi vendit Agauē. Quod non dant p̄ceres, dabit histrio. Tranquillus ait eū à Nerone occisum, quasi grauē aduersariū. Idem scribit Domitianum repudiasse vxorē Paridis histrionis amore perditam. De hoc Paride Pantomimo, est elegās apud Martialem epitaphium, quod hic pp festiuitatē subiunxi. Quisquis Flaminiā teris viator, noli nobile pręterire marmor. Vrbis delitiæ salesq; nili, Ars & gratia, Lusus & voluptas, Romani decus & dolor theatri, Atq; omnes Veneres Cupidinesq;, hæc sunt condita quo Paris sepulchro.

2 ¶ Genesius Arelatensis patria Mimus fuit apud Diocletianū, qui Christianos turpissimis gestibus irridebat. Tandem & ipse sub imperatore passus est.

¶ Roscius Gall⁹ Comœdus fuit vt oium peritissimus, ita & notissimus, q gestus & pnunciationis exercitatione eo venit prestantie, vt si quempiam in arte sua perfectum velimus dicere, eũ vocemus velut Rosciũ in scæna. Persona primus vsus est in scæna, qp obliquis esset oculis, turpisqꝫ aspectu. Scripsit librũ, quo histrioniam cõparauit eloquentiæ. Cicero grauissima oratione populum obiurgauit, qp agẽte Roscio tumultũ mouisset. Idẽ li. 1. de oratore. Quã soleo (inquit) sæpe mirari eorꝫ impudentiã, qui agunt in scæna gestum, spectante Roscio. Quis enim se cõmouere potest, cuius vicia ille nõ aduertat? Porro aũt fuit Rosci⁹, L. Syllæ adeo charus, vt annulo aureo ab eodẽ dictatore donatus sit. Tantũ preterea tũ gratia, tũm gloria, vt mercedem diurnã de publico mille denarios sine gregalibus acceperit. Macrobius Cap. 7. li. 3. Horatius de eo scribit. Clament periisse pudorẽ Cuncti pene patres, ea quũ reprendere conet, Quę grauis Aesopus, q doctus Roscius egit.

¶ Aesopus fuit tragœdus, amicus Ciceronisqꝫ ex histrionia tantas opes sibi comparauit, vt patinam haberet. 600. sestertiis taxatam, filiumqꝫ reliquerit adeo diuitem & prodigum, vt vniones aceto liquefactos, cœnis apponeret. Plinius ait patrem posuisse in patina aues cantu aliquo aut humano sermone vocales millibus sex singulas coemptas nulla alia inductum suauitate, nisi vt imitationem hominis manderet, dignus filio, à quo deuoratas diximus margaritas.

¶ Dion Cassius prodit Neruã Cocceium Gladiatoribus theatricis, Mimisqꝫ & saltatoribus maxime oblectatum, è quibus vnũ præ cæteris (cui nomen erat Pylades) dilexerit. Fuit hic Pylades Histrionica clarus. Hylam discipulum vsqꝫ ad æqualitatis contentionẽ eruditione prouexit. De vtroqꝫ abunde meminit Macrobius lib. 2. Saturnaliorum. Augustus Cæsar authore Tranquillo Hylam Pantomimũ in atrio domus suæ nemine excluso flagellis verberauit, prætore licentiam Histrionis culpante. Pyladem quoqꝫ vrbe atqꝫ Italia summouit, quod spectatorem (à quo exibilabatur) demonstrasset digito cõspicuumqꝫ fecisset.

6 ¶Stephanio et nomen est Histrionis, quẽ Suetonius togatariũ vocat, quod primus togatus saltauerit fabulas dicente Plinio. Minus miror Stephanionem, qui primus togatus saltare instituit. Hunc Augustus per bina theatra virgis cæsum relegauit, quod circũtonsam in puerilem habitum matronam ei ministrasse comperisset.

7 ¶Rubrius apud Plinium Histrio dicitur, cui L. Plancus cognomen imposuit.

8 ¶Astydamas fuit Histrio Morsimi filius, cui statua in theatro ponenda decreta fuerat, quod in agendo Parthenæã sese gnauiter ac scite gessisset, Itaq; titulum cõscripsit, quo suas ipse laudes complectebatur. Vnde natum Adagium. Laudas teipsum Astydamæ in modum. Erasmus.

9 ¶Nicostratus fuit Comœdiarũ actor talis apud Græcos, qualis apud Romanos fuisse traditur Roscius. Propter cuius artis peritiam reliquit locum sequenti prouerbio. Ego faciam omnia more Nicostrati. Suidas apud Erasmum.

10 ¶Cytheris fuit Mima, cum qua M. Antonius post Pharsalicam pugnam vectus est curru, quem generosi spiritus leones trahebãt. Author Plinius lib. 8.

11 ¶Idem scribit M. Ofilium fuisse histrionẽ & Comœdũ, q quũ populo admodũ placuisset natali die suo, ꝯuiuiumq; hr̃et, edita cœna calidã potionem in pultario poposcerit, simulq; personam eius diei acceptam intuens, corona ẽ capite suo in eam transtulerit, taliq; habitu rigens nullo sentiente expirauerit.

12 ¶Saculio nomen est histrionis apud Plutarchum, quem Brutus in bello contra Antonium captiuum cepit.

13 ¶Fuit & Satyrus apud Græcos histrio, qui Demosthenis lingua præpediti ac propterea ingrati populo sic formauit vocem, vt non prior Demosthenes, sed alter videretur. Author Plutarchus.

14 ¶Thymele mulier prima saltationẽ docuit. Hinc Thymelici dicunt̃ saltatores Mimi. Martialis. Qua Thymelen spectas, derisoremq; Latinum. Iuuenalis. Attendit Thymele, Thymele tũc rustica discit. Huius Thymeles maritus vocabat̃ Latinus, q fuit Domitiani ĩperatoris, de quo Suetonius.

¶Polus

15 ¶Polus histrio fuit fama celebri in terra Græcia, q gestus & vocis claritudine & venustate cæteris antestabat. Egit tragœdias poetarum. Athenis et Electram Sophoclis vrnā cum Orestis Ossibus gestantem. Quem actum scite adeo & docte absoluit, vt Imagines rerū verbis exprimens spectatores ad fletum & lachrymas concitauerit.

16 ¶Fuit Callipides gesticularius & tragœdiarū histrio īter Græcos clarus. Qua in re plurimū se mirabatur. Itaq; vbi Agesilao regi occurrisset, arrogantius eum salutauit subinde illi se ostentans arbitratur fore, vt comiter à rege exciperetur. Verum quum seriis rex intenderet, nec aduerteret ad Callipidem, Non admodum (inquit) nosse me videris o rex. Tum subridens Agesilaus. An non es (inquit) Callipides ille dicelictas? id est minus, Spartanorum vocabulo. Quibus verbis ludioni tumorem retudit. Fuit aūt Callipides adeo gestuosus, vt Simia gesticulosiorem Græci eū dixerint. Quamobrem ꝓnuunciatio illa tam elegans & arguta, reddebat hominem tardiorem. Author Plutarchus in Apopht. Laconicis, & in vita Alcibiadis.

17 ¶Fuit Theocrines primum Tragœdiarum actor, deinde calumniator & Sycophanta. Vnde & Demosthenes in oratione pro Ctesiphonte, Aeschinem, tragicum Theocrinē vocat. Erasmus in Chiliadibus.

18 ¶Cylifcus nomē est tragœdi apud Pliniū lib. 35. Cap. 10.

19 ¶Fauo fuit Archimimus, qui in funere Vespasiani imperatoris, personam eius tulit, viriq; (vt moris erat) facta & dicta imitatus est. Interrogatis itaq; ab eo ꝓcuratoribus exequiarum, quanti constaret funus, vt audiuit sestertium centies exclamauit, centum sibi sestertia darent, ac se vel in Tyberim proiicerent. Quibus verbis taxabat imperatoris auaritiam, qui indignaret tantam impensam in funere suo factā fuisse. Suetonius in Fl. Vespasiano.

20 ¶Spinter fuit histrio, à cuius nomine vocatus est Lētulus spinter, quod eius similitudinē referret maxime. Valerius.

21 ¶Castor & Docilis histrionum sunt nomina, apud Horatium in epistolis scribentem. Ambigitur quid enim, Castor sciat an Docilis plus.

¶Demetrius, Stratocles, Hæmus & Antiochus egregii fuerunt Histriones, de quibus Iuuenalis satyra tertia. Nec tamen Antiochus, aut cum molli Demetrius Hæmo. Stratoclis & Demetrii meminit Fabius Capite vltimo libri vndecimi Institutionum oratoriarum, diuersam amborũ virtutem cõmendans his verbis. Maximos actores Comœdiarum Demetriũ & Stratoclem placere diuersis virtutibus vidimus. Sed illud minus mirũ qđ alter deos, & iuuenes, & bonos patres, seruosqꝫ & matronas, & graues anus optime, Alter acres senes, callidos, seruos, parasytos, lenones, & omnia agitatoria melius repręsentaret. Fuit enim natura diuersa. Nam vox Demetrii iucundior, illius acrior erat. Errauit Domitius Marsus in Iuuenalẽ, de his Histrionibus loquens, dicensqꝫ Papiniũ meminisse Hęmi Histrionis illo suo carmine. Huc intrent faciles Hæmi puellæ. Vbi legendum est emi verbum modi infiniti, id est puellæ vęnales, & quæ facile emunt. Idqꝫ propter naturam phalecii carminis, quod in tertia sede trocheum solum recipit.

¶Ludi & spectacula diuersa.

1 Actia
2 Bubetiæ
3 Pythia
4 Iuuenalia
5 Olympia
6 Nemæa
7 Aeacea
8 Dionysia
9 Ludi Circenses
10 Venationes
11 Ludi sæculares
12 Taurii
13 Plebii
14 Gladiatorii
15 Scenici
16 Spectacula Cæsaris
17 Spectacula Augusti
18 Spectacula Caligulæ
19 Spectacula Cęsaris Claudii
20 Spectacula Neronis
21 Spectacula Domitia.
22 Spectacula Adriani.
23 Spectacula Antonii Pii
24 Spectacula Gordiani
25 Spectacula Firmi.
26 Spectacula Helioga.
27 Spectacula Philippi.
28 Astragalus
29 Pila.
30 Latrunculi
31 Alea
32 Turricula
33 Par, impar.
34 Nuces
35 Chartæ
36 Sortiri digitis
37 Discus

EXPLANATIO.

1 Ctia ludi fuerũt quinquẽnales instituti apud Actium Epiri promontoriũ ab Augusto post Antonium, & Cleopatram superatos in honorem Apollinis Actiaci.

3 Bubetię ludi fuerũt à bobus appellati, quĩ à veteribus gratia boum instituti sunt. Vocant ẽt boalia.

3 Pythia vocabant ludi Apollinares, instituti in honorẽ Apollinis post interfectum Pythona serpentem. Horatius. Qui Pythia cantat Tibicen, didicit prius, extimuitq; magistrum. Sabellicus. Heroica carmina Phœbo Delphica post cæsum cecinit Pythona iuuentus. Hos ludos instituit Corœbus Atheniensis. Liuius scribit ludos Apollinares votos fuisse ad expellendum ab Italia Annibalem. De his ludis Ouidius libro primo Meta. Ne ve operis famam delere vetustas, Instituit sacros celebri certamie ludos Pythia, perdomitæ serpentis nomine dictos,

4 Cornelius Tacitus scribit Neronẽ instituisse ludos Iuuenalium vocabulo, in qbus nõ nobilitas vlla, non ætas, aut acti honores erant ipedimento, quo minus Græci latiniq; histriones artem exercerent vsq; ad gestus modosq; parũ viriles. Quin & fœminę illustres deformia meditabantur. Fieri quoq; iussit conuenticula, & Cauponas, vbi posita erant irritamenta luxus, vnde corruptis moribus accessit libidinum colluuies post natos homines longe maxima. Iuuenalia seu Iuuenales ludi celebrantur pompatico rerũ oĩum apparatu, quñ quis ex adolescẽtia egrediẽs, in iuuenilẽ migrabat ętatẽ. De his Baptista Pius in Annota.

5 Olympia ludos in honorem Iouis constituit Hercules apud Elidẽ, & Pisam Græcię oppida, vbi Gymnicũ certamen fiebat quinto quoq; anno. In his qui dimicabat, vocabatur Olympianices. Hic Hercules stadiũ fecit tanto cæteris maius, quanto mensura pedis eius cęteris prępollebat.

6 Nemæa fiebant in honorem Archemori Lycurgi regis Thracum filii, quem ab Hypsiphile nutrice in herba relictum serpens interfecerat.

7 ¶ Aeacea fiebant de Aeaco apud Aeginã. ¶ Marathonea ob taurum à Theseo interfectum, vbi phiala argentea dabatur præmium. Thebis et fiebãt Heraclea. Oenomaus primus apud Elidem ludorum spectaculum, equorumq; cursum edidit. Apud Romanos Romulus in Sabinarũ raptu. Vnde Ouidius. Primus sollicitos fecisti Romule ludos. Ad certamina Gymnica non admittebant fœminę. Vnde Statius. Exclusæq; expectant præmia matres. In ludis illis certabatur quinq; generibus, disco, hasta, saltu, iaculatione, luctatiõe. Qui in omnibus vincebat, vocabat Pentathlus.

8 ¶ Dionysia fiebãt in honorẽ Bacchi, vbi maxima bibẽdi licẽtia pmittebat. His intererãt populus, & athletæ passim coronati. Oium certaminũ pręcipua quattuor fuerunt genera. Olympia, Pythia, Nemæa, Isthmia, quorum præmia erant Oleaster, laurus, apiũ, pinus. Fiebantq; in honorem Pelopis. Apollinis, Archemori, & Palemonis. Aliqui ad Iouem, & Neptunum Olympia, & Isthmia referunt. Vnde Statius libro primo Theb. Non aliter, quam Pisæo sua lustra tonanti Quum redeunt.

9 ¶ Ludi Circenses qui fiebant in Circo, vbi loca erant, & subsellia equitibus, patribusq; designata. Primus Circũ designauit Tarquinius Priscus. Spectaculum faciebant equi pugilesq; ex Ethruria maxime acciti. De his Tranquillus in Cæsare. Circensibus inquit spacio Circi ab vtraq; parte producto in gyrum, Euripo addito, quadrigas, bigas, & equos desultorios agitauerunt nobilissimi iuuenes. Troiã lusit turma duplex maiorum, & minorũ puerorum. Troia aũt erat equestre simulachrum, seu vmbratica equitum pugna, In qua equi in orbem se inuicẽ petebant. Huius ludi originem Virg. lib. 5. sic describit. Hunc morẽ sacrorũ, atq; hæc certamina primus Ascanius (longam muris quũ cingeret albam) Retulit, & priscos docuit celebrare latinos. Idem. Troiaq; nunc pueri Troianum dicitur agmen.

10 ¶ Venationes erãt spectacula, in quibus positæ in theatro feræ, vt Tygres, Elephanti, & leones Gladiatoribus cõgrediebantur, vsq; ad mortem, & casum alterutrius partis. Suetonius. Venationes editæ per dies quinq;, ac nouissime

pugnā diuisa in duas acies quingenis peditibus, Elephantis vicenis, tricenis equitibus, hinc & inde cōmissis. In Venationibus, & Gladiatoriis soli conducti, aut damnati, & ambitiosi ad ostentationem suarum virium adhibebātur, qm̄ maximum vitæ discrimen imminebat.

11 ¶ Ludi Sæculares in honorē Apollinis, & Dianæ instituti, fiebant centesimo quoq; anno, pręcone per cōpita clamante. Venite ad ludos, quos nemo mortalium vidit, neq; visurus est. Hos instituisse fertur Val. Publicola pp exactos reges. Celebrauit Philippus impe. anno post vrbē conditā. 1000. In qbus fuerūt Elephanti. 30. Alces. 10. Tygres. 10. Leones mansueti. 40. Leopardi mansueti. 30. Hyenę decē. Gladiatoꝝ fiscaliū paria mille. Hippotamus quoq; Rhinoceros, Arcoleontes, Camelopardi, Onagri, & Equi feri. De Ludis sæcularibus meminerūt Politianus in Miscellaneis. Valerius de Institutis antiquis, & Censorinus de die natali.

12 ¶ Taurii ludi fiebāt ī honorē deoꝝ īferoꝝ, authorē Festo.

13 ¶ Plebeii instituti sunt exactis regibus p libertate aut recōciliatione plebis post secessionē in Auentinum, author Asconius Pædianus. De his Liuius lib. 24. Plebei ludi (inquit) à M. Aurelio Cotta, & M. Claudio Marcello ter instaurati sunt.

14 ¶ Gladiatorii instituti sunt ad exercendam armis iuuentutem, vt iuuenes ipsi (si quando res postularet) assuescerēt non expauescere congressum hostilem.

15 ¶ Ludi Scenici dicunt à scena, in qua celebrabant à theatricis actoribus. Instituti sunt ob pestilentiā accitis ex Hetruria ludionibus ad tibicinis modos saltātibus. Ludi scęnici fiebāt in theatris, Venationes, & Gladiatorii in Amphitheatris. Ludicros, & Scęnicos actores Cēsoria dānauit nota, vt improbos mēte, & nihili hoīes. Propterea Laberius eques excusauit sese p Epigrāmata à Cæsare coactū, in histrionicā inuitū descendisse. Nero eam ob causam infamis habitus est. Macrobius lib. 2. & Volaterranus in Philolo.

16 ¶ Spectacula varii generis edita sunt à diuersis principibus, Cęsar exhibuit munus Gladiatorium. Ludos ēt regionatim vrbe tota & per omniū linguarum histriones. Item

Circenses Athletas. Naumachiā ī foro depugnauit. Furius Leptinus stirpe prætoria, & Q. Calpenus senator quondā actorq́ȝ causarum, Pyrrhicam saltauerunt. Venationes edidit per dies quinqȝ, sublatis metis, quo latius dimicaretur. Athletæ cucurrerunt per triduum. Defossus est in monte Cælio lacus ad nauale prælιū, in quo biremes, ac triremes Tyriæ, & Aegyptiæ classis magno pugnatiū numero cōflixerūt. Ad quę spectacula tm̄ confluxit hoīum, vt prę turba elisi, & exanimati sint plurimi, & in his duo senatores.

17 ℭDe spectaculis Augusti sic scribit Trāquillus. Spectaculorum assiduitate, & magnificentia oēs antecessit. Fecit nō nunquā vicatim. Athletas quoqȝ extructis, in campo sedibus ligneis, Nauale prælium circa Tyberim. Ad scenicas quoqȝ, & gladiatorias operas, equitibus Romanis q̄nqȝ vsus est. Milites secreuit à populo, Multis è plebe ordinē assignauit, Prætextatis cuneum suum & proximum pędagogis. Fœminis Gladiatores spectare solum ex superiore loco concessit. Virginibus vestalibus locum in theatro separatum contra prætoris tribunal dedit. Voluit primū subselliorum ordinem vacuum senatoribus relinqui. Athletarum spectaculo muliebrem semouit sexum. Athletis priuilegia confirmauit. Histrionum licentiā compescuit. In Circo aurigas, cursoresq́ȝ, & confectores ferarū ꝑduxit. Troię ludum edidit frequentissime puerorum delectu. Exhibuit Rhinocerontem apud septa, Tygrim in Scena. Anguē. 50. cubitorum pro comitio. Nulli Græco certamini interfuit, quo non pro merito certantiū quemqȝ honorauerit. Spectauit studiosissime pugiles maxime latinos nec legitimos atqȝ ordinarios solum, sed & cateruarios oppidanos, inter Angustias Vicorum pugnantes temere, ac sine arte. De his Blondus Flauius lib. 2. Romæ triumphantis.

18 ℭCaligula īperator munera edidit Gladiatoria, qbus inseruit cateruas Afroꝝ, Cāpanorumq́ȝ pugilū ex vtraqȝ legione electissimoꝝ. Nec spectaculis semp ipse pręsedit, sed interdū magistratibus, aut amicis pręsidēdi munus iniunxit. Scenicos ludos varii generis fecit, quosdā nocturnos, accensis tota vrbe luminibus. Panaria cū obsonio viritim

dedit. Edidit & Circēses, plurimos à mane vsq; ad vesperã, interiecta mō Africanarū venatione, mō Troię decursiōe. Minio, & Chrysocolla cōstrauit circū. Hasticos ludos egit Syracusis, in Gallia Lugduni Miscellos id est multiiugis ludicris variisq; ludiōibus refertos. Itē certamē Gręcę latinæq; facūdię, in quo victoribus victi pmia cōtulerūt, & eosdem laudes cōponere coacti sunt. Qui aūt maxime displicuissent, scripta sua spōgia lingua ve delere iubebant, nisi ferulis obiurgari, aut ī ppinquo flumine mergi maluissent. Idē imp. Mirmillonē rudib⁹ secū dimicātē & spōte pstratū ɔfodit ferrea sica, & more victoꝝ cū palma discurrit.

39 ¶ Cæsar Claudius fecit lares ludos quasi anticipatos ab Augusto, nec legitimo tēpori reseruatos. Circo maximo marmoreis carceribus auratisq; metis exculto, propria senatoribus constituit loca promiscue spectare solitis, & super quadrigarum certamina, Troiæ lusum exhibuit. Exhibuit & Thessalos equites, qui tauros per spacia Circi agebant, insiliebantq; defessos, & ad terram cornibus detrahebant. Item Pantheras, quas conficiebat equitum Prætorianorū turma, ducibus tribunis. Tranquillus.

40 ¶ Nero edidit Iuuenales, Circēses, & scęnicos ludos, item Gladiatorium munus. Iuuenalibus senes quoq; cōsulares, anusq; matronas recepit ad lusum. Circēsibus loca equiti secreta cæteris tribuit. Exhibuit & Cameloꝝ quadrigas. Ludos pro ęternitate iperii susceptos, appellari maximos voluit, in qbus pleriq; ex vtroq; ordine, & sexu partes ludicras sustinuerūt. Nouissimus eques Ro. per Catadromum decurrit, insidens Elephanto. Fabulā Afranii togatā, incendiū noīe (quo Troiæ ruina cōtinebat) induxit, cōcessitq; scenicis, vt ardentis domus suppellectilē diriperent, ac sibi haberent. Sparsit & missilia oīum rerū id est varii generis munera, q̄ erāt occupātium. Singula quotidie millia auiū cuiusq; generis. Exhibuit ēt ad ferrū quadringentos senatores, sexcentosq; equites Ro. ad conficiēdas feras in arena. Item Naumachiam aqua ex mari proximo inducta in qua innabāt beluæ. Item Pyrrhicas saltatiōes p ephebos, quibus peracta opera, diplomata, & priuilegia ciuitatis

Romanæ singulis obtulit Fecit ēt, vt Taurus Pasiphaē in ligneo iuuencę simulachro abditā iniret, quod multi spectantium crediderūt. Instituit & quinquēnale certamē more Græco triplex, musicū, Gymnicū, equestre. Magistros toti certamini pręposuit consulares. Orationis carminisq; latini coronā (de qua honestissimus quisq; ɔtenderat) ipsorum consensu arripuit. Scipio Africanus expugnata noua, Carthagine vrbe Hispaniæ, ludos gladiatorū magnifico apparatu ibidem exhibuit, quibus illustrissimi plerīq; viri interfuerunt.

21 ℭ Domitianus spectacula edidit magnifica, & sumptuosa in Amphitheatro & Circo, vbi pręter bigarū, & quadrigarū cursus duplex ēt cōmisit pręliū equestre, ac pedestre, & in Amphitheatro nauale quoq;, Venationes, & Gladiatores exhibuit, noctibus ēt ad lychnos. Pugnas pręterea nō virorum modo, sed & fœminarū. Toto Gladiatorii spectaculi tpe, habuit ante pedes suos puerulū coccinatū, portentoso paruoq; capite, cū quo plurimū fabulabat. Edidit Nauales pugnas effosso circa Tyberim lacu, quas iter maximos imbres spectauit. Fecit & ludos Sęculares. Instituit & quinquennale certamē Capitolino Ioui triplex. Musicū, Equestre, & Gymnicum, Fecit certamen Græci latiniq; sermonis. Celebrauit & in Albario monte quotannis quinquatria Mineruæ.

22 ℭ Adrianus imp. fabularū recitationem omnis generis in theatro ad scenā & Orchestrā dedit. Histriōes Aulicos publicauit. In Circo multas feras & sępe cētū leones iterfecit.

23 ℭ Antoninus Pius munera edidit, in quibus Elephanti, Crocutæ, Rhinocerotes, Crocodili, Hippotami, & omnia ex omni terrarum orbe animalia, etiam Tygres fuere. In munere publico tam magnanimus fuit, vt centum leones vna missione simul exhiberet sagittis interfectos.

24 ℭ Gordianus imp. duodecim populo Romano spectacula per singulos. 12. dies dedit. Ita vt gladiatorum nōnunq̄ quingenta paria, & nunq̄ minus centum quinquaginta feras libycas vno die, quādoq; mille ediderit. Erat ei sylua, in qua habuit Ceruos ducentos, Britānos equos feros. 30.

Oues fras albas. 1000. Decem aureas capreas, quas inaurari fecerat. Strutiões Mauros miniatos. 300. Onagros. 10. Apros. 150. Ibices. 200. Damas. 100. Quæ omnia populo diripienda cõcessit, die muneris quod sextũ edebat.

25 ℭ Philippus Arabs imp. sæculares ludos & munera edidit Circensia. In qbus dati sunt Elephanti. 32. Tygres. 10. Leones mansueti. 60. Hyenæ. 100. Gladiatorum fiscalium paria. 1000. Rhinoceros vnus. Archoleontes. 10. Camelopardali. 10. Equi feri. 40. Leopardi mansueti. 30.

26 ℭ Heliogabalus quaternos canes ad currum iunxit, eóq; modo vectatus est. Idem iunctis. 4. Ceruis in publicũ processit. Sed & leones coniunxit se Cybelem appellans. Iunxit & Tygres se liberum patrẽ vocans. Iunxit ẽt quaternas mulieres, nudusq; à nudis vectus est.

27 ℭ Firmus imperator, vectus est ingentibus Strutionibus, adeo vt magis volare, quam gestari videretur.

28 ℭ Sunt & singularium ludorum nomina, vt Astragalus, Sphæristerium, Latrunculi, alea, par impar, & aliĩ id genꝰ. Astragalus latine talus ludus, & Ossiculoꝶ pedis coniunctura, quibus Apollonius in Argonauticis puerum Cupidinẽ ludentẽ ponit. Volaterranus ait Germanos, & Trãspadanos hunc adhuc ludum obseruare. Homerus scripsit Elpenora lapsu scalarum exanimatum esse, quum fregisset Astragalon id est iuguli coniuncturam.

29 ℭ Ludus pilæ repertus est ab Anagalli puella Cercyræa, vel à Pytho quodam secundũ Plinium, aut Lydis secundũ Herodotum. Vocaꝰ aliter Sphæristeium. Tranquillus in Flauio Vespasiano. Valetudine ꝓspera vsus est, quãuis ad tuendam eam nihil amplius, quam fauces cæteraq; mẽbra sibimet ad numerũ in Sphæristerio defricaret. Pila primũ lusit Phacia iuuentus. De hoc ludo Homerus in Odyssea locutus est, cuius versus latinos fecit Volaterranus. Ille pilam dextra missurus ad astra reflectit Terga retro, rursúsq; ad magnum protinus ictum Consurgens terram procũbit pronus ad imam.

30 ℭ Est & ludus latronũ, seu latrunculoꝶ, de quo Martialis, Insidiosorum si ludis bella latronum, Gemmeus iste tibi

miles, & hostis erit. Seneca. Latrunculis ludimus. Volaterranus ait Magiolinum Florẽtinum fuisse in eo ludo adeo exercitatum, vt memoriter per alium luderet minime respiciens, aduersario tamen diligenter aduertente.

31 ¶ Aleam Palamedes reperit in castris Græcorum contra Troianos, dum esset in ocio. Lusoria tabula vocat Phimũ seu aleatoriũ. Aleæ tessera duodecim habet puncta. Martialis. Hic tibi bisseno numerat tessera pũcto, Calculus hic gemino discolor hoste perit. Aleatorium ẽt quãdoq; pro aleæ ludo sumitur. Sidonius. Atq; illic Aleatoriũ lassis cõsumpto Sphæristerio satiat. Qui alea ludunt, vocãtur aleatores & aleones. Catullus. Nisi ĩpudicus & vorax & aleo. Suetonius scribit Domitianũ imp. (quoties ocium esset) alea se oblectasse. Alea Romanis legibus erat vetita. Hora. Seu mauis vetita legibus alea. Hinc Cice. Lenticulũ collusorem Antonii, de alea condemnatũ fuisse scribit. Quũ aũt alea dicatur omnis ludus in varietate fortunæ consistens, factũ est, vt pro periculo periculiq; dubitatione accipiat. Lucanus. Placet alea fati Alterutrũ mersura caput. Liuius. In dubiam imperii seruitiiq; aleã imus, Cæsar dubitãs, an traiecturus esset copias vltra Rubiconem aduersus Pompeium, tãdem relicta cũctatione, Eatur (inquit) quo deorum ostenta & inimicorum iniquitas vocat, iacta est alea. Petronius arbiter tradit Cæsarem dixisse. Iudice Fortuna cadat alea. Aleã iacere ille dicit, qui se periculis Fortunę q; committit. Dicimus ludere aleã. Trãquillus in Augusto. Aliquãdo vt vincat, ludit assidue aleam.

32 ¶ Turricula, seu fritillus id est quod apud Gręcos Pyrgus dicitur. Erat enim vasculum in modum turriculę, quo inclusæ tesseræ iactabãtur ad tollendã ludentis fraudẽ. Martialis. Quærit composita manus improba mittere talos, Si per me misit, nil nisi vota facit. Fritillus aũtẽ dicitur tabula lusoria, quo tesseræ coniectæ agitatæq; mittuntur in alueolum. Iuuenalis Satyra. 14. Paruoq; eadem mouet arma fritillo. Martialis. Dum blanda vagus alea december, Incertis sonat hinc & hinc fritillis. Martialis lib. 13. Hęc mihi charta nuces, hæc est mihi charta fritillus.

33 ¶Ludere par impar moris fuit antiqtus, qd' illo carmine Horatiano ꝯstat. Ludere par īpar, eqtare ī arūdine longa.
34 ¶Ludere nucibus, nostri temporis pueruli ab antiqs didicerunt. Nam & maiores hoc vsos fuisse ludo, docet illud Persianum. Et nucibus facimus quæcūq; relictis, Quum sapimus patruos. Nuces autē relinquere, est omissis studiis, & nugis puerilibus ad grauiora magisq; seria ꝯuerti. Hinc etiam ortæ illę dicendi figuræ. Nunq̄ à nucibus recedere, Redire ad nuces, Nuces obiicere, Nuces intermittere, Nucibus indulgere, Nuces repetere.
35 ¶Chartarum, sortium, ac diuinationis ludi à perditis hominibus inuenti sunt, qui quāuis nostro quoq; sęculo dānent adeo, vt piaculum videatur, illis tamen adhuc ludit.
36 ¶Sortiri digitis, ludus fuit Italoꝝ, maxime pastoꝝ, vt repente porrectis digitis vterq; numerū diuinet. Mātuanus Aeglo. 1. Sortiri digitis res iniucunda, voluptas Magna prius tanti dū mens erat inscia morbi. Simile est illud. Micare digitis. Cicero lib. 2. de diuinatione. Quid est enim sors? Idē prope modum, quod micare, quod talos iacere, qd' tesseras M. Varro. Micādū erit cū Gręco, vtrū ego illi numerū, an ille meū sequat. Nemesianus. Digitos iactare micātes. Vn natū Adagiū. Dignus quo cū in tenebris mices id est cui secure credas, & iniurato fidē habeas. Is enī quocū ī tenebris micamus, pōt nos fallere, si velit. Erasmus.
37 ¶Habebant & Lacedęmonii ludū, quo discum seu lapidē rotūdū iaculabant in sublime Cuius inuentorē fuisse aiūt Lycurgum. In eo enim disco, quo in ludis Olympiacis vtebantur, Lycurgi nomen incisum erat, authore Plutarcho. De hoc ludo meminit Martialis in Apophoretis dicens. Splendida quū volitent Spartani pondera disci, Este ꝓcul pueri sit semel ille nocens. Et Statius lib. 5. Syluarum. Illic Oethalio nō funderet aera disco; Graioꝝ vis vlla virum. ¶Porro aīūt veterū monumentis prodit summos viros & multa laude pręsignes lusu nō abstinuisse. Nam herculem illum, portentoꝝ domitorem, Iouis & Alcmenæ filiū ferunt, cū puerulis sæpius collusisse, eoq; mō curas animi remisisse. Cælius Cap. vltimo quinti libri, & Volaterranus.

¶ Ab Alcibiade quandoq; deprehensus est Socrates cum Lamprocle infantulo colludens. ¶ Agesilaus cũ filio arundinem interdum equitabat, qui puerulis mos est, alludẽte Horatio. Ludere par impar, equitare in arundine longa. ¶ Tarentinus Archytas cum pueris de famulicio lusus agitabat, hisq; oblectabatur plurimum dum agitaret conuiuia. Author Cælius. ¶ Volaterranus ait Cosmum medicẽ iam senem & patriæ principem nepotibus paruis collusisse, & ex his cuidam, auenam in medio foro aptasse.

¶ Scæuola interpres legũ, curas animi lapillis, & fritillo quoq; discutiebat. Vñ Mantuanus in Syluis. Maximus interpres legũ, Lusisse lapillis Scæuola narrat, curasq; fugasse fritillo. Idẽ de Socrate sic inquit. Socraticos ẽt ludos, puerilia'q; acta Legimus atq; senem studiis iuuenilibus vsum.

¶ Gymnasia.

Craneum.	Prytaneum.	Musæum.
Cillarauium.	Canopum.	Serapeum.
Lyceum.	Pœcile.	Iseum.
Academia.	Tempe.	

GYmnasium proprie dicebatur locus, in quo nudi palęstritæ oleo peruncti concertabant. Nũc pro quocũq; exercitii loco solet accipi. Vnde & Gymnastes præceptor. Gymnasiarcha Gymnasii magister. ¶ Craneum Gymnasiũ erat apud Corinthum. ¶ Est & Cillarauium gymnasii nomen apud Plutarchum in Cleomene. ¶ Lycei, Academia, Prytaneum, Canopum, Pœcile, Tempe gymnasia Athenis fuere. Nam & Canopum agnoscit Philostratus, in Herodis Attici vita. Pœcile vero porticus varia à latinis appellatur. Nobilitata etiam præter picturam Marathonicæ pugnæ, Zenonis Stoici conuentu. Vnde à porticu Stoici dicti. ¶ Lyceum Aristotelis, Academia Platonis scholę fuerunt. Versus Ciceronis. Inq; Academia vmbrifera, nitidoq; Lyceo Fuderunt claras fœcundi pectoris artes. De Prytaneo Cicero lib. 1. de Oratore. Et vt ei victus quottidianus in Prytaneo publice præberetur. ¶ Musęum & Serapeum, & Iseum publica Alexandriæ auditoria fuerunt, à musis, & Serapi, & Iside dicta.

¶Stadia diuersa.

Stadium. 12. nostros efficit passus. Hoc est pedes. 625. Hoc Cēsorinus Italicū vocat. Olympicū pedibus. 600. constat. Pythicū circiter mille. Vitruuius stadiatas domorum porticus appellat prælongas, & magnificas.

¶Telorum Bellicorum & gladiorum nomina.

Lingula	Clunaculum	Plumbatæ
Sparus	Secespita	Onagri
Manobarbulus	Sica	Scorpiones
Materis	Cateia	Catapultæ
Runa	Nouacula	Aclides
Sibinus	Parazonium	Verutum
Veruina	Paltum	Venabulum
Mathæra	Pugio	Gesa
Sarissa	Hasta	Ansatæ
Harpe	Hastile	Phalarica
Acynacis	Triphorum	Semiphalarica
Copida	Sagitta	Soliferrea
Framea	Iaculum	Lancea
Aeganea	Tragula	Rumigestri
Ancyle	Pilum	Mesanculæ
Sigymnum	Falces	Scibones
Geus	Harpagones	Ensis
Dolones	Fustibali	Caiæ
Spatha	Issi	Telones
Culter	Cæstra	

¶EXPLANATIO.

TElorum vocabula Gellius lib. 10. Cap. 25. multa ponit ad hunc modum. Hasta, Pilū, Phalarica, semiphalarica, soliferrea, gesa, lancea, Rumigestri, faces, tragulæ, frameæ, Mesanculæ, Cateiæ, Rompheæ, Scorpius, Scibones, Silices, veruta, enses, sicę, machæræ, spathæ, lingulæ, pugiões, Clunacula. ¶Lingulam veteres dixerunt gladiolū oblongum in speciem linguæ factum. Cuius meminit Neuius apud eundem Gellium. Sine mihi gerere morem videat

lingua, verum lingula. Domitius in Martialem ait lingulã ẽt capi pro instrumento, quod ad similitudinẽ linguę cõflatum vsui esse potest ad aromata tractanda, vt in illo versiculo Martialis. Gracilesq; lingulæ, cæreiq; chartæq;.

¶ Romphea genus est teli Thracię natiõis, Valerius Flac. lib. 6. Argon. Aequaq; nec ferro breuior, nec Romphea ligno. Mantuanus mediam produxit dicens. Quam gent, aduersus feriat Romphea cohortes. Sparsa minimi generis sunt iacula, à spargendo dicta. Sunt autẽ Rustica tela in modũ pedis recurua. Virgilius lib. 10. Agrestisq; manus armat Sparus. Nam vtrũq; dicimus in masculeo, & neutro genere. Sallustius. Cæteriq; vt quosq; casus armauerat sparis, aut lanceis. Alii præacutas sudes portabant. Lucil. Tum spara, tum murices portantur, tragula porro. ¶ Manobarbulus genus est teli similis plumbeæ pilæ, quo vtebantur milites, qui manobarbuli dicebãtur. ¶ Materis telũ est oblongũ breuius tñ lancea. Sisenna. Gallia materibus, Sueui lanceis configunt. ¶ Runa teli genus, latã habentis cuspidem. ¶ Sibina, seu Sibinis telum est venabulo simile, Illyriis peculiare. Ennius. Illiriis restant, sicis, sibinisq; fodẽtes. ¶ Veruina telum est simile veru. Sidonius. Cui noster sermo erit pro veruina. ¶ Machæra græce gladiũ seu cultrum latine significat. Apuleius. Comminabat sese cõcisurum eũ machæra frustatim. Plautus. Si tibi est machæra, & nobis est vrbina domi. Quod adagiũ dici solet, quũ malũ malo opponit. Vrbina enim ẽt genus est teli. Sarissa dicit hasta prælonga, Macedonum genti peculiaris. Vnde & Alexandri stipatores sarissophoros vocat Curtius. Liuius. Prelongas hastas Macedones Sarissas vocant. Luca. lib. 8. Primi Pellæas arcu fregere Sarissas. Ouidius libro duodecimo. Qui clypeo, gladioq;, Macedoniaq; Sarissa Conspicuus.

¶ Harpe incuruus est Mercurii gladius, quo vsum ferunt Perseum. Luca. Et subitus ꝑpes Cyllenida sustulit Harpen. Harpen alterius monstri iam cæde rubentem. Ponta. lib. 4. de Stellis. Quæ martem clypeo, galeaq;, adamantideq; Harpe Instruxit. ¶ Acynacis gladius est Parthorum genti peculiaris. Hora. lib. 1. Car. Vino & lucernis Mœdus Acy-

nacis immane quantum discrepat. Curtius lib. 5. de gestis Alexádri. Strictoq; Acynace interfecturus videbat, ni ꝑpe Bessus Bactrianiq; deprecarentur. ¶ Idem Curtius ait Copidas esse gladios leuiter curuatos, Falcibus similes, qbus appetebant beluarū manus. ¶ Framea gladius est Marti peculiaris. Iuuenalis. Et martis Frameam, & Cyrrhæi spicula vatis. Martianus Capella. Gradiui frameam non ausus poscere falcē. Cornelius Tacitus vbi de populis Germaniæ loquitur, frameas pro hastis videt accipere dicens. Rari gladiis, aut maioribus lanceis vtunt. Hastas, vel ipsoꝝ vocabulo Frameas gerunt angusto, & breui ferro, sed ita acri, & ad vsum habili, vt eodē telo, prout ratio poscit, vel cōminus, vel eminus pugnent. Et eques qdē scuto, Frameaq; cōtentus est, pedites & missilia spargūt. ¶ Aeganea species est leuioris iaculi, authore apud Cæliū Eustathio. ¶ Est & Ancyle iaculum quoddā, quo qui vtuntur, vocant Ancylistæ, quāuis ēt Ancyle significet ansam iaculi. ¶ Sigymnā iaculi genus est, author Cælius ex Lycophrone.

¶ Geus, siue Geum dicit telum omnino ferreum. ¶ Dolones tela sunt bellica, à lædendo dicta, arbore Donato. Nā dolos Græce læsio dicitur. Syllius lib. 3. Nec tereti dextras in pugnam armata Dolone. Tranquillus in Claudio Cæsare. Reperti & equestris ordinis duo in publico cum Dolone, ac venatorio cultro præstolantes. Seruius enarrans illud ex. 7. Aenei. Pila manu, sæuosq; gerunt in bella Dolones, ait Dolonem flagellum esse, intra cuius virgam lateat pugio. Hac dictione est Alphenus iurisconsultus, Digestis ad legē Aquiliam. Ille (inquit) flagello, quod in manu habebat, in quo Dolon inerat, verberare tabernarium cœperat. Spatha genus est gladii. Iulius Capitolinus de maximino imp. Fecit & Spathas argenteas, fecit ēt aureas, & omnino quicquid pulchritudinem eius posset iuuare.

¶ Culter seu Cultrum (vtrūq; enim dicimus) proprie dicebatur gladius victimarioꝝ, quo scindebant victimæ, hinc cultrarii dicebant victimicidæ. Propertius. Quum falledā meo pollice cultra forent. Eius prope generis sunt Clunaculum, & secespita. ¶ Clunaculum dicitur à scindendis.

victimarum clunibus. ¶Secespita à secando gladius erat ferreus,& oblongulus,manubrio eburneo rotundo, quo Flamines,Flaminicæ,& Pontifices vtebantur ad sacrificia. Tranquillus in Cæsare Tyberio Nã & inter pontifices sacrificanti simul pro secespita plũbeum cultrũ subiiciendũ curauit.¶Sica gladius est occultus & inuasorius,qui inclusus ligno formã habet baculi.Hoc q̃ vtunt̃,Sicarii vocant̃. Horatius. Si quis erat dignus describi, q̃d malus, aut fur. Quod mœchus foret,aut Sicarius. Martialis lib.11.Inuasit medicus Sica Phreneticus Eucli.¶Cateia gladius est falcatus Germanis olim frequẽs.Syllius.Panda manus est armata Cateia.Pontanus lib.5. de Stellis. Armaq;, Pilaq;, Cateias.¶Nouacula culter est rasorius,cuius artifices dicũtur Nouacularii. Martialis de ferramentis tonsoriis Tondendis hæc arma tibi sunt apta capillis, Vnguibus hęc longis,vtilis illa genis.

¶Parazonium gladii genus, quod accingi solet zonæ. ¶Paltum teli genus est, seu minoris iaculi,quod ĩ itinere torquetur.¶Pugio genus teli, seu gladii breuiusculi à pugnando dicit̃,vel ꝙ punctim feriat,vel ꝙ punctim teneat̃. Hinc diminutiuũ Pugiunculus. Cicero Hispaniẽsem Pugiunculum Cn.Pisonem appellat.Hasta dicit̃,quod stans, vel à stante ferri soleat. Vnde & hastile deductum. Moris erat antiquitus hastam subiicere rebus quæ exponebant̃ vænales per auctionẽ. Hinc hastarium dicebat̃ auctionaria illa venditio. Tranquillus in Augusto, Ipsum bonaq; eius subiecit hastæ. Hastici ludi qui hasta cõficiunt̃. Idem author in Caligula.Edidit & peregre spectacula in Sicilia Syracusis hasticos ludos.Hasta pura dicit̃, nullo ferro prępilata.Virg.Ille vides pura iuuenis qui nititur hasta.Suetonius in Claudio.Posidem spadonem Britãnico triumpho inter militares viros hasta pura donauit.Hastis puris enim milites ob fortitudinem donabant̃.Hinc scribit Plinius Sicinium Dentatũ donatũ fuisse hastis puris duodeuiginti. ¶Triphorum dicit̃ telum longitudine triũ cubitoꝝ,quod Catapulta mittit̃. Ennius. Aut permaneret paries pcussus triphoro.¶Sagitta iaculũ quod arcu mittit̃.Hinc sagittare

verbum,

verbum, id est iaculari. Hieronymus. Vt sagittent in occultis imaculatum. Sagittarius, qui sagittas itorquet. Träquillus in Flauio Vespasiano. Syriacũ ꝓmisit exercitũ. Hinc. 40. millia sagittarioꝝ. Sagittarios equestres Græci Hippotoxotas vocãt. Omnium optimi sagittarii sunt Parthi, qui fugientes, & auersi iaculant & lędunt perinde ac diuersi, Lucanus. Ocyor & missa Parthi post terga sagitta. Fiunt etiã composita sagittifer, & sagittipotens. Cicero in Arati Phęnomenone. Mense sagittipotens solis quum sustinet orbẽ. Rufus Festus. Mẽbra sagittigero cedũt postrema reuecto. ¶ Iaculum, quicquid iaci potest. Hinc iaculari verbũ. Iuuenalis Satyra prima. Et quãtas iaculet Monycus ornos. Dicimus ẽt iaculo & eiaculo. ¶ Tragula à traiiciendo, vel qđ infixa scuto trahatur. Metaphorice pro dolo capit. Plautus. Tragulã in te iniicere adornat. ¶ Pilum dici põt quinq; pedum hastile. Sulpitius ait Pila Romanoꝝ esse missilia trium pedum. vtrinq; præfixa ferro trigono vnciarum nouem. Luca. Infestisq; obuia signis Signa, pares aquilas, & pila minantia pilis. ¶ Falces, Harpagones, fundæ, fustibalę, plumbatæ, Onagri, Scorpiones numerantur à Vegetio inter tela naualia. Fundis qui vtuntur vocantur funditores. ¶ Catapulta dicitur velox iaculum, vel sagitta. Plautus. Atq; ita te neruo torquebo, vt Catapultæ solent.

¶ Aclides Seruius ait tela esse adeo antiqua, vt nec vsquã cõmemorentur in bello. Legitur tñ, ꝙ sint clauæ cubito, & semis factæ eminentibus hinc inde acuminibus, quæ ita in hostem iaciuntur religatæ loro, vel lino, vt peractis vulneribus possint ad dominos redire. Putatur tñ esse teli genus, quod per flagellũ in imensum iaci potest. Virg. lib. 7. Aenei. Oscorumq; manus, teretes sunt Alcides illis Tela, sed hæc lento mos est aptare flagello. ¶ Verutum est telum breue & angustum Authore Nonio. Sallust. in. 3 Hist. Auxiliumq; manebãt in modum Veruti militaris. ¶ Gesa Gallorum sunt tela. Virg. lib. 8. Aenei. Duo quisq; Alpina coruscat Gesa manu. Seneca ĩ Hippolyto. Et rigida molli Gesa iaculari manu. ¶ Venabulum Venantium hasta lato præpilata ferro. Ouidius in Epistola Phedræ. Siue tenes lato ve-

nabula cornea ferro. Anfatę sunt iaculamēta cum Ansis. Sequētia iaculoꝝ nõia, enumeranť à Crinito, vbi de telorū generibus meminit. Spari, Cateię, Frameę, Caię, Rumigesti, Mesanculæ, Sibini, Gesa, Veruta, Aclides, Romphea, Lanceæ, Pila, Sarissæ, Scibones, Tragulæ, Telones, Hastæ, Sudes, Phalaricæ, Issi, Faces, Semiphalaricæ, Cæstra, Soliferrea, Scorpii.

Propria Gentium tela.

Framea Germanoꝝ. Romphea Tracum. Lancea Hispanorum, vnde Varro apud Gelliū ait Lanceā non latinum, sed Hispanoꝝ esse verbū. Pila Romanoꝝ. Issi Boiorum. Sarissæ Macedonū, Sibīni Illyricoꝝ. De peculiaribus quarūdam gentium telis. Mantua. lib. 1. de Calami. sic inquit. Martia fert Macedo teretes in bella Sarissas, At Scythicæ longis vtunť Amazones hastis, Romulidæ certant pilis, celeresq́ Cateias, Barbarus aduersos Gallus iaculať in hostes, Parthus equo versis pugnat fugiente sagittis.

Tela, & Sceptra deorum.

Mercurii. Harpe gladius est Falcat[9] Mercurii. Vñ & Ouidius Harpen vocat Cyllenidē lib. 5. Meta. vbi ait. Brachia tendentē Cyllenide cõfodat Harpen. Hoc ēt gladio vsus est Perseus quum interfecit Medusam. Idē Ouidius lib. 5. Meta. Vertit in hūc Harpen, madefactam cęde Medusę Acrisioniades.

Martis. Frameā poetæ vocāt Martis hastā. Apollinis. Simulachro Apollinis apponebať arcus, sagittæ Clypeus & Lyra. Claudian[9]. Mars clypeo melior, Phœbus præstantior arcu.

Iouis. Sceptrum, & fulmen Ioui tribuuntur. Vnde & poetæ Iouem appellant fulminatorem, fulminigerum, fulguratorem, tonitrualem, sceptrigerū. Quintianus in Orpheo. Astant cœlicolæ intenti, quæ fulminiger rex Præcipitat. Bap. Pius. Iunxit Agenoridæ sceptrifer ipse tonans.

Herculis. Claua fuit Herculis telum. Ouidius in epistola Deianyræ. Instruxitq́ manum claua domitrice ferarum. Idē li. 15. Vulnera clauigeri quę fecerat Herculis arcus.

Neptuni. Fuscina telū fuit trisulcū, insigne Neptuni, vt apud Priapeiam. Neptuni Fuscina telū Martialis lib. 1. Fuscina dente minax nexu fuit anchora cutuo. Dicit & tridēs velut tres.

habẽs dentes. Neptunus apud Virgilium lib. 1. Aenei. Non illi imperiũ Pelagi, ſęuumq́; tridentẽ, Sed mihi ſorte datũ. Lucanus lib. 4. Aequorei rector facias Neptune tridentis. Oui. lib. 8. Met. Regna vagæ dixi ſortite tridẽtifer vndæ.


¶ Impoſſibilia factu.

¶ Ioui Fulmen, Herculi clauã, Homero verſum ſubtrahere, tria hæc olim credita ſunt ĩpoſſibilia, authore Macrobio lib. 5. Saturnaliorum. Quod & ſi fieri poſſet, alium tñ nullũ deceret, vel fulmen pręter Iouem iacere, vel certare ꝑter Herculẽ robore, vel canere, quod cecinit Homerus.

¶ Machinæ quędã bellicæ, & tormenta.

1	Bombarda	6	Sambuca	13	Colubrina
	Teſtudo	7	Exoſtra		Serpentina
	Falx	8	Telenon	14	Arcubaliſtæ
	Aries	9	Scorpio		Carrobaliſtę
2	Vinea		Onager	15	Malleoli
3	Plutei	10	Cochleæ	16	Harpagæ.
4	Muſculi	11	Baliſta		
5	Turres	12	Phalarica		

¶ EXPLANATIO.

1 Ombardam Galli vocant machinã, à bombo, & ardeo, vt autumat noſter Nicolaus Beraldus, execrabile prorſus inuentum, quo nihil fulmini magis ſimile, luce, impetu, & odore teterrimo. Cuius inuentori (vt inquit ille) robur & æs triplex circa pectus erat, illum parentis crediderim ſui ceruicem, & penetralia ſparſiſſe nocturno cruore Hoſpitis. Ille venena Colchica, & quicquid vſquam cócipitur nefas tractauit, qui tam horrendam primus machinã commentus eſt in hominum perniciem, caſtrorumq́;, & ciuitatum ruinam, ceu parum eſſent tot arcus, tot ſagittę baliſtæ, ſcorpiones, Onagri, arcu baliſtæ, cuſpides, lanceæ, conti, haſtæ, iuſi & hoc inuẽtum multo omnium peſſimũ ingenioſa in ſui perniciem mortalitas excuderet. Graphicam tormenti huius deſcriptionem, vide apud eundem Beraldum in Ruſticũ Politiani, ex verſibus Ioãnis Mariæ

Catanei. Ricardus Bartholinus Bombardam vocat fumifragam nouo sed tamen conuenienti epitheto. De Bombarda, Pamphilus saxus. Si possem cœli sublimia tecta ferire, Per me tota Iouis regia corrueret. Volaterranus ait Bombardam primam à Germanis dono venetis datam, quum hi apud Clodiam fossam genuenses obsiderent.

Vegetius ait testudinem machinã fuisse bellicã, de materia, ac tabulatis contextã, quæ ne exureret̃ incendio, coriis, vel ciliciis centonibusq; vestiebat̃. Hæc intrinsecus accipiebat trabem adunco præfixã ferro, quod falx vocatur, ab eo quod incurua est, vt de muro lapides extrahat. Idẽ ait caput eius vestiri ferro, appellariq; arietem, quod frontem habeat durissimã, quæ subruat muros, & arietũ more retrocedat, vt cum impetu vehementius feriat. Habet autẽ testudo machina similitudinẽ cũ testudine vera. Nã sicut hæc modo reducit modo profert caput, sic illa interim reducit trabem, & q̃nq; exerit. Testudinẽ Ammianus Marcellinus describit hoc modo. Testudo cõpaginatur immanis axibus roborata, Longissimis, ferreisq; clauis aptata, Et cõtegitur coriis bubulis, virgarumq; recenti textura. Atq; limo asperguntur eius suprema, vt flãmeos detractet, & missiles casus. Conseruntur aũt eius frontibus trisulcæ cuspides præacutæ, ponderibus ferreis graues, qualia nobis pictores ostendunt fulmina, vt quicquid petierit, exertis aculeis abrumpat. Hãc itaq; molem palis & funibus regẽs numerosis intrinsecus miles, languidiori murorũ parti admouet. Et nisi desuper pugnãtium vires præualuerint, collisis parietibus aditus facit ingentes. Hæc Heliopolis dicitur, Eiusq; author Demetrius Antigoni fili⁹ Rhodo aliisq; vrbibus oppugnatis Poliorcetes est appellatus. De testudine Pãphilus. Contextis equites clypeis sub mœnia tendunt, Iuncta simul nomen scuta dedere mihi. Idẽ Ammianus de ariete ad hunc modũ scribit. Erigit̃ abies vel ornus excelsa, cuius summitas duro ferro concludit̃, & prolixo, arietis formã efficiens, quæ huic machinamento vocabulũ indidit. Hæc vtrinq; suspensa transuersis asseribus & ferratis, retrocedens, rursus ad obuia quæq; rũpenda protrudit̃

ictibus validissimis, instar assurgentis, & cedentis armati. Qua crebritate velut reciproci fulminis impetu ædificiis scissis in rimas concidunt structuræ laxatæ murorum, De Ariete Virg. Labat Ariete crebro Ianua, & emoti procum/bunt cardine postes. Oui. lib. 11. Meta. Nec leuius pulsata sonat, quã ferreus olim Quum laceras aries, balista ve cõ/cutit arces. Hinc arietare verbum id est cũ ĩpetu percutere. Virgilius. Arietat in portas, & duros obice postes. De Ariete Pamphilus. Rumpo fores, muros quatio, demolior ar/ces. Cornua ferrata sub trabe dura gero.

2 ¶ Vineæ (quas aliter Cattos vocãt) fiebãt hoc modo. De lignis leuioribus machina colligabat, Lata pedibus octo, alta pedibus septem, longa. 16. Huius rectũ munitione du/plici tabulatis cratibusq; contexebat. Latera sepiebãtur vimine, ne saxorum telorumq; impetu penetrarentur. Extrin/secus aũt ne imisso concremaretur incendio, crudis ac re/centibus coriis, ac centonibus operiebatur. Multis in ordinem iunctis se supponũt milites, q tuti penetrãt ad excauãda murorum fundamẽta. De vinea Propertius lib. 4. Dumq; aries murũ cornu pulsabat aheno. Vineaq; inductũ, longa tegebat opus. Lucanus. Adoperta leui succedit vinea ter/ra. Pãphilus Saxus. Martis nõ Bacchi nostra est vindemia, cur sic Me dicãt, latus hoc signat vtrumq; meum.

3 ¶ Plutei contexebãtur ad similitudinẽ cassidis è vimine. Ciliciis protegebãtur, coriis ternisq; rotulis, quarum vna in medio, duæ in capitibus opponebãtur. Admouebãtur in quãcũq; partem more carpenti, & applicabãtur muris. Horum munitione protecti obsessores sagittis, fundis, & missilibus obsessos, de propugnaculis ciuitatis exturba/bant, vt scalis ascendendi facilior pateret occasio.

4 ¶ Musculi dicuntur minores machinæ, qbus protecti ob/sessores vrbis fossatum (verbũ est Vegetii) comportatis li/gnis, & lapidibus complent, & solidãt, vt turres ambulatoriæ sine impedimẽto admoueãtur, & applicentur muris. Minores sunt vineis, & Pluteis firmiores. Vocãtur autem à similitudine musculorum piscium. Nam quẽadmodum illi quum minores sint, tñ Balenis auxilium adminiculumq;

exhibent; ita quoq; hę machinæ subsidio sunt ambulato-rijs turribus ad parandã viam, pręmuniendaq; itinera.

5 ℭ Turres ambulatoriæ sunt machinaméta trabibus tabu-latisq; compacta, crudis corijs & centonibus cõmunita, ne hostili crementur incendio. Fiebãt interdum tanta ꝓcerita-te, vt & muros, & lapides turres altitudine superarent. Vo-luebantur multis rotis arte mechanica suppositis. Quum muris admouebantur, pręsens erat ciuitatibus periculum. Nam sursum versum habebant scalas, quibus irrũpebat in vrbem. Deorsum versum arietes, quoꝝ impetu diuellebã-tur muri. In earũ fastigio collocabãtur sagittarii, q obsessos contis, & saxis missilibus protrudebant, eoq; modo capie-bant ciuitatem sine mora. Obsessis enim nulla spes erat au-xilii, quum supra se aspicerent altiorem hostium murum.

6 ℭ Sambuca fiebat ad similitudinem citharæ. Nam vt in ci-thara sunt chordæ, ita in trabe, quæ turri admouebat, erãt funes, qui pontem de superiori parte trocleis laxabant, vt descenderet ad murum, exibantq; statim bellatores, & per eam transeuntes mœnia vrbis inuadebant.

7 ℭ Exostra pons erat turris ambulatoriæ, per quẽ obsesso-res in muros obsessarum vrbiũ transmeabant.

8 ℭ Telenon machina fiebat hoc modo. Trabs vna in terrã pręalta defigebat, in cuius vertice connectabat altera lon-gior dimensa medietate eo libramẽto, vt depresso vno ca-pite, erigeret alterum. In vno quoq; capite cratibus, & ta-bulatis contexebat machina, in qua pauci collocabantur milites. Depresso itaq; per funes altero trabis capite, alte-ro vero (in quo erãt) eleuato imponebantur in murum.

9 ℭ Obsessi ab obsessoꝝ machinis tutabant se, balistis, arcu-balistis, Onagris, scorpioib⁹, fustibalis, & sagittariis fũdis.

ℭ Scorpiones machinę sunt, quę Vegerii tpe dicebantur manubalistæ. Ideo aũt nomen hoc traxerunt, quod paruis subtilibusq; spiculis inferrent mortẽ. Aliter Scorpio vocat Onager, ꝙ asini feri quũ à venantibus agitant, ita eminus lapides post terga calcitrando emittunt, vt perforẽt pecto-ra sequentiũ, aut ꝑfractis ossibus capita ipsa displodãt. Sa-xis autẽ per Onagrum contortis non solũ equi elidebãtur,

& hoies, sed etiam hostium machinamēta frangebant. De scorpione & eius forma, vide Marcellinum lib. 23.

10 ℭ Cochlæ dicebantur rotundę machinæ, quibus p circuitum obsessores conscendebāt in muros inimicorum.

11 ℭ Balista bellicum erat tormentū ex ferro, aut Taxo, aut osse, quo magni lapides emittebātur, vt ait Sulpitius. Oui. lib. 1. de trist. Quam graue balistæ mœnia pulsat onus. Cicero lib. 2. Quest. Tus. vt enim balistę lapidū, ita reliqua tormēta teloꝝ. Balista formabat ea magnitudine, vt lapides 120. pondo eiacularet, Balista maior saxa cōtorquet. Hæc à Phœnicibus reperta est. De hac Syllius lib. 1. Phocais effundit vastos balista molares. Balista minor hastā iacit, & parua spicula. De hac videt itellexisse Lucanus lib. 3. Pharsaliæ, dicens. Neq; enim solis excussa lacertis Lancea, sed tenso balistæ turbine rapta Haud vnū cōtenta latus trāsire quiescit Sed pandens perq; arma viam, perq; ossa, relicta Morte fugit, supest telo post vulnera cursus. Funibus neruisq; tendebatur, Hęc quanto maior fuerat, tanto longius eiaculabat, & emittebat spicula, Quum dirigebat ab exercitatis hominibus, penetrabat quodcūq; percussisset. Agnoscebaturq; interdum lethale vulnus priusq̄ telum cerneretur. De Balista Pamphilus Saxus. Nil vallū, nil terra tumens, nil mœnia prosunt. Subsequitur telū magna ruina meum. Figurā balistæ describit Marcellinus lib. 23.

12 ℭ Phalarica genus erat teli, qđ ex phalis id est turribus ligneis intorquebat. Erat aūt p̄fixa valido ferro in modum hastę intra tubū. Cuius hasta sulphure, resina, bitumine & stuppis conuoluebat, infuso oleo, qđ incendiariū vocabāt & è balista emittebat. Lucanus. Hūc aut tortilibus vibrata Phalarica neruis Obruat, & aut vasti muralia pōdera saxi. Hunc aries ferro balistaq; limine portæ Submoueat. Pamphilus Saxus. A summa veniens contorta Phalarica turre, Quæ ferit, in cineres fulminis instar agit.

13 ℭ Inter nostri tpis machinas habent Colubrina, & Serpētina, qđ oblongę fiāt habeantq; effigiē prope serpentis, & Colubri. Idem Pāphilus. Vis, sonitus, rabies, motus, furor, īpetus, ardor. Sunt mecū, Mars hæc ferreus arma timet.

14 ¶Arcuballistæ, & Carrobalistæ, dicebantur minores machinæ, q̃ curriculis ferebantur.

15 ¶Malleoli erãt quædam missilia, quę arcu iaciebãtur, materiam habentia ad cõburendum. Liuius. Aliqui venerunt ferentes stuppã, picem, & malleolos, Inter machinas etiã numerãtur trifaces, Cataphrattæ, Plũbatę, Tribali.

16 ¶Falces, & Harpagæ armorum genera sunt apta muroꝝ oppugnationi. Sisenna apud Nonium. Falces iniectas comminuunt, Puteos propius collocatis Harpagis deiiciunt, mittunt è turribus.

¶Varia armoꝝ genera & belloꝝ instrumẽta.

1 Galea	7 Thorax	9 Pharetra
2 Ancyle	8 Phaleræ	Corytus
3 Parma	Ephippia	10 Lorica
4 Pelta	Stapedes	11 Vmbo
5 Cętra	Frenum	
6 Ocrea	Capistrum	

1 Galea dicitur Cassis, seu ferreum capitis tegumentum, a galero, quo veteres vsi sunt. Ouidius in Epistolis. Et galeam pressa sustinuisse coma. Ea ornata cristis, & pennis maiorem solet incutere terrorem. Vnde Virgilius lib. 8. Aeneid. Terribilem cristis galeã, flãmasq; vomentẽ. Mantuanus in Alphonso. Pennicomas tollunt galeas, ac more latino Picturata ferunt longis hastilia rostris. Idem significat Cassis. Dicimus etiã Cassida. Proper. Aurea cui postq̃ nudauit cassida frontem.

2 ¶Ancyle dicitur breue scutum Nonio. Hoc ex vtroq; latere recissum erat, vt nullus videretur angulus, & summũ infimumq; latus eius medio pateret. Ferunt ancylia principante Numa Pompilio cœlitus fuisse demissa, Ouidius libro quarto Fast. Ecce leui scutum versatũ leniter aura Decidit, à populo clamor ad astra venit. Idem libro quinto. Ecce ancyle vocant, quod ab oĩ parte recisum est, Quaq; oculi spectes, angulus omnis abest.

3 ¶Parma fuit breue scutũ peditibus peculiare. Virg. lib. 11. Ense leuis nudo, Parmaq; inglorius alba. Dicimus & parmula. Horatius. Tecum Philippos & celerem fugã Sensi

relicta non bñ parmula. Ouidius libro duodecimo. Fulua iubis Caſſis, nec onus caua parma ſiniſtræ.

4 ℭ Pelta dicitur clypeus Amazonum, in modum Lunæ recuruus. Virgilius. Ducit Amazonidum lunatis agmina peltis. Idem libro vndecimo. Fœminea exultãt lunatis agmina peltis. Statius lib. 5. Syl. Vellet Amazonia latus intercludere pelta. Trãquillus in Nerone. Securibus peltiſq; Amazonicis inſtruendi. Hinc peltiferæ dicunt Amazones. Ouidius. Qui modo peltiferas fudit Mæotidas armis.

5 ℭ Cætra ſcutum eſt loreum, quo vtuntur Afri, & Hiſpani. Lucanus libro ſeptimo. Illic pugnaces commouit Iberia Cætras. Virgili⁹. Læuas Cætra tegit. Cætrati dicuntur, qui vtuntur huiuſmodi ſcutis. Cætrati.

6 ℭ Ocreæ dicuntur crurum munimenta. Apuleius. Ille galea caput, ille crura Ocreis inuoluit. Hinc Ocreati Ocreis ornati. Plinius. Ad reliquos vſus laborioſe euellit Ocreatis cruribus. Vegetius, Pedites ſcutati præter catafractas, & galeas etiã ferreas, Ocreas in dextris cruribus cogerentur accipere. Virgilius libro ſeptimo Aeneidos. Alii thoracas ahenos, aut Ocreas leues lento ducunt argento. Ocreati.

7 ℭ Thorax dicit ferreũ pectoris munimentũ, & quicquid à collo ad coxendicem ꝓtenditur in anteriori corporis parte. Thoracati, Thorace induti. Plinius. Parrhaſius pinxit Nauarchum Thoracatum. Fiebãt olim Thoraces cratibus coſtatũ ferreis, vñ & vexiles vocãtur Statio, & multiplices lib. 12. vbi ait. Multiplicẽ tenues iterãt Thoraca catheņ. Thoracati. Vexiles.

8 ℭ Phaleræ ornamenta ſunt equorum, qui inde vocantur Phalerati. Virgilius libro quinto Aeneid. Primus equum Phaleris inſignem victor habeto. ⁋ Ephippia ſunt ſtragula, quibus equi integũtur, vel ſellæ eis ad inſidẽdũ poſitæ. Cato. Fuit mihi equus ſine ephippiò. Equi ephippiarii dicuntur, quibus imponuntur ſellæ, ne graui inceſſu vulnerent ſeſſorem. Ephippiati equi ſuis Phaleris ornati. Horatius adagium fecit. Optat ephippia bos piger, optat arare caballus, vbi quis vult ea curare, quoꝝ eſt ignarus. Ephippia. Ephippiati. Prouerbium.

ℭ Capiſtrum, & frenum vincula ſunt capitis equoꝝ. Martialis. Paret purpureis aper capiſtris.

ℭ Stapedes machinulæ sunt ferreæ, quibus pedes sustinẽt equitantes.

9 ℭ Pharetra repositoriũ sagittarũ, q̃q̃ & pro sagittis interim capiatur. Mantuanus. Duo tela mea deprome pharetra. Ouidius lib. 1. Meta. De'q; sagittifera prompsit duo tela pharetra. Scranteum ẽt dicitur, in quo recondunt sagittæ. ℭ Corytus theca est arcus, & q̃nq; sagittarum. Virg lib. 10. Corytiq́; leues humeris, & lethifer arcus. Syl. lib. 15. Turba ruunt, stridentq́; sagittiferi Coryti.

1 ℭ Lorica dicit ferreum corporis munimentum, quale apponebat antiquis regũ, & imperatorꝫ statuis. Dicitur autẽ Lorica, velut cõnexa loris. Squalebat ferri laminis, vt crustis cochlearum. Vitruuius. Non patiet lorica testacea lædi latera. Modestus. Centuriones nimium bellicosas loricas trãsuersis cassidum cristis (vt à suis facilius noscerent) habebãt. Martialis. Inuia Sarmaticis domini lorica sagittis. Hinc loricare est armare, seu loricam induere. Plinius de Ichneumone in Aspidẽ certaturo. Mox (inquit) vbi pluribus eodẽ modo se coriis loricauit, in dimicationẽ pergit.


11 ℭ Vmbo dicit pars clypei eminentior. Capit & pro toto clypeo. Virg. lib. 10. Sed sustinet ęreus vmbo. Statius libro decimooctauo Euboicũ duris rũpunt vmbonibus agmẽ

ℭ Diuersa nomina ad militiã spectãtia.

1	Exercitus		Ordinarii		Liticines
	Tribuni		Augustales		Aenatores
	Russuli		Aquiliferi	11	Mensores
	Rutili	7	Imaginarii	13	Torquati
	Flexumines		Signiferi		Candidati
	Trossuli	8	Tesserarii	14	Antesignani
	Myrias	9	Campigeni		Vexillarii
2	Legio	10	Metatores	15	Aquiliferi
3	Cohors		Beneficiarii	16	Draconarii
4	Turma		Librarii	17	Primipilus
5	Phalanx	11	Tubicines	18	Manipulus
6	Hastati		Cornicines	19	Nauarchus
	Pilani		Buccinatores	20	Bellatores

	Imbelles	38	Lancearii	Megiſtanes
21	Velites		Doryphori	Monarcha
22	Peltati		Machęrophori	Dinaſtes
23	Cataſracti		Enſiferi	Hecatontarch
24	Haſtati		Sariſſophori	Nauarchus
25	Scutati		Spathiferi	Strategus
	Cetrati		Mucronigeri	Archipolis
	Clypeati		Cultriferi	Agoronamus
26	Ferentarii		Teligeri	Eparchus
27	Arcitenentes		Iaculiferi	Ethnearches
	Sagittarii		Spiculigeri	Genearcha
28	Zoarchus		Haſtigeri	Irenarches
	Therarchus		Haſtiliferi	Philarchus
	Ilarcha		Vrbiniferi	Coſmoarchus
	Chiliarcha		Tortores	Democraticus
	Nyriarcha		Scorpionarii	Ephorus
29	Tyrones		Baliſtarii	Decearchus
30	Claſſiarii		Arcubaliſtarii	Decarchus
31	Rorarii		Colubrinarii	Tetrarcha
32	Exauctorati		Funditores	Dubenus
33	Gregarii		Pyrobolarii	Trierarchus
34	Triarii		Clauigeri	Demarchus
35	Elaphri	39	Imperator	Archon
36	Accenſi		Rex	Suffes
37	Dimachæ		Dominus	

EXPLANATIO.



1 Xercitus dicitur magnus militũ numerus, ab exercitatione. Cui præeſt, qui legiones cum ſuis auxiliis cõminiſtrat. Eiuſq; officium conſiſtit non ſolum in danda, ſed ẽt obſeruãda diſciplina. Is vocabatur à Romanis tribunus militaris, cui iubebãtur parere milites. Eius intererat milites in caſtris cõtinere, ad exercitationes ꝓducere, claues portare, vigilias interdũ circuire. Annonæ & cõmeatibus conſulere, cõpeſcere tumultus militares, delicta ſecundum authoritatem caſtigare, audire cõmilitonum querimonias,

& id multa genus alia. Dicebatur aũt tribunus à tribu, q̃m Romulus primus milites ex tribu legit. Tribunorum militũ alii dicebãtur Ruffuli, qui creabãtur in exercitu. Alii comitiati, qui designabãtur in comitiis. Dicti sunt & Rutili, quod Rutilius Ruffus legem de his creãdis ab exercitu, q̃nq; tulerit. Equestris ordinis nomen sæpe mutatum est. Nam qui ad equitatum trahebãtur primum Flexumines, postea Trossuli dicti sunt, quum oppidũ in Thuscis eo nomine soli sine peditatu cepissent. Miles suberat centurioni, Centurio tribuno, Tribunus legato, Legatus Consuli, Consul dictatori. Cẽturio centũ peditibus pręerat. Is erat, quẽ nunc primipilum dicimus. Myrias continebat decem millia, Hinc Myriarches, qui decem millibus præest.

¶Legio à delectu militum dicta est authore Nonio. Romanorum legiones habebãt singulæ sena millia, & interdum amplius, vbi res postulabat. Differebant aũt ab auxiliatoribus. Nam auxiliatores conducebantur ad prælium ex diuersis locis, nec disciplina inter se, nec notitia, nec affectione consentientes, aliisq; institutis vtentes, & dissimili armorum vsu. Iungebãturq; legionibus adminiculi nõ principalis subsidii loco. Legio aũt propriis cohortibus cõstabat, habebatq; grauis armaturæ principes hastarios, triarios, & antesignanos, Item leuis armaturæ ferentarios, sagittarios, funditores, balistarios, vt p̄prios, vnoq; animo & pari cõsensu castra munientes. Erat in legionibus tanta armorum exercitatio, & fiducia, vt nuñq legatur plures fuisse legiones, quam duæ. Qui legionũ matriculis inseri volebant, hoc est numerari inter legionarios, solebãt iurare, idq; sacramentũ dicebatur. Iurabãt aũt per deos, & imperatoris maiestatem se fidẽ seruaturos inuiolatã, æternũq; famulatum suo principi exhibituros, militiã nunq̃ deserturos, nec recusaturos mortem pro Rep. Habebat legio decem cohortes. Quarũ prima habebat pedites. 1105. Equites loricatos. 132. Secũda pedites. 555. Eqtes loricatos. 66. Tertia pedites. 555. Equites itidẽ. 66. Quarta pedites. 600. Equites. 66. Quinta totidem. Hæ autẽ primæ ordinabant in prima acie, tanq̃ magis strẽnuę. Sexta pedites. 555. Equi-

tes.66. Septima pedites.551. Pedites.56. Octaua, nona, & decima singulæ totidem. His decē cohortibus perficiebaẗ legio, quæ habebat peditū.6000. Equites.731. A numero, & ordine legionum milites dicebātur Primani, Secūdani, Decumani, primæ & secundę, aut decimæ legionis.

3 ¶ Cohors diuidebaẗ in.50. manipulos. Manipulus in.25. milites. Manipulum aūt Varro ait esse minimam exercitus manum, quæ vnum sequitur signum. De quo verbo Ouidius. Illa quidē fœno (sed erat reuerētia fœno, Quantum nunc aquilas cernis habere tuas) Pertica suspensos porta bat lōga maniplos. Vnde maniplaris nomina miles habet. Lucanus lib.1. Conuocat armatos exemplo ad signa maniplos. Hinc maniplares milites dicti à manipulo fœni qd̄ sequebantur. Cohortem Ephorus apud Plutarchum affirmat qngentos esse viros, Callisthenes vero septingentos. Quidam alii (inter quos est Polybius) nongentos.

4 ¶ Centuria dicebatur centenarius militum numerus, cui qui præerat, vocabatur centurio.

¶ Constabat Turma ex.32. equitibus. Varro turmam ait dictam esse mutata e in v, quasi ternam, quod terdeni milites ex tribus tribubus Lucerum, Rhamnium, & Tatiensiū fiebāt. Sidonius vocat turmas terrificas decenti epitheto, vbi ait, Et iam terrificis diffuderat Attila turmis In campos se Belga tuos. Horatius minaces, æratas & alipedes, Sylli⁹. Hastatas Valerius Flac. Cristatas Claudianus, Pugnaces Sabellicus, vagātes Lucanus. A turma fit aduerbiū turmatim.

5 ¶ Phalanx dictio est Macedonica quadratā aciē, & cuneū militarē ꝓprie significans, qñ pes pedi, clypeus clypeo, vir viro in acie conserebaẗ, qui mos erat Macedonū peculiaris. Curtius. Macedones inquit phalangē vocant peditum stabile agmen, quum vir viro, & armis arma cōferta sunt. Capitur tñ pro quouis exercitu. Virgilius lib.6. Aeneidos. At Danaum ꝓceres, Agamēnoniæq; phalanges, Vt videre virum. Stroza filius. It noctes animosa phalanx, innexa trilici Pectora thoracum tunica. Quoniam autē vocabulum est Macedonicum phalanx, ꝓprio epitheto vocatur Sarissigera à Sarissis Macędonū hastis. Quintianus i Cleopoli.

Regna Sarissigerasq; simul ductare phalanges.
6 ¶ Porro aūt Hastati dicunt, qui pugnant Hastis. ſ Pilani q pilis. ſ Ordinarii dicunt, qui in prælio præsunt, & primos ordines ducunt. ſ Augustales dicebantur, qui ab Augusto ordinariis iuncti fuerāt. ſ Aquiliferi, qui portabant aquilā Romanoꝝ insigne. Lucanus. Pares aquilas, & pila minantia pilis. Constat (inquit Suetonius) Augustum Aquilifero legionis suæ grauiter saucio, aquilam humeris subiisse.
7 ¶ Imaginarii, vel Imaginiferi, qui imperatorum portabāt imagines. ſ Signiferi, qui signa portant.
8 ¶ Tesserarii, qui tesseram per contubernia militum nunciant. Tessera autem vocatur pręceptum ducis, quo ad bellum, aut aliquod aliud opus mouetur exercitus. Tranquillus in Galba. Soleni forte spectaculo plaudentes inhibuit data tessera, vt manus penulis continerent.
9 ¶ Campigeni dicuntur antesignani, ideo quod eoꝝ opera, atq; virtute exercitii genus crescit in campo.
10 ¶ Metatores, qui præcedentes locum deligunt castris.
¶ Beneficiarii, q tribunoꝝ beneficio promouentur.
¶ Librarii, q in libros ratiōes ferūt ad milites ptinentes.
11 ¶ Tubicines, Cornicines, Buccinatores, qui tuba, æreo cornu, vel buccina cōmittere solent pręlium, vt liticines, qui lituo canunt. Marcellinus. Post exactum iam diē occinete liticine reuocatus inuictissimus miles, ꝓpe supcilia Rheni tendebat. Dicunt ēt ænatores. Suetonius in Cæsare dictatore. Inter eos (inqt) & ęnatores, rapta ab vno tuba prosiluit ad flumen. Marcellinus. Quū supesset exiguū noctis, ęnatoꝝ clangore ductore vrbē, vt mox casurā terribili corona cinxerūt. Buccinatores authore Vegetio ornamētum erant totius legionis in ingressu conflictus, & eius reditu. Hinc per metaphorā buccinator ꝓ laudatore solet accipi.
¶ Mensores, qui in castris demetiunt loca, in qbus tentoria milites figāt, vel hospitia in ciuitatibus præstent.
12 ¶ Torquati simplares, & torquati duplares, qb⁹ torqs aureus solid⁹ virtutis fuit pmium, quē q meruisset, pter laudē interdū duplas cōsequebat annonas, duplares, duas.
¶ Candidati milites dicunt, q priuilegiis muniunt, reliqu

vocant municipes, qđ pp munera facere militiã cogantur. Municipes.

14 ¶Antesignani dicebãtur milites, q erant ante signa, quos tanq̃ duces reliqui sequebãtur. Apuleius. Antesignani nostri partem (qua manus humerum subit) ictu per articulũ medium temperato prorsus abscidimus.

¶Vexillarii & vexilligeri, q vexillũ gerũt. Idẽ Apul. Tunc itaq; (inqt) sublimis ille vexillarius nr Lamathus T. Liuius. Ordo (inqt) sexagenos milites, duos Cẽturiões, vexillariũ vnũ habebat. Idẽ author est sub vno vexillo fuisse hoies. 180. Vexillationes antiqui nominauerũt alas equitum. Vexilligeri. Vexillari

15 ¶Eadẽ ratione Aquiliferi dicebant, q aquilas Romanorum signa ferebãt. Sueto. in Cęsare dictatore. Inclinatã (inquit) aciẽ solus sæpe restituit, obsistẽs fugiẽtibus, retinẽsq; singulos, & cõtortis faucibus cõuertẽs in hostẽ, & qdẽ adeo plenũq; trepidos, vt aqlifero morãti cuspide sit cõminatus.

16 ¶Draconarii qui dracones ferebãt in vexillis, vt aquilas. Claudianus. Stant bellatrices aquilæ, sæuiq; dracones. Primum signum (inquit Vegetius) Legionis est aquila, quam aquilifer portat. Dracones etiam per singulas cohortes à Draconariis feruntur ad prælium.

17 ¶Primipilus seu primipilaris, dicebat centurio. q. 4. centurias id est. 400 milites regebat i acie prima, eratq; caput legiõis. Trãquillus in Tiberio. Quũ (inqt) Pollẽtina plebs funus eiusdem primipilaris nõ prius ex foro misisset. Idẽ in Caligula. Testamenta primipilarium (qui ab initio principatus, neq; illum, neq; se hæredem reliquissent) vt ingrata rescidit.

18 ¶Manipli seu Maniplares dicebant signiferi, q imperãte Romulo, quũ Romani Latini sub vno centurione bellum aggressuri essent, Maniplo herbę hastę alligato pro signo vtebant. Ouidius. Vñ maniplaris noia miles habet. Maniplares.

19 ¶Nauarchus dicebatur nauis princeps, qui in bello naualiremigibus & militibus exercendis quotidianam curam & iugem exhibebat industriam.

20 ¶Bellatores qui ad decertãdum instruuntur, armisq; aduersarium inuadunt.

¶Imbelles in exercitu dicuntur, qui sequuntur copias ad

aliũ quã conflictus vſum, vt medici, tabernarii & ſerui.

21 ¶Velites dicunt leuiſſimæ armaturæ milites. Hi loricam non induebãt, nec ocrea muniebantur. Non clypeum aut ſcutum graue ferebãt, ſed telis tm̃ vtebãtur & ſagittis. Ouidius in Ibin. Vtq; petit primo plenum flauentis arenę Nõdum calfacti velitis haſta ſolum. De velitibus videt intelligere Cæſar apud Suetonium loquens, Scitote (inqt) pauciſſimis his diebus regem affuturum cum decẽ legionibus equitum. Triginta leuis armaturæ. A velitibus fit velitari verbum, id eſt leuiter contendere, & velitatio leuis contẽtio. A leui armatura velites aliter dicebãtur expediti.

22 ¶Peltati inter leuis armaturę milites numerabant à Pelta breui paruoq; ſcuto, quo vtebantur cum contis Sariſſa paulo breuioribus.

23 ¶Catafracti dicunt qui non ſolum ſua corpora, ſed etiam quos lorica vndiq; muniunt, Hos Marcellinus Catafractarios vocat, vbi ait. Et ne qua interueniret mora, adhibitis catafractariis ſolis & balliſtariis parum ad tuẽdum rectorẽ idoneis, præcurſo eodẽ itinere ad arua Succorũ peruenit. Eſt etiã catafracta militaris lorica, ſiue thorax. De Catafractis Marcellinus. Sparſiq; (inquit) Catafracti eqtes (quos clibanarios dictitãt) perſonatim thoracum muniti Ligaminibus, & lumbis ferro cinctis. Idem inter quas (inquit) Catafractarii erãt, ſagittarii, formidabile genus armorũ.

24 ¶Haſtati dicuntur, qui manus conſerunt, & cominus haſta decertant, vnde & Tranquillus in Caligula haſticos vocat ludos, qui haſta conficiebãtur.

25 ¶Scutati Cætrati & clypeati, q ſcuto & clypeo ſe præmuniunt. Nam Cætra ſcutum eſt breue & loreum, quo (vt iã diximus) vtebãtur Afri & Hiſpani. Sylius. Barbarica plaudentem carmina Cætra. Frequẽs eſt apud Liuiũ Cętratorũ mẽtio, Scutatos Marcellinus & Scutarios vocat. Nec Scutarios (inqt) adeſſe didicerat. Item Suetonius in Auguſto, Affuit & cliẽtibus, ſicut Scutario euocato quodã ſuo. Scutigerulus à Plauto dicit armiger, qui gerit ſcutũ domini ĩ bello. De clypeatis, Marcellinus. Et incedebat hinc inde ordo geminus armatorum clypeatus & criſtatus.

¶Ferentarii

26 ℭ Ferētarii equites dicunt̄, q eminus solēt dimicare, quorum alii iaculis, alii arcu vtuntur. Ferentarii ēt dicebant̄ ab auxilio ferēdo, erantq̃ leuis armaturę milites excursu leues, armis grauibus nō īpediti, ense tm̄ & telis istructi. Salustius. Postq̄ eo vētū ē, vn̄ à Ferētariis pliū cōmitti posset.

27 ℭ Arcitenentes & Sagittarii qui arcu vtuntur & sagittas intorquent, vocantur etiam sagittiferi.

28 ℭ Vbi pugnabat̄ Elephātis, qui vni tm̄ prçerat vocabatur Zoarchus, ab aïalis p̄fectura, Qui tribus Terarchus, Qui quattuor Epiterarch⁹. Qui octo, ilarcha, Generali vocabulo Elephātorꝫ p̄fect⁹ dr̄ Elephātarcha, author Aelian⁹. ℭ Chiliarchę dicebant̄, q mille militibus prçerāt. Chilias enim dicit̄ Millenarius numerus. Curtius lib. 5. Nouē qui fortissimi iudicati essent singulis militū millibus prçfecturi erāt, Chiliarchas vocabāt. ℭ Myriarchę q decem millibus prçerāt. Herodotus lib. 7. Chiliarchas id est tribunos q mille, & Myriarchas q decem millibus præsunt, delegerant.

29 ℭ Tyrones dicuntur noui milites, fortes tn̄ & robusti ad perferendos labores militiæ, quorꝫ prima exercitatio vocat̄ Tyrocinium, velut rudimentū. Vnde & Tyrunculi dicunt̄ ēt, qui sunt rudes in re aliqua. Trāquillus in Cæsare. Tyrones neq̧ in ludo neq̧ p lanistas, sed in domibus per eqtes Ro. ac ēt per senatores peritos armorꝫ erudiebat. Idem in Nerone. Tyrunculum militē positum ad custodiā aditus quum eū ornari & vinciri cathenis, sicut argumentū postulabat, videret. Hieronymus in fœmíneo genere. Tyrunculas puellas vocat. Tyrocinium etiā præter illud militare rudimentum, dicebatur ab eruditis, quum adolescentuli togam sumebāt, & ponebāt barbam, eloquentiamq̧ in foro auspicabātur, Nam tunc etiam dicebātur Tyrones. Seneca in Decla. Ille in foro primū dicturus, Tyro dictus est.

30 ℭ Classiarii dicebant̄ buccínatores, q cornu ducebāt exercitū, quiq̧ Classicū canebant īperatore p̄ente. Classiarii ēt dicunt̄ remíges, & frequētius milites ī classib⁹. Cor. Tacit⁹. Anicetū centuriōe classiario comitatū. Trāquillus ī Cęsare Tyberio. Vn̄ dānatos post longa & exq̄sita tormēta p̄cipitari corā se in mare iubebat, excipiēte Classiariorꝫ manu.

31 ℭRorarii teſtimonio Varronis dicebant, qui primi oĩum in cõflictũ ꝓdibant, erantq; leuis armaturæ, vt velites, Nec dimicabãt acriter, ſed leui quadã contentione prælĩũ tentabant, queadmodũ ros prius inchoat, quam pluuia.

32 ℭExauctorati milites dicebant, q obligatione militari & ſtipẽdio ſoluti erãt, habuerãtq; miſſionem. Hoc aũt verbũ qñq; in malam partem capit, vt apud Lãpridium, q ſcribit Alexãdrum tumultuãtes legiones exauctorauiſſe. Nã orta quondam ſeditiõe militari, nõ timuit cõſcendere tribunal, & oratione ſeueriſſima tumultuãtes increpare, quãuis oẽs armati circũſiſterẽt. Poſtremo illis adhuc fremẽtibus quũ inclamaſſet, diſcedite, arma deponite, oẽs depoſitis armis ſagu'iſq; militaribus ad diuerſoria receſſerunt. Tunc vnam legionẽ totam exauctorauit, quã mox loco ſuo reſtituit. Simile eſt dictum Tranquilli de Cæſare dictatore ſcribentis, Nonam legionem apud Placentiam q̃q̃ adhuc in armis Pompeius eſſet totã cum ignominia miſſam fecit.

33 ℭGregarii milites dicebant vulgares nõ electi. Tranqllus ĩ Auguſto. Nã quũ ſpectaculo ludoꝝ gregariũ militẽ i. 14 ordinibus ſedentẽ excitari per apparitorẽ iuſſiſſet.

34 ℭTriarii milites erãt oĩum fortiſſimi, q in poſtrema legionũ parte collocabãt. In his aũt ſita erat tota ſpes & vltimũ ꝑfugium. Erant oĩ armoꝝ genere inſtructi, Genu poſito ſubſidebãt, vt ſi primã aciẽ vinci cõtigiſſet, ab his integrato prelio victoria repararet. De his modeſtus ad hũc modum ſcribit. Hi vt reqeti & integri inuaderent hoſtes, poſt vltimas acies ſedere cõſueuerũt, & ſi qd in primis ordinibus accidiſſet, de eoꝝ viribus reparationis ſpes tota pẽdebat. Hinc formatũ adagiũ. Res ad triarios rediit, vbi prope deſperat victoria, reſq; eo periculi redacta eſt, vt extremo conatu ſummiſq; viribus ſit enitendũ, quibus ſi nihil proficiat, iam nullus relictus eſt effugii & ſalutis locus.

35 ℭElaphri dicebantur equites leuiter armati, qui diſcurſu faciles erant, iaciebantq; miſſilia ſeu ſagittas.

36 ℭAccẽſi dicebant q miniſterio ac ſeruitio publice adiiciebant legionibus, quũ fas nõ eẽt milites (q pecunia publica alebãtur) cuiq̃ ſeruire, dicebãturq; accẽſi velut accedẽtes.

17 ¶ Dimachæ dicuntur, q duplici pugnæ genere decertãt, equo scilicet, & vt pedites, vbi regio nõ est apta equitatui. Hos primo ferũt institutos ab Alexãdro, q ẽt triginta puerorum millia, ad militatẽ disciplinam curauit instruenda.

18 ¶ Finguntur etiam quandoq; huiusmodi nomina à nominibus telorum vt Lanceatii, Doryphori id est spiculatores, Dory enim Græce, lanceam significat latine. Tranquillus in Nerone. Et quum affatim desæuisset, vt conficeretur à Doryphoro liberto.

¶ Machærophori à ferendis Machæris gladiis. Cicero, Machærophoris centũ sequentibus miros risus nobis ediderat. Ensiferi à ferẽdis ensib⁹. Sarissophori à Sarissis, quas Macedonum hastas esse diximus. ¶ Spathiferi à Spathis.

¶ Mucronigeri, Cultriferi, Cultelliferi, Teligeri, Teligeruli, Iaculiferi, Iaculatores, spiculiferi, spiculatores, Hastigeri, hastiligeri, Vrbiniferi eadem forma dicũtur. ¶ Tortores quandoq; dicuntur, qui lapides tormẽtis iaciunt. Vnde & tortores balistarum vocat Ammianus.

¶ Scorpionarii qui scorpionibus seu machinis iaculãtur. Eiusdem notæ sunt Balistarii, Arcubalistarii, Colubrinarii. ¶ Funditores & fundibularii, qui funda lapides intorquent. Sallustius. Ipsa cum expeditis cohortibus adhuc funditorum & sagittariorum delecta manu.

¶ Pyrobolarii qui ignitas glandes tormentis eiaculantur. ¶ Clauigeri à ferẽda Claua, græce vocant Corynophori.

19 ¶ Sunt & quædam principatuum & præfecturarum nomina vt Imperator, Rex, Dominus, qui in malam partem olim accipiebatur pro tyranno. Virg. Vendidit hic auro patriam, dominumq; potentem Imposuit. ¶ Megistanes dicũtur proceres & primates. Cor. Tacitus. Et Megistanes Armenios, (qui primi à nobis defecerant) pepulit sedibus. ¶ Monarcha seu Monarches vnicus omnium princeps, & Monarchia principatus ipse. ¶ Hecatontarchus centum hominum vel ciuitatum princeps.

¶ Dynastes dominus regni, Dynastia potentatus. Cicero ad Atticum. Erit nebulo iste cum istis Dynastis in gratia. ¶ Nauarchus princeps nauis.

Stratagea ¶ Strategus dicitur præfectus militaris, & Stratagea præfectura ipsa. Vnde & legimus Thraciam fuisse diuisam in Stratageas.xo. Ita enim vocant præfecturas.

¶ Archipolis princeps ciuitatis. ¶ Agoranom⁹ apud Plautum vocatur ædilis, vbi ait in Captiuis. Hunc fecerunt sibi Aetoli Agoranomū. ¶ Eparchus dicitur prouinciæ præses. Eparchia Eparchia, puīncia. ¶ Ethnearches princeps gētis. ¶ Ethnearchia principatus. ¶ Genearcha generis princeps. Genesis generis est generatio. ¶ Irenarches seu Irenarcha, qui præficitur in Irenarcha ciuitate ad auferendas discordias, pacandosq; tumultus ciuiles. ¶ Philarchus amator imperii, Latine dici potest imperii candidatus. ¶ Cosmoarchus mūdi princeps. ¶ Democraticus qui fouet principatum populi. Democratia Democratia populi principatus. ¶ Ephorus dicitur præfectus & superinspector. Ephori magistratus erāt tales apud Lacedæmonios, Ephori quales apud Romanos Tribuni plebis Cicero libro tertio de legibus. Quare nec Ephori Lacedæmone sine causa à Theopompo oppositi regibus nec apud nos consulibus tribuni. ¶ Dicearchus iustus princeps. ¶ Decarchus qui decem preest militibus. ¶ Tetrarcha, qui quartam regni partē obtinet. ¶ Dubenus apud antiquos capiebatur pro domino. Pacuuius. Tum dubenus seruos ligatos pessime verberat. ¶ Trierarchus p̄fectus triremis. Cicero actione.3.in verrē. Qua de re Charidemū Chium, testimoniū priore actione dicere audistis, quum esset Trierarchus.

Archon. ¶ Demarchus populi princeps, q tribunus plebis. Archon Suffes. summus erat magistrat⁹ Athenis, sicuti Carthagini Suffes, Dictator. Romæ dictator. De Suffete Liuius lib.28. Mago ad colloquium Suffetes Gaditanorū, qui summus est pœnis magistratus, cum quæstore elicuit, laceratosq; verberibus cruci affigi iussit.

¶ Sagittarii & Iaculatores peritissimi.

1	Apollo	3	Chorineus	6	Lycotas
2	Hippocon		Asylas	7	Mopsus
	Mnesteus	4	Acastus	8	Ilerdes
	Eurytion	5	Paris	9	Alcon

10 Enarus
11 Deucalion
12 Aethalides
13 Catenes
14 Domitianus
15 Toko
16 Aspar
17 Hercules
18 Eurytus
19 Cómodus
20 Andreas Agida rius
21 Getæ
22 Scythæ
23 Ithyræi
24 Parthi
25 Sarmatæ
26 Cretenses
27 Dictæi
28 Gnosiaci
Gortyniadi
29 Cydonii
30 Orientales
31 Lycii
32 Erithræi
33 Scoti
34 Gothi
35 Arimaspi
36 Aetoli
37 Balearici

ℭ EXPLANATIO.

1 INter sagittarios pncipē locū obtinet Apollo, quem ideo poetæ sagittiferum & sagittipotē tem dicunt. Vnde Claudianus. Mars clypeo melior, Phœbus præstantior arcu. Horatius lib. I. Carminū. Nec te metuēde certa Phœbe sagitta. Valerius Flaccus. Arcupotens aduerte precor nunc deniq; Apollo.

2 ℭHippocoon, Mnesteus, Eurytion sagittarii fuerūt, qui teste Virgilio contenderunt de palma, & vna iaculati sunt in ludis illis exequialibus, quos Aeneas ad tumulū patris Anchisæ celebrauit, cum relicta Africa in Italiam nauigaturus rediit per Siciliam. Verba autem poetæ sunt hæc.

Hyrtacidæ ante omnes exit locus Hippocoontis,
Quem modo nauali Mnesteus certamine victor
Consequitur, viridi Mnesteus euinctus oliua.
Tertius Eurytion, tuus o clarissime frater
Pandare, qui quondam iussus confundere fœdus,
In medios telum torsisti primus Achiuos,
Tunc validis flexos incuruant viribus arcus.

ℭIdem Virgilius li. 9. ait Chorineū Italum fuisse peritum iaculatorem, Asylam vero Troianum, arcu & sagittis nobilem. Hęc aūt eius verba. Emathiona Liger, Chorineum sternit Asylas. Hic iaculo bonus, hic longe fallēte sagitta.

4 ℭAcastus venator fuit sagittis clarus, q cū Meleagro ad

occidendũ aprũ)qui Calydona vastabat,pfectus est. Ouidius li.8.Meta.Leucippusq; ferox,iaculoq; isignis Acast⁹.

5 ¶Fuit Paris adeo sagittandi peritus, vt Achillẽ solo pede vulnerabilem telo traiecerit. Virgilius lib.6 Aeneid. Dardana q Paridis direxti tela, manusq; Corpus in Aeacidæ, magnas obeuntia terras. Ouidius in Epistolis.Paridem sic loquentem inducit. Ne ve putes,nõ me misi cõminus esse timendum. Figitur in iusso nostra sagitta loco. Statius libro tertio Syluarum. Sic fixum Paridis manu potẽtis Peliden Thetis obruit cadentem.

6 ¶De Lycota Ouidius li.12. Iaculatorẽq; Lycotã Sternit.

7 ¶Mopsum Cretensem ab arte sagittandi commendat Syllius Italicus lib.2.his verbis.

Cres erat ærisonis Curetum aduectus ab antris,
Dictæos agitare puer leuioribus arcus
Pennata saltus assuetus arudine Mopsus.
Ille vagam cœlo demisit sæpe volucrem,
Ille procul campo linquentem Retia ceruum
Vulnere sistebat,rueretq; inopina sub ictu
Ante fera incauto,quam sibila poneret arcus,
Nec se tum pharetra iactauit iustius vlla,
Eois quãquam certet Gortyna sagittis.

8 ¶Ilerdes fuit iaculator quispiam,qui tam certis iaculabatur ictibus,vt etiam volucres in medio aere tantum percuteret. Syllius. Iam socius volucresq; vagas deprehendere nube Assuetus iaculis idem & bellator Ilerdes, Cui ludus nullam cursu non tolere damam.

9 ¶Alcon Cretensis fuit sagittarius,cuius filium quũ rapuisset Draco,tanta arte sagittã direxit, vt illæso filio Draconem ipsum confecerit. Val. Flac.lib.1. Argon. Vacua nam lapsus ab arbore,paruũ Ter quater ardenti tergo circũuenit anguis. Stat procul intendens dubiũ pater anxius arcũ. Sidonius.Vetuisses Castora frenos, Pollucem cęstus,Alconem spicula nosse.Politianus in Epigrãmatis.

Vidit & implicitum puero pater anxius anguem,
Intendit dubia cornua flexa manu.
Inq; feræ fauces calamum sic torsit,vt audax

Terruerit natum non minus angue senex.
Sed nunquam pius errat amor, puer hoste perempto
Saluus erat, stupuit morte direpta salus.
Victor ab hac pharetram quercu suspendit & arcum,
Fortunæ atq; artis quæ monumenta suæ.

10 ℭ Saxo grãmaticus scribit Enatũ fuisse sagittariũ magno corporis artisq; robore prēditũ, q tanto rigore arcũ inten- debat, vt excussum ab eo iaculũ nulla reru duricia sisteret, quo minus citato motu, vniuersum penetraret obstaculũ. Enatus.

11 ℭ Deucalion Hyperēsii filius ex Hypso nympha, fuit etiã peritus sagittarius. Valerius Flaccus libro primo Argon. Deucalion certus iaculis.

12 ℭ Aethalides prēco fuit insignis, qui pp eloquentiã Mercurii filius creditus est. Hunc ẽt telis claruisse testis est Val. Flac. lib. 1. dicens. Hic numerosa phalanx, proles Cyllenia certus Aethalides subitas neruo redeũte sagittas Cogere.

13 ℭ Catenes miles fuit, qui ictibus adeo certis destinata feriebat, vt aues quoq; ab ipsis nubibus exciperet. Author Curtius lib. 6. de gestis Alexandri.

14 ℭ Fuit Domitianus imperator doctus adeo sagittarum, vt inter distentos viri pcul positi digitos tela transmitteret. Author Sextus Aurelius. Trãquillus ait centenas varii generis feras in albano secessu sagittis pleramq; ab eo cõfossas multis videtibus. Ex industria ita quarũdã capita nonnunq̃ figebat, vt duobus ictibus, quasi cornua effingeret. Nonnunq̃ in pueri procul stantis præbentisq; pro scopo dispensam dextrē manus palmã, sagittas tanta arte direxit, vt oẽs per interualla digitoꝝ innocuæ euaderent.

15 ℭ Toko miles fuit quispiã authore Saxone, doctus adeo sagittator. vt sermone inter conuiuas temulentius habito iactauerit tanto iaculandi vsu se præditum, vt exiguũ quãlibet pomum, baculo procul & longissime remoto superpositum prima spiculi directione feriret.

16 ℭ Pontanus Asparem quendam Garamanta à præstantia torquendorum missiliũ his verbis cõmendat. Hinc Aspar Garamas, quo non præstantior alter Aut torquere manu iaculum, aut dare vulnera funda. Aspar

17 ¶ Docuit Hercules, quanta sagittandi arte clareret, dum Centaurum Nessum quãuis remotum & ceruam æripedẽ certo traiecit ictu, Harpyasq; volucres in medio confecit aere, dicẽte Seneca. Petiit ab ipsis nubibus Stymphalidas. Et alibi. Tẽsus hac arcus manu Astris ab ipsis detulit Stymphalidas. His ego citatam gressibus vici feram, Radianti clarum fronte gestantem caput.

18 ¶ Eurytus rex Oechaliæ pater Ioles Herculem sagittandi artem docuit.

19 ¶ Cõmodus imperator Faustinæ & Marci principis filius centum ictibus in arena totidem feras strauit, tam validis viribus, vt multas vno conficeret ictu. Adeo certa fuit illi manus, vt quicquid oculo destinasset, iaculo & sagitta cõtingeret. Herodianus lib. 1. & Sabellicus in exemplis.

¶ Nihil erat tam paruum tamq; exiguum, quod plũbea Aenei tormenti pila non concuteret Andreas Agidarius, si illud populo consequi posset. Sabellicus in Exemplis.

20 ¶ Getæ Scythæ, Ithuræi, Persæ seu Parthi, Sarmatæ, Cretenses, Arimaspi, & omnes prope Orientales arcu & iaculis claruerunt.

21 ¶ De Getis Scythiæ populis Ouidius lib. 5. de Trist. Sarmaticæ maior, Geticæq; frequentia gentis, Per medias in equis itq; reditq; vias. In quibus est nemo, q non Coryton & arcum, Telaq; vipera lurida felle gerat. Idẽ. Iũcta pharetratis Sarmatis ora Getis. Et lib. 1. de Ponto. Dura pharetrato bella mouente Geta. Hinc arcus Geticus. Idẽ lib. 3. de Ponto. Ipse quidem Getico peream violatus ab arcu. Et sagitta Getica. Idem in Ibin. Deniq; Sarmaticas inter, Geticasq; sagittas.

22 ¶ De Scythis Septentrionalibus populis Claudianus. De spoliis Scythicos arcus, aut rapta Gelonis Cingula. Plini⁹ lib. 4. Vt sit plane arcus Scythici forma.

23 ¶ Ithyra seu Ithura vrbs est in Tauro monte Parthiã versus, cuius habitatores Ithuræi arcu & sagittis claruerunt, quod queadmodũ i cæteris arguit poetarũ epithetis, qui arcũ vocãt Ithureum, sagittas Parthicas, neruos Geticos, pharetras Sarmaticas & ita in ceteris. Sabellicus in Oracu-

lo. Quæ turba pharetris Certat Ithureas sumptis imitarier artes. Mantuanus in Fastis. Rostraq; Ithyræo iactare Cydonia neruo. Lucanus libro septimo. Ithuræis cursus fuit inde sagittis.

24 ¶ Parthi seu Persæ Orientales populi, sagittis claruerūt, vt fugientes à tergo iacularent, auersiq; sequētes hostes lęderent perinde ac aduersi, vt iam diximus. Lucanus. Ocyor & missa Parthi post terga sagitta. Mantuanus in Alphonso, nec Parthica tanto Agmine p cœli nubē se fundit arundo. Catullus. Siue in Hyrcanos, Arabasq; molles, Seu Sacas, sagittiferosq; Parthos. Ouidius lib. 1. de Reme. Vince Cupidineas pariter, Parthasq; sagittas. Io. Fran. Mirādula. In molli pharetratæ Persidos vrbe.

25 ¶ A Sarmatis Scythiæ populis doctissimis iaculorū, Arcus vocat Sarmaticus. Ouidius lib. 1. de Ponto. Moris oblitus patrii contendere discā Sarmaticos arcus. Idem. Aut ego Sarmaticas videor vitare sagittas. Martialis lib. 7. In via Sarmaticis domini lorica sagittas. Seneca in Thebaide. Sagitta qualis Parthica velox manu Excussa fertur.

26 ¶ Cretenses oēs hac etiā arte clarissimi extiterūt. Virgilius in Cyri. Attica Cretæa sternebant rura sagitta. Apuleius libro vndecimo. Inde primigenii Phryges Pesinunticā nominant domini matrē. Hinc Authocthones Attici Cecropiam Mineruam, illinc fluctuātes Cyprii Paphiam Venerem; Cretes sagittiferi Dictinam Dianam.

27 ¶ Inter insulæ Cretæ populos, præcipui sagittarii fuerūt Dictæi, Gnosiaci, Gortyniaci, Cydonii à Dicte, Gnoso, Gortyna & Cydone vrbib9 dicti. De Dictæis Syllius li. 13. Dictæa per auras Tranat, & in medium perlabitur vrbis arūdo. Statius lib. 4. Thebai. Dictæaq; tela Ipsam & Amyclæas humeris aptasse pharetras.

28 ¶ De Gnoso & Gortynia vrbibus Cretæ, Lucanus. Gnososq; agitare pharetras Docta, nec Eois peior Gortyna sagittis. Idem. Dictæa procul ecce manu Gortynis arundo. Val. Flac. Plenisq; redit Gortyna pharetris. Pāphilus Sax9. Superat fuga volatus, & Gortyniacas leuis sagittas.

¶ A Cydone Cretæ oppido tela Cydonia dicuntur, quod

eius loci incolæ periti fuerint ſagittarii. Virgilius.Ire libet Partho torquere Cydonia cornu Spicula, tanquam hæc ſit noſtri medicina doloris.Statius lib.7.Theb. Cydonæas anteibunt geſa ſagittas.Claudianus.Quę vires iaculis,vel quum Gortynia tendis Spicula, quam felix arcus, certiq; petitor vulneris, & certū mentiri neſcius ictum, Scis quo more Cydon, qua dirigat arte ſagittas Armenius, refugo quæ ſit fiducia Partho.

30 ℭDe Orientalibus populis Valerius Flaccus libro quinto. Quos neq; iber,neq; tuta ſuis Aurora ſagittis Suſtinet.Per Auroram intelligit Orientales. Sylius libro duodecimo. Eois quanquam certet Gortyna ſagittis. Statius libro tertio ſyluarum Et eoas iaculo damnare ſagittas.

31 ℭLycia regio minoris Aſię populos habuit peritos iaculandi.Vnde Virgilius Lycias vocat ſagittas libro octauo dicens. Ille mihi inſignem pharetram, Lyciaſq; ſagittas Diſcedens,pharetramq; auro dedit intertextam.

32 ℭErithræ quoq; ſiue Erithra Aſiæ ciuitas arte ſagittandi claruit.Sidonius. Forte ſagittiferas Euan populatus Erithras.

33 ℭCrinitus ait Scotos(qui vicini ſunt Britannis)in dirigēdis ſagittis acres eſſe & egregios.

34 ℭPaulus Diaconus ait Gothorum gentem nullo armorum genere magiſq; arcubus vti conſueſſe.

35 ℭArimaſpi populi iuxta Riphæos in torquendis ſagittis (quarum ſunt peritiſſimi) alterum inflectunt oculum, vt altero melius cernant. Hinc & nomen traxerunt. Nam & Ari Scythice vnum,& maſpos oculum ſignificat.

36 ℭFerunt Aetolos populos funditores fuiſſe peritiſſimos, longeq; iaculari ſolitos.

ℭIn Balearibus(quæ ſunt inſulæ maris Hiſpani)primum repertus eſt vſus fundæ, & adeo celebratus, vt matres filios ſuos aliis auibus veſci non paterentur, niſi quas funda fuiſſent adepti. Virg.lib.1. Georg.Stuppea torquentur Balearis verbera fundæ. Statius lib.10. Roboraq; & grauidas fundæ Balearis habenas.

ℭVenatores.

1 Helymus Panopes 2 Lauſus

3	Amycus	11	Crane		Britona
4	Ornitus	12	Adonis	21	Crocus
5	Cephalus	13	Capophorus	22	Hippe
	Procris	14	Priscus	23	Philoctetes
6	Atalanta	15	Aconteus	24	Nicias
	Meleager	16	Mopsus	25	Perdix
7	Abas	17	Orion	26	Melanio
8	Calisto	18	Actæon	27	Endymion
9	Diana	19	Arethusa	28	Gargilius
10	Hippolytus	20	Amimone	29	Mithridates

¶ EXPLANATIO.

1 Elymus & Panopes Acestæ regis Siciliæ comites, venatores fuerunt teste Virgilio libro quinto Aeneidos. Tum duo Trinacrii iuuenes, Helymus Panopesq; Assueti syluis, comites seniores Acestæ.

2 ¶ Fuit & Lausus Mezentii filius, ferarum debellator maximus. Virgilius libro septimo Aeneidos. Lausus equum domitor, debellatorq; ferarum.

3 ¶ Idem vocat Amycum ferarum vastatorem libro nono, vbi ait. Inde ferarum Vastatorem Amycum, quo non felicior alter Vngere tela manu, ferrumq; armare veneno.

4 ¶ Idem libro vndecimo Ornitum quendam inter venatores reponit, his verbis. Procul Ornitus armis Ignotus, & equo venator Iapige fertur.

5 ¶ Cephalus Atheniensis Procridis maritus venator fuit, quem poetæ fabulantur ab Aurora adamatum. Ouidius in Epistola Phædræ. Clarus erat Cephalus syluis, multæq; per herbam Conciderant illo percutiente feræ. Nec tamẽ Auroræ male se præbebat amandũ, Ibat ad hunc sapiens à sene diua viro. Idem lib. 1. Meta. Cephalum sic inducit loquentem, Sum nemorum studiosus ait, cædisq; ferinæ.

6 ¶ Eius quoq; vxor Procris venationi vacasse arguitur testimonio eiusdem poetæ scribentis. Montibus errabat studiis operata Dianæ. De Cephalo Stroza pater. Venandi Cephalo cura minor ne fuit.

7 ℭ Atalāta mulier fuit Arcadica, quæ tumentes vteros fœminarum laboresq́ conceptuum perosa, virginitati ac venationi se totam deuouit, adeo vt immanem aprum toti formidolosum Arcadiæ prima percusserit cum Meleagro. Ouidius lib. 8. Meta. venit Atalante Schœni pulcherrima virgo. Rasilis huic summam mordebat fibula vestem. Crinis erat simplex nodum collectus in vnū. Ex humero pendens resonabat eburnea læuo Telorū custos, arcum quoq́ læua tenebat. Idē. Celerem Tegeæa sagittā Imposuit neruo, sinuatoq́ expulit arcu. Fixa sub aure feri summum distrinxit arūdo Corpus, & exiguo rubefecit sanguine setas. Pontanus lib. 3. de Stellis de eadem sic meminit. Qualis in Aetolum cāpis Meleagria virgo Strauit aprū, primamq́ manu stringente sagittā Intorquens, ausa est spumanti occurrere mōstro, Mox læta & spoliis, famosa & cæde supba.

8 ℭ Abas Centaurus inter venatores reponitur verbis Ouidii libro. 12. scribentis. Et Pholus, & Melaneus, & Abas prædator aprorum.

9 ℭ Calisto Lycaonis regis Arcadiæ filia venatrix fuisse dicitur. Quod docet Ouidius lib. 2. Fastorum.

10 ℭ Dianam poetæ fingunt perpetuo venandi studio duci. Quod ideo fabulant, vt doceāt magnopere his cauendā esse desidiā, quibus curæ est virginitas. Nam (vt inquit Seneca) amor iuuentæ gignitur luxu, Ocio nutrit inter læta fortunæ bona. Et Ouidius. Ocia si tollas, periere cupidinis artes. De Diana idē Ouidius lib. 2. Fasto. Mille feras syluis Phœbe venata redibat. Idem. Inter Amadryadas iaculatricemq́ Dianam. Idem in epist. Phædræ. Arcus & arma tuæ tibi sint imitāda Dianæ. Virg. Notior vt iam sit canibus nō Delia nostris. Vide Senecam in Hippolyto.

11 ℭ Ferunt & Hippolytū Thesei filiū sese in consectādis feris exercuisse studio virginitatis, & ocii vitandi causa. Stroza pater. Segnior Hippolytus syluis canibusq́ vacauit. Phædra apud Ouidiū. Si Venerem tollas, rustica sylua tua est. Et apud Senecā in tragœdiis. Idē familiares, & domesticos inuitat ad venationē dicens. Ite vmbrosas cingite syluas.

ℭ Ouidius lib. 5. Fasto. ait Cranen fuisse nympham lustrā

dis sylvis deditam. Hæc eius verba. Inde sata est Nymphe, Cranen, dixere priores, Nequicq̃ multis sæpe petita pcis. Rura sequi, iaculisq; feras agitare solebat. Nodosasq; caua tendere valle plagas.

22 ¶Adonis Cynaræ ex Myrrha filius dum venaretur, ab apro interfectus est. Ouidius lib. 1. de arte. Cura deæ sylvis aptus adonis erat.

23 ¶Carpophorus fuit Romanus quispiam imperatori Domitiano charissimus pp venādi peritiam. Nam imperator ipse eo studio delectabat adeo, vt si qñ esset ocium nihil curaret ardentius, quā feras insequi. De Carpophoro Martialis lib. 1. Summa tuæ Meleagre fuit, quæ gloria famæ. Est quota Carpophori portio fusus aper? Ille & præcipiti venabula cōdidit vrso, Primus in Arctoi qui fuit axe poli. Strauit & ignota spectādum mole leonem, Herculeas potuit qui decuisse manus. Et volucrem longo porrexit vulnere pardum, Premia quum laudis ferret, adhuc poterat. Idem Martialis. Dorica quā certo venabula dirigit ictu, Fortis adhuc teneri dextera Carpophori. Ille tulit geminos facili ceruice iuuencos, Illi cessit atrox bubalus atq; Bison. Hunc leo quum fugeret, præceps in tela cucurrit, I nunc, & lentas corripe turba moras.

24 ¶Idem lib. 12. ad Priscum venatorem hoc modo scribit. Parcius vtaris moneo rapiente veredo Prisce, nec in lepores tam violentus eas. Sæpe satisfecit prædæ venator, & acri Decidit excussus, nec rediturus equo.

25 ¶Aconteum venatorem fuisse docet Statius lib. 7. Theb. Donec Flāmatus Aconteus Strage virū, cui sueta feras prosternere virtus. Syllius lib. 16. Et cuius nunq̃ fugisse hastilia cerui Prærapida potuere fuga, venator Aconteus.

26 ¶De Mopso Cretensi venatore iam diximus in Cap. de Sagittariis.

27 ¶Orion venator (vt fabulantur poetæ) quū viribus fidēs gloriaret nullā esse ferā, quam non cōficeret, diis insolens verbum vlciscentibus contigit, vt terra scorpionem pareret, à quo vulneratus occubuit. Pāphilus. Errauit, quoniā cecidit venator Orion. Idē. Valle sequebat iaculis venator

Scorpio ex terra natus

Orion, Sæpe vagas ista retibus atq; feras.

18 ℭ Nota est Actæonis fabula, qui Aristæi filius, indignatione Dianæ (quam inter venandum nudam repererat) mutatus in ceruum & à suis canibus dilaniatus dicitur, vt scribit Ouidius libro tertio Metamor.

19 ℭ Arethusa virgo fuit venatrix Dianæ comes. Vnde Virgilius libro quarto Georgicorum. Et tandem positis velox Arethusa sagittis. Ouidius libro quinto Meta. Arethusam sic loquentem inducit. Nec me studiosius altera saltus legit, nec studiosius posuit altera casses.

20 ℭ Ammone Danai filia, & venatrix fuit, quę dum in syluis iaculo se exerceret, Satyrum læsit, & postmodum à Neptuno ibidem compressa est.

21 ℭ Britona nympha Martis filia inter venatrices puellas & Dianæ comites numeratur.

22 ℭ Crocum poetæ dicunt venatorem fuisse Musarum precibus in astra relatum.

23 ℭ Hippe mulier Chironis Centauri filia, in Pelio Thessaliæ monte sese exercuit venando, vbi deorum commiseratione in equam mutata est, dum patris indignationem expauesceret Alio nomine Thea dicitur.

24 ℭ Philoctetes quum cruciaretur non ferendis doloribus, propagabat tamen vitā aucupio sagittarū, configebat tardus celeres, stans volantes, pennarumq; cōtextu corporis tegumenta faciebat. Author Cicero lib. 5. de finibus.

25 ℭ Nicias fuit venator quispiam, qui dum venandi studio feras immissis canibus pręceps insectaret, in fornacē carbonariā decidit, vbi canibus circūgannientibus & rapta veste conātibus dominū educere, crematus est, Authore Cęlio.

26 ℭ Perdix venator fuit, qui infanda correptus libidine matri congressus fecit, vt Perdicis libido in prouerbiū abiret. Huius abunde meminit Cęlius Cap. 15. lib. 16.

27 ℭ Ferunt Melanionem quendam odio mulierum & seruandæ castitatis desiderio consectandis feris se totū deuouisse, nec vnquam à solitaria illa & vmbratili vita reuocari potuisse, Erasmus in Chiliadibus.

28 ℭ Endymiona pastorē poetæ dicūt qnq; in mōte Lathmo

vacasse cōsectādis feris. Valerius Flac. li. 8. Argon. Lathmius æstiua residet venator in vmbra. Dignus amore deæ.

29 ℭ Horatius lib. 1. Epist. ait Gargilium venatorē fuisse, qui spectāte populo ceruos cū plagis & venabulis per mediū forū iubebat transire, ac demum emptum aprum palā referre, vt cepisse aliquid videret. Hæc eius verba. Venemur vt olim Gargilius, q mane plagas, venabula, seruos Differtū transire forum, populumq; iubebat, Vnus vt è multis populo spectante referret Emptum Mulus aprum.

30 ℭ Ferunt Mithridatē venandi studio adeo intentū fuisse, vt septem annis, neq; vrbis, neq; ruris tecto vteretur. Cælius & Patricius de Regno authores.

ℭ Cæterum Casses, Plagæ, Retia, Venabula, instrumenta sunt venatoria, Est & Podostrabe venatorium instrumentum capiendis feris concinnum.

ℭ Canum quorundam nomina.

1	Lycisca	Oribasus	Lycisca
2	Hylax	Nebrophono	Harpolos
3	Vmber	Lelaps	Melaneus
4	Lelapa	Theron	Lachne
5	Volantes	Prerelas	Labros
6	Gargitius	Agre	Aglaudos
7	Canis Alcibiadis	Hyleus	Hylactor
8	Canis Biotnonis	Nape	Corax
9	Pilaster	Pœmenis	Charon
10	Vertagus	Harpya	Lycitas
11	Scymnus	Ladon	20 Harpalagus
12	Graucis	Dromas	Tigrina
13	Issa	Canache	Falco
14	Perses	Sticte	Serpens
15	Chiron	Tigris	Ragonia
16	Mera	Alce	Ichthia
17	Hyrcanis	Leucon	Helor
18	Aura	Asbolus	Hippocentaurus
19	Melampus	Lacon	Lethargus
	Pamphagus	Aello	Lampurus
	Dorceus	Ptous	Syagrus

	Acalanthis	Philax	Actis
21	Catenarius	Taxis	Leuson
	Lucernarius	Xiphon	Augo
	Canis Attali	Phonax	Polysibia
	Aristogiton	Phlegon	Stichon
23	Agrus	Arce	Spude
24	Canis Alexãdri	Cheuton	Bryas
	Pheræi	Hylæus	Hebasterros
25	Canis Xantippi	Medas	Crauge
	Canis Pyrrhi	Porthon	Cænon
26	Psyche	Sperchon	Thyrbas
	Thymus	Lorge	Cæuon
	Porpax	Bremon	Aether
	Styrax	Thybris	Noes
	Aechine	Thallon	Gnomon
	Lonche	Rhome	Stibon
	Fochos	Antheus	Horme
	Phrura	Getheus	

¶ EXPLANATIO.

1 Lycisca nomen est canis apud Virgiliũ in Bucolicis dicentẽ. Excipere insidiis multũ latrãte Lycisca. Palladius Soranus. Non lepus intrepidum timido fugat ore Lyciscam.

2 ¶ Hylax itidem nomen est canis. Virgilius in Buccolicis. Nescio qd certe est,& Hylax in limine latrat.

¶ Vmber. Virgilius libro duodecimo. Ac viuidus Vmber Hæret hians. Sed fortasse Vmber vocabulũ est appellatiuũ pro cane Vmbriæ. Valerius Flac. lib. 6. Argon. Quã ceruos vbi non Vmbro venator edaci Non Pinus petit hærentes. Pontanus. Vel audaci pereat laniatus ab vmbro.

4 ¶ Lelapa canis est apud Ouidium lib. 7. Meta. Poscor, & ipse meũ consensu Lelapa magno (Muneris hoc nomen) iamdudum vincula pugnat, Exuere ipsa sibi.

5 ¶ Volãtes. Stroza pr. Ille pedũ cursu pstans, animoq; Volãtes Occubuit trucibus pestis acerba feris. Strauerat imanẽ sguo certamine taurũ, Herculeq; qualẽ nõ domuere man⁹.

¶ Gargitius

6 ¶ Gargitius canis fuit Cerberi Epirotici frater, qui Geryonis tricorporis seruabat armēta, Hunc Hercules vna cū domino interfecit. Incolæ mortuo sepulchrum erexerunt. Mantuanus. Geryone triplicis caulas, armenta canemq; Gargitium, Libycis certare leonibus ausum.

7 ¶ Alcibiades inusitata magnitudine canem emit. 70. minis, quem amputata cauda spectante populo ducebat vinctū, vt garrulorum & importunæ loquacitatis hominum linguas ea in re occuparet, ne quid deterius in eius nomen obloquerentur. Plutarchus testis.

8 ¶ Biorno quidē inter Danos spectatæ virtutis adolescēs, canē habuit horrēdæ acerbitatis & formidolosæ, quæ sola plerūq; bissenos viros oppressit, & Offoti gygantis inter pascua tutata est armentum. Saxo grāmaticus lib. 6.

9 ¶ Pilaster. Pontanus in Lepidina. Q uū canere inciperem, atrox hic dente Pilaster Latrat, ibi ipsa fuga septem, insidiasq; reliqui.

10 ¶ Vertagus canis est apud Martialē, Nō sibi sed dn̄o venatur Vertagus acer Illæsum leporē q tibi dente feret.

11 ¶ Scymnis etiam nomen est canis fictum à Baptista Pio scribente. Vertagus, aut Gallo nutritus Scymnus in aruo Præcipiti sequitur lustra ferina pede.

12 ¶ Graucis nomen est catellæ, qua Arethusa absentis mariti desideriū solabat. Propertius lib. 4. Graucidos & catulæ vox est mihi grata querētis. Illa tui partē vēdicat vna tori.

13 ¶ Issa nomen est Catellæ, quā Publius habuit in deliciis. Martialis. Issa est passere nequior catulli, Issa est purior osculo columbæ, Issa est blandior omnibus puellis, Issa est charior Indicis lapillis, Issa est deliciæ catella Publi. Idem alibi. Publius exiguæ si flagrat amore catellæ.

14 ¶ Apud historicos legit Perses fuisse catellus filiæ Aemylii Pauli.

15 ¶ Chiron canis fuit Codri poetæ pauperrimi. Iuuenalis. Et recubans sub eodem marmore Chiron.

16 ¶ Mera canis fuit Icarii patris Erigones, cuius ductu Erigone ipsa cadauer patris ab agrestibus interfecti repperit. ¶ Lysimachus canem habuit, cui Hyrcani, nomē reddidit

Durides author græcus. Hic accenso domini rogo iniecit se flammæ, authore Plinio lib. 8. Cap. 40.

18 ¶Atalanta Arcadica venatrix canem habuit Auram nomine, quam quũ interfecisset aper Calydonius, sepulchro ab indigenis ornata est.

19 ¶Ouidius li. 3. Met. Actęonis canes his verbis enumerat.
Dum dubitat, videre canes, primusq; Melampus,
Inde ruunt alii rapida velocius aura
Pamphagus & Dorceus, & Oribasus Arcades omnes.
Nebrophonosq; valens, & trux cum Læpape Theron,
Et pedibus Pterelas, & naribus vtilis Agre,
Hylæusq; ferox nuper percussus ab apro
Deq; lupo concepta Nape, pecudesq; secuta
Pœmenis, & natis comitata Harpya duobus,
Et subscripta gerens Sicyonius Ilia Ladon,
Et Dromas & Canache, Sticteq;, & Tigris, & Alce,
Et niueis Leucon, & villis Asbolus atris.
Prępalidusq; Lacon, & cursu fortis Aello.
Et Ptous, & Cyprio velox cum fratre Lycisca,
Et nigram medio frontem distinctus ab albo
Harpolos, & Melaneus, hirsutaq; corpora Lachne,
Et patre Dictæo, sed matre Laconide nati
Labros & Aglaudos, & acutæ vocis Hylactor.

20 ¶Alia quorundam nomina ponuntur apud Cælium ex Aeschylo, vt Corax, Harpya, Charon, Lycitas.
¶Hylax, Harpalagus, Lycisca, Tigrina, Melãpus, Falco, Serpens, Ragonia, Ichthia, Helor nomina sunt canũ apud Mantuanum lib. 4. de Trophæis Gonzagæ scribentem.
Volat acer Hylax, volat ocius euro
Harpalagus, referensq; lupum totuo ore Lycisca.
Et Tigrina notis tergum maculosa, Melampus
Aequiparans candore niues, vestigia tantum
Ima niger, falco leuis Ilia, lumine serpens
Sanguineo, mordax Ragonia, & Ichthia regis
Deliciæ, nomen patriæ sortita marinæ.
Et truculentus Helor certare Leonibus audens.

21 ¶Fuit Hippocentaurus canis Xenophontis.

℃Letharg⁹ Hippāmonis,q ēt cū mortuo dño tumulat⁹ ē.
℃Lampurus apud Theocritum in Daphnide & Menalca nomen est canis.
℃Apud Herodotum Syagrus.
℃Apud Aristophanem Acalanthis.
12 ℃Celebrant ēt Catenarius & Lucernarius,& canis Attali, q tanto fuit oris rictu, vt oblatum cibum deglutiret.
℃Fuit & Aristogiton canis Cydimachi.
13 ℃Agrus canis fuit Vlyssis,q reuersum ab expeditiōe Troiana dominū post annos viginti fert agnouisse.Vñ Stroza filius.Non tibi Laerte,tibi nō Eume,neq; ipsi Telemacho, neq; Penelope,at tm̄ cognitus Agro. Agro,iam lassis claudenti lumina fatis, Quem syluis Ithacus pascebat, in alta priusq̄ Pergama fatalem Scyro eduxisset Achillem.
14 ℃Alexander Phæreus Thessaliæ tyrannus canem habuit inusitatæ magnitudinis terribilem & oībus perniciosum, præterq̄ his à quibus cibum capere consueuerat.Hunc aūt dormiens Alexander pro foribus cubiculi sui iubebat excubare suspectum habens populum, quem nullo non die variis tormentoꝝ generibus opprimebat.
15 ℃Plutarchus in Themistoclis vita canem Xantippi q pater fuit Periclis,celebrat,quod domini peregre nauigantis absentiam & desiderium quum ferre non posset, in mare desiluerit,eiusq; nauem in Salaminem vsq; natando secutus sit,vbi canem ipsum periisse memorat, & in memoriā facti sepulchrum meruisse.
℃Canis Pyrrhi Epirotarum regis,in rogū domini se cōiecit. De natura canum quoniam prolixe & abunde locuti sumus in Epithetis nostris, plura loqui nūc supersedimus.
℃Cætera nomina canum in precedenti posita Catalogo, legūtur apud Xenophontem in libro de venatione.

℃Equorum & equarum celebrum nomina.

1 Cyllarus	5 Pægasus	Thoes
2 Rhæbus	6 Arion	8 Aschetos
3 Aethon	7 Pholoe	Cygnus
4 Equi Turni	Iris	Cromis

Aethion
Cydon
Podarces
9 Tagus
10 Garganus
11 Lampon
Panchates
Pelorus
12 Harpe
Cireus
13 Lamus
Sicoris
Ilerdas
Theron
14 Bucephalus

15 Harpya
Pedasus
16 Equus Medicis
17 Equi Rhesi
18 Aethon
19 Harpynna
Psylla
20 Equa Hecratidis
21 Pasaces
22 Eque Cimonis
23 Equus Tyberii
24 Parthenia
Eripha
25 Boristhenes
26 Equus Cæsaris

27 Equ⁹ Biornonis
28 Equus Artybii
29 Equus Seianus
30 Equ⁹ Nicomedis
31 Equus Antiochi
32 Equus Dionysii
33 Equæ Neronis
34 Equus Augusti
35 Scythius
36 Hirpinus
Corithe
37 Equus Troianus
38 Equi Parthorũ
39 Equi Alcibiadis

ℭ EXPLANATIO.

1 Cyllarus equus fuit Castoris. Virg. lib. 3. Georgicorum. Talis Amyclæi domitus Pollucis habenis Cyllar⁹ & quoq; Graii meminere poetę, Vbi Pollucem pro Castore equoq; domitore posuit poetica licẽtia, vt Quasilli Philomelã dapes pro Progne. Item Reuocato à sanguine Teucri pro Dardani, inquit Seruius. Statius lib. 1. Syluarum. Et pauet aspiciens Lędęus ab æde propinqua Cyllarus. Idem lib. 6. Thebaidos. Tua furto lapsa propago Cyllare, dũ Scythici diuersus ad hostia ponti Castor Amycleas remo permutat habenas. Seneca in Hippolyto. Frenis Castorea nobilior manu Spartanum poteris flectere Cyllarum. Propertius lib. 2. Non mihi si magnus Castoris iret equus. Idem lib. 3. Potaq; Pollucis Lympha salubris equo. Bab. Pius. Cyllarus Oebalii, domitus Pollucis habenis Cedat, & Aeripedi Pęgasę iuncte Thoæ. Politianus. Iamq; deo parens Cyllarus Oebalidæ. Claudianus. Seruiretq; tuis contempto Castore frenis Cyllarus.

2 ℭ Mezentius pater Lausi equũm suum Rhebum noĩe his verbis alloquit̃ apud Virgilium lib. 10. Rhebe diu (res si

qua diu mortalibus vlla est) Viximus, aut hodie victor spolia illa cruenta, Et caput Aeneæ referes, Lausiq; dolorum Vltor eris mecū, aut aperit si nulla viā vis, Occūbes pariter.

3 ¶ Aethon fuit equus Pallantis Euandri filii, quē Virgilius libro vndecimo ait i exequiis domini sui collachrymasse. Post bellator equus positis insignibus Aethon It lachrymans, guttisq; humectat grandibus ora.

4 ¶ Equos Turni Virgilius libro duodecimo magnis laudibus commendat his verbis.
Poscit equos, gaudetq; tuens ante ora frementes,
Pilunno quos ipsa decus dedit Orithiya.
Qui candore niues anteirent, cursibus auras,
Circunstant properi aurigæ, manibusq; lacessunt.
Pectora plausa cauis, & colla comantia pectunt.

5 ¶ Pægasus Neptuni & Medusæ filius equus fuit alatus, quo Bellorophon expeditionem sumpsit cōtra chimærā. Hic Saxo in Helycone pedis vngula percusso fontē noīe Hippocrenen aperuisse dicit. Ouidius lib. 3. Fast. Suspice, Gorgonei colla videbis equi. Creditur hic cæsæ grauida ceruice Medusę Sanguīe respersis ꝓsiluisse comis. Huic supra nubes, & subter sydera lapso Cœlū ꝓ terra, ꝓ pede pēna fuit. Idē li. 4. de Ponto. Sed tm̄ virtᵒ alios tua ꝑterit oēs, Ante alios q̄tū Pægasus ibat equos, Ausonius, Pægasus volucer actus à Lycia nō vltra Ciliciā pmeauit. Sidonius. Da sacris laticis loquacitatē. Quem fodit pede Pægasus volanti, Cognato madidus iubam veneno. Politianus. Cesserit huic pauidas submittens Pægasus alas. Claudianus. Ipse tibi famulas præberet Pægasus alas, Portaretq; libens, meliora q; pondera passus Bellorophontæas indignaret habenas. Ouidius lib. 4. Meta. Eripuisse caput collo, pennisq; fugacem Pęgason & fratrem matris de sanguine natos.

6 ¶ Arion fuit equus, quem Neptunus dedit Adrasto. Statius lib. 1. Syl. Hūc & Adrastæus visum extimuisset Arion. Propertius lib. 2. Qualis & Adrasti fuerit vocalis Arion, Tristis ad Archemori funera victor equus. Statius lib. 4. Thebaidos. Volucres portis auriga sub ipsis Comit equos, & iam inde iugo luctatur Arion. Idem huius equi virtutē

& alacritatem lib.6.describit hoc modo.

Ducitur ante omnes rutilæ manifestus Arion
Igne iubæ, Neptunus equo (si certa priorum
Fama patet) primus teneris læsisse lupatis
Ora, & littoreo domitasse in puluere fertur,
Verberibus parcens, etenim insatiatus eundi
Ardor, & hiberno par inconstantia ponto
Sæpe per Ionium, Lybicumq; natantibus ire
Interiectus equis, omnesq; assuetus in oras
Cæruleum deferre patrem, stupuere relicta
Nubila, certantes euriq;, notiq; sequuntur.

¶ Ausonius. Cyllarus atq; Arion inter Argos Nemeamq; senuerunt. Claudianus. Si dominus legeretur equis, tua posceret vltro Verbera Nereidum stabulis nutritus Arion. Idem. A quibus haud vnquam palmam rapturus Arion. Idem. Hoc latus astringi velox optaret Arion, Hoc proprium vellet cingere Castor equum.

¶ Pholoe, Iris, Thoes, nomina sunt equarum Admeti apud Statium lib.6.Theb. scribentem. Nominibusq; cient Pholoen, Admetus & Irim, Funalemq; Thoen.

¶ Alia equorum nomina ab eodē ponunt his verbis. Rapidum Danaeius augur Ascheton increpitat, meritumq; vocabula Cygnum Audit, & Herculeū Styrion Cromis, Euneon audit Igneus Aethion, tardumq; Cydona lacessit Hippodamus, Phariumq; Thoacen rogat ire Podarcen.

¶ De Tago Sylli⁹ li.1. Iā Tag⁹ auratis agnoscebat ī armis.

10 ¶ De Gargano idem Syllius lib.4. Nos Gargane vocant superi ad maiora, videsne Quantus erat Chrixus? Iā nunc tibi præmia pono.

11. ¶ Lampon, Panchates, Pelorus, Camphasus nomina sunt equorum apud Syllium libro nono.

De Lampone scribit hoc modo.

Euolat ante omnes, rapidoq; per aera cursu
Callaicus Lampum fugit, atq; ingentia tranat
¶ Exultans spacia, & ventos post terga relinquit.

¶ De Panchate, Sed ꝓximus ibat Astur Panchates, patriū frons alba nitebat Insigne, & patrio spes ois cōcolor albo,

¶De Peloro, Cyniphio rector radiabat fronte Peloro Camphasus, ipse asper, nec qui ceruicis amaret Applausæ blãdos sonitus, clausumq; cruẽto Spumeus admorsu gaudere mandere ferrum. At docilis freni, & melior parere Pelorus Non vnquam effusum sinuabat deuius axem.

12 ¶Harpe apud eundem nomẽ est equæ matris Pelori, vbi ait. Eductum genitrix effuderat Harpe Nobilis.

¶Idem de Cyreo. Percussus vocibus altis Spectantum Cireus, fertur sublime per auras.

13 ¶Lamus, Sicoris, Ilerdas, Theron etiam noĩa sunt equorum apud eundem lib. 16. vbi ait. Tum Lamus & Sicoris, proles bellacis Ilerdæ Et Theron potator aquæ sub nomine Lethes. Idem. Nec patiens vltra tollit sese æquore Theron Igneus, & plenum præteruolat Hesperon ire.

14 ¶Equum Alexandri Bucephalum à capite bouis noĩatũ & talentis tredecim emptum testis est Cares apud Gelliũ. Vbi ornatus erat, armatusq; ad prælium nullũ aliũ sessorẽ preter dominũ admisit. Idẽ in bello Indico sagittis vndiq; perfossus, regem ẽ mediis hostibus licet exanguis & moribundus, viuacissimo cursu retulit. Atq; vbi extra teli iactũ portauit, domini iam superstitis securus ibidem expirauit. Quod beneficium Alexander pensauit oppido in honorem equi condito, vt docet Plinius lib. 6. & lib. 8. vbi ait. Propter quæ, Rex defuncto eidem duxit exequias, vrbemq; tumulo circũdedit nomine eius. De hoc Stroza pater. Gloria nobilium tegor hic insignis equorum Raptus inaudito funere Bucephalus. De hoc equo Curtius ad hũc modum scribit. Excepti sunt quidam, inter quos equus regis, Bucephalum vocabant, quem Alexander non eodem (quo cæteras pecudes) animo æstimabat. Nam ille nec in dorso insidere suo patiebatur alium, & regem (quũ vellet ascendere) sponte sua genua submittens, excipiebat, credebatq; sentire, quem veheret. Bucephali equi meminit Plutarchus in Alexandro.

15 ¶De Harpya & Pedaso Politianus in Ambra. Quos Zephyro peperit geminos Harpya Podarge Et te captiuo funalem Pedase collo.

16 ¶Idem Politianus sequenti hexasticο Laurentii Medicis equum ornauit.

Et volucrem,& Zephyros cursu præuertitur ipsos,
 Quem tibi misit equum barbara laure Nomas.
Cesserit huic pauidas submittens Pægasus alas,
 Iamq; deo parens Cyllarus Oebalidæ
Hunc aut carceribus, vel meta cernere in ipsa
 Laure licet,medio non licet in stadio.

17 ¶Claudianus in sextum Honorii consulatũ, equos Rhęsi Thracum regis cõmendat sequentibus versibus.

Graiaq; rettulerat raptos ad castra iugales,
Quorum(si qua fides augentibus omnia musis)
Impetus excessit Zephyros,candorq; pruinas.

18 ¶Aethon apud Homerum lib.8.Iliados nomen est vnius equorum Hectoris.

19 ¶Harpynna & Psylla equæ fuerunt Oenomai,quibus cõtendebat cursu in procos filiæ suæ Hippodamiæ. Hos suis versibus dignatus est Lycophron.

20 ¶Plinius ait equam Hecratidis Thessali,quãuis prægnantem vicisse in Olympia.

21 ¶Plutarchus in Artaxerxe scribit equum Cyro fuisse immitem,& effrenem Pasacem nomine.

22 ¶Cimon Atheniensis equabus suis(quibus ter Olympia vicerat)monumenta erexit.

23 ¶Equus Tyberii Cæsaris videbatur flãmas ore euomere, indicio magnę alacritatis. Cęlius Capite.26.libri octaui.

24 ¶Parthenia, & Eripha equę fuerũt Marmacis vnius ex procis Hippodamię,quas Oenomaus puellę pater iugulauit, & post modum sepeliri iussit.Idẽ Cęlius Cap.55.lib.11.

25 ¶Boristhenes equus fuit Adriani imperatoris, quo in venãdo propter alacritatem plerũq; vtebatur. Dion Cassius ait imperatorem mortuo sepulchrum fecisse, columnãq; erexisse cum epigrammate inciso.

26 ¶Iulius Cæsar authore Tranquillo, vtebať equo insigni, pedibus prope humanis,& in modum digitorum vngulis scissis,quem maxima cura aluit, honorauitq; statua,quod aruspices eo imperium orbis terræ significari dixissent, tã

27 etiam quod nullum alium sessorem reciperet.

¶Biorno quidam inter Danos clarissimus, equum habuit præstanti corpore, & tanta velocitate præpetem, vt amnẽ quem cæteri nequirent, indefessus obstrepentẽ solus vorticem superaret. Saxo Grammaticus, lib. 6.

28 ¶Artybius Persarum dux equum habuit, q primo pugnę cõgressu in hostes laniãdos morsu assurgebat, calcibusq; & ipulsu longe lateq; faciebat stragẽ. Author Herodotus.

29 ¶Gellius scribit equum Cn. Seii de genere equorũ Diomedis progenitum, & à Cor. Dolobella centum millibus sestertiis emptum fuisse inusitata magnitudine, sed eo tñ fato, vt quisquis eum haberet, is cum omni domo, ac familia misere periret. Quod experti sunt M. Antonius, Cor. Dolobella, C. Cassius eius possessores.

30 ¶Equus Nicomedis regis Bithyniæ tanto fuit in dominũ affectu, vt eo mortuo oblatũ recusauerit cibum, & inedia se confecerit. Author apud Volaterranum Aelianus.

31 ¶Equus Antiochi capto vel mortuo domino, Cẽteretriũ quendam è Calathis alumni sui victorem domitis frenis excussit, & in terram deiectum pedibus ad mortem ꝓculcauit. Plinius Capite. 41. libri octaui.

32 ¶Equus à Dionysio Syracusarum tyranno relictus in salebra, & luto vbi se expediuit, domini licet ingrati vestigia tamen secutus est. Idem Plinius ibidem.

33 ¶Nero equas habuit Hermaphroditas ex agro Treuerico, quas carpento suo subiuges ostendebat.

34 ¶Equus Augusti sepulchrum à domino meruit.

35 ¶Scythius primus fuit oĩum equoꝝ à Neptuno ꝓductus.

36 ¶Hirpinus nomen est equi apud Martialẽ lib. 3. Epigrãma. vt Corithe nomen equę apud Iuuenalem Satyra octaua. De Hirpino Martialis. Hirpini veteres qui bene nouit auos. De vtroq; Iuuenalis. Sed vęnale pecus Corithæ posteritas, & Hirpini, si rara iugo victoria sedit.

37 ¶Celebratur Maronis carmine equus Troianus, quẽ Grę ci diuina Palladis arte ædificarunt, acernisq; trabibus contexuerunt Epeo machinę authore. De hoc Propertius lib. 3. Mœnia quũ Graio Neptunia pressit aratro, Victor Palladię

ligneus artis equus. Idē lib. 4. Læserat abiegni venter apertus equi. Hunc Lucretius lib. 1. Durateum .i. ligneū vocat, vbi ait. Nec clam Durateus Troianis Pergama partu Inflāmasset equus nocturno Graiugenarum.

38 ¶ Equi Parthorū hippice herba pasti famem sitimq; multos dies perferunt. Ad quod allusit Propertius li. 4. Quod sine aqua Parthus millia currit equus.

38 ¶ Alcibiades equos quibus postea in Olympia vteretur, tanta cura & studio enutriuit, vt ad quinquēnalem ludorum celebritatem septē quadrigas pduxerit, quod antea nemo vel regū, vel priuatorum hoium adhuc fecerat. Vnde equorum (quos eo duxerat) alacritate secūdū & quartū victor euasit. Quod indicant versus Euripidis apud Plutarchū, quos Donatus Acciaolus hūc in modum latinos fecit. Formosa ples Cliniç te nūc canā. Quā illo supbam pmiis vidit die Graiorum Olympia chorus, quū viceras. Et mox pararas tres quadrigarū tibi victorias Labētiū cursu rotis. Iā voce pco tūc ad astra te tulit, Bis cunctū oliuę fronde pallētis caput.

¶ Equi Achillis.

Balius · Aethon · Lampus

Xanthus · Podargus

¶ De Balio, & Xantho Politianus in Ambra. Baliū Xanthumq; iugales Quos Zephyro peperit geminos Harpya Podarge. Et te captiuo funalē Pedase collo Igneus exstimulat. Claudianus. Et flauum Xanthum spreuisset Achilles. Virgilius lib. 3. Georgicorum. Martis equi biiuges, & magni currus Achillis. Claudianus in Epigram. Frenaq; & volucrem Xanthum Baliumq; decerent.

¶ Equi Martis.

Dimos · Phobos

¶ Hi duo numerant à Seruio inter equos Achillis. Poetæ tamen Pauorem & Terrorem Martis equos faciunt. Vnde Statius. Frena ministrat equus Pauor armiger.

¶ Equi Solis.

Pyrois Eous Aethon Phlegon

De his nominibus Ouid. lib. 2. Meta. scribit. Interea volucres Pyrois, Eous, & Aethon Solis equi, quartusq;

Phlegon hinnitibus auras Flammiferis implent, pedibusq; repagula pulsant. Pyrois Pyroentis flectitur, vt Simois. Valerius Flac. li. 5. Argon. Et formidantē patrios Pyroenta dolores. Sunt qui dicant Xanthum inter equos Solis numerari propter dictum Martialis. Quid cupidum Titana tenes? Iam Xanthus, & Aethon Frena voluit. Thomas Radinus. Equi quatuor qui aurei licet forent, colore tamen quisq; proprio noscebat. Pyrois rubiens, Eous candicans, Aethon coruscans, Phlegon nigricans, hinnitibus flammiferis, elatis naribus auras implebant, erraticis cursibus vagabantur incerti. Sabellicus. Hic equidem ambigue, vergit qua lucidus Aethon.

Equi Plutonis.

Orneus
Alaster
Abaster
Ethonis
Amatheus
Nonius
Nycteus

De quatuor primis nominib⁹, Claudianus libro primo de Raptu sic meminit.

Orneus crudele micans, Ethonisq; sagitta
Ocyor, & stygii sublimis gloria Nycteus
Armenti, ditisq; nota signatus Alastor
Stabant ante fores iuncti, sæuumq; fremebant,
Crastina venturæ spectantes gaudia prædæ.

Aurigæ, & equorum domitores.

1 Automedon Achillis
2 Phaethon Solis
3 Idæus Priami
4 Metiscus Turni
5 Naubolus Laii
6 Cirnus Melampodis
Durius Pelori
Atlas Camphasi
Iberus Pancharis
7 Iolaus Herculis
8 Arceptolemus
Hectoris
Enipeus
Cabrion
9 Myrtilus Oenomai
10 Menon Idomenei
Mnesteus Diomedis
Mydon Pylemenis
11 Amphitus Castoris
Telchius Pollucis
12 Sphærus Pelopis
13 Baton Amphiarai

14 Cebares Darii
15 Pariramphis Xerxis
16 Belona Martis
17 Picus
18 Messapus
19 Anniceris
20 Erichthonius
21 Astyr
22 Felix Russatus
23 Castor
24 Philides
25 Tigillinus Neronis

EXPLANATIO.

1 
Vtomedon fuit Achillis auriga. Virgili⁹ libro duodecimo Aeneidos. Vna ingens Periphas, & equorum agitator Achillis Armiger Automedon. Ouidius lib. 5. de Trist. Nunqd Achilleos inter fera plia fidi Deseruit leuitas Automedontis equos. Idem lib. 1. de arte. Curribus Automedon lentisq́ erat aptus habenis. Idem lib. 2. Quantus erat Calchas extis. Telamonius armis, Automedon curru, tantus amator ego. Pōtanus lib. 3. de Stellis. Qualis & Automedon currus moderator Achilli.

2 Phaethon Solis filius dum currū patris regēdum suscepisset, equis ignotum aurigam excutiētibus cecidit in Padum cœlo passim conflagrante. Hic equi Phaethontis, p equis Solis solent accipi. Virg. lib. 5. Aenei. Auroram Phaethontis equi iam luce vehebant. Ouidius li. 2. Meta. Hic situs est Phaethon currus auriga paterni.

3 Idæus fuit auriga Priami. Virgilius lib. 7. Aeneidos. Idæumq́ etiam currus, etiam arma tenentem.

4 Metiscus Turni. Idem lib. 12. Aurigam Turni media inter lora Metiscum Excutit. Ausonius. Nec celeres mulas ipse Metiscus agas.

5 Naubolus Laii regis Thebarum. Statius. Naubolus Hippasides tuus o mitissime Lai Hospes, adhuc currus securaq́ lora tenebat.

6 Cirnus Melampodis, Durius Pelori, Atlas Camphasi, Iberus Panchatis equorum fuerunt aurigæ. De Cirno Silius lib. 16. Quo Cirne ruis (Nam Cirnus agebat) Verbera dimitte, & reuoca moderatus habenas. Iberus ad Panchatem apud eundē sic loquit. Te ne Astur certante feret q̄q

æquore palmã Erepto? consurge, vola, plabere campum.

Durius ad pelorum. Quo ruis, aut quisnam hic rabidi certaminis est mos.

7 Ferunt etiam Iolaum Herculis fuisse aurigam.

8 Arceptolemus, Enipeus, Cabrion Hectoris aurigę fuisse memorantur. Mortuo Arceptolemo successit Cabrion eius frater.

9 Myrtilus auriga fuit Oenomai, cuius ruina mari Myrtoo nomen imposuit. Oui. in Ibin. Proditos vt sæui periitq; auri ga tyranni. Qui noua Myrtoæ nomina fecit aquæ.

10 Tortelius ait Mēnonē fuisse aurigā Idomenei, Mnesteū Diomedis, Mydonē Pylemenis ducis Paphlagonum.

11 Amphitus, & Telchius Castoris, & Pollucis aurigæ fuerunt testimonio Plinii lib. 6. scribentis. Sunt qui conditam eam ab Amphito, & Telchio Castoris, & Pollucis aurigis putant. Ammianus. Vbi (inquit) inter ciuitates alias Phasis est nomine fluuii dictitata, & dioscorias nunc vsq; nota, Cuius authores Amphitus, & Telchius Spartani tradunt aurigæ Castoris, & Pollucis. Alii dicūt (inter quos Strabo lib. 11.) Castoris, & Pollucis aurigas fuisse noīatos Rhecam, & Amphistratum.

12 Legitur in Trœzeniorū historia Sphærū fuisse Pelopis aurigā, q̄q̄ alii in Olympia fuisse Cyllā tradant. Cælius.

13 In Illyria ciuitas fuit Harpya ꝓpe Enchelyas, in quam Amphiarai auriga Baton absorpto domino se contulit. Author Cælius.

14 Cebares fuit equiso, cuius astu Darius regnum Persarū adeptus est. Nam quum magi inter se pacto conuenissent, vt is cuius equus primus hinniret, regno potiretur, Cebares manum vuluæ equinæ prius admotam, naribus equi præbuit olfaciendam. Quo odore irritatus equus primus dedit hinnitum. Author Herodotus.

15 Patiramphis fuit Xerxis auriga. Idem Herodotus. Post quē (inquit) ipse Xerxes vehebatur curru equorū Niseorū, ꝓcedente auriga, cui nomen erat Patirāphi Otanis filio.

16 Poetæ Bellonā Martis aurigam faciunt, flagello armatam sanguineo, vt docet Statius.

17 ℭPicus fuit equorum domitor dicente Virgilio lib.7. Ly-uaq; Ancyle gerebat Picus equum domitor.

18 ℭIdem de Mesapo. At Mesapus equum domitor Neptu-nia proles. Idem lib. 10. Subit, & Neptunia proles Insignis Mesapus equis. Idem libro duodecimo. Et Mesapus equũ domitor Neptunia proles.

19 ℭAnniceris Cyrenęus nobilis fuit equorũ agitator, q artẽ Platoni ostentaturus, ante Academiã currus iunxit, sępeq; eundem cursum iisdẽ vestigiis nihil delirando repetiit.

20 ℭErichthonius Atheniensis quadrigas primus iũxit. Pontanus lib. 3. de Stellis. Qualis Erichthonius currus, & qua-tuor ausus Iungere equos, rapidisq; rotis insistere victor.

21 ℭAstyr Menonis fuit auriga, à cuius nomine Astures po-puli Callæcis proximi dicti sunt.

22 ℭConstat Felicem Russatum fuisse aurigam verbis Plinii lib. 7. scribentis. Inuenitur in actis Felicis Russati aurigæ, iã igne illato in rogum eis, vnũ e fauentibus iecisse sese. Ruf-fatus Lacerta fuit auriga sub Domitiano, teste Probo.

23 ℭInter eos (qui eqtatu claruerunt) Castor principem lo-cum obtinuit. Politianus. Vixq; bonum frenis Castora fra-ter amet.

24 ℭPhilides fuit quispiã Atheniẽsis equorũ nutritor, à quo cũ Themistocles equũ dono postulasset, passusq; esset re-pulsam, minatus est se domum eius continuo ligneũ equũ facturum. Quo ænigmate significabat se propinquorum accusationes & crimina in eum coniecturum. Plutarchus in Themistocle.

25 ℭTigillinus fuit homo pauperrimus in vrbe Roma, qui egestate pressus & inopia aurigam se Neroni prębuit, eiq; longa scelerum oĩum consuetudine tandem charus adeo factus est, vt ad præfecturam cohortis prætoriæ conscen-derit. Tacitus lib. 17. De hoc Tigillino itelligi debet quod scribit Iuuena. saty. 1. Dicens. Quum fas esse putet curam sperare cohortis, Qui bona donauit præsepibus, & caret omni Maiorum cẽsu, dum peruolat axe citato, Flamineã puer Antomedon nam lora tenebat, Ipse lacernatæ quum se iactaret amicæ.

¶ Currus deorum quibus aialibus trahantur.

1 Currus Bacchi Lyncibus, & Tygribus	Currus Lunę bobus
	Currus Nemesis Griphib.
2 Curr. Leucothoes Delphinis	Currus Solis equis.
3 Currus Cybeles Leonibus	Currus Saturni serpētibus
4 Currus Veneris Cycnis	Currus Martis equis
5 Currus Thetidis Delphinis	Currus Prothei Phocis
6 Currus Neptuni equis	Currus Oceani Balenis
7 Currus Dianæ Ceruis	Currus Tritonis piscibus.
8 Currus Iunonis Pauonibus	

1 Vrrus Bacchi lyncibus, & Tygribus. Proper. de Ariadna rapta à Baccho. Lyncibus in cœlū vecta Ariadna tuis. Oui. in Epist. Phędrę. In'qʒ capistratis tygribus alta sedet. Idē lib. 3. Meta. Quem circū tygris simulachra'qʒ inania lyncū Idem lib. 4. Tu biiugum pictis insignia frenis Colla premis lyncū. Idem lib. 1. de arte. Iam deus in curru (quē summū texerat vuis) Tygribus adiunctis aurea lora dabat. Virg. lib. 3. Geor. Quid lynces Bacchi variæ? Idem lib. 6. Aenei. Liber agens celso Nysæ de vertice Tygres. Statius lib. 4. Theb. Effrenæ dextra læua'qʒ sequunt Lynces, & vda mero lambunt retinacula tygres. Stroza pater, Lyncibus aduectam Cnosida Bacche tuis. Tempora pampinea redimita Ariadna corona Tygribus inuehitur candide Bacche tuis. Syllius lib. 7. Qualis odoratis descendēs liber ab Indis Egit pampineos frenata tygride currus.

2 ¶ Currus Leucothoes deæ marinæ Delphinis. Virgil. in Cyri. Illa etiam magnum iunctis quæ piscibus equor, Et glauco bipedum curru metitur equorum Leucothoe.

3 ¶ Currus Cybeles leonibus. Virg. lib. 3. Aenei. Et iuncti currū dominæ subiere leones. Ouid lib. 10. Dente premūt domito Cybeleia frena leones. Catullus. Vbi iuncta iuga resoluēs Cybele leonibus. Claudianus in cōsulatu Manlii Theodori. Perfossi'qʒ ruant populo pallente leones, Quales Mygdonio curru frenare Cybelle Optet, & Herculei mallent fregisse lacerti. Mantuanus. Magna deū mr grādi turrita corona, Quæ ligat Ideo Lybicos temone leones.

4 ℭ Currus Veneris Cycnis. Ouidius lib. 10. Iunctisq; p aera cycnis Carpit iter. Syllius lib. 7. Tum matris currus niueos agitabat Olores. Statius libro primo. Syl. Thalamiq; ingressa superbum Limē Amyclæos ad frena citauit olores. Idem libro. 3. Dum petit & molles agitat Venus aurea cycnos. Horatius lib. 4. Car. ad Venerem. Tempestiuius in domo Pauli purpureis ales oloribus Comessabere maximi. Currus Veneris etiam trahitur columbis. Claudianus. Venus hic inuecta columbis Tertia regali iungit connubia nexu. Marullus. Ipsa lasciuo Venus alma partu, Læta nunc iunctis vehitur columbis.

5 ℭ Currus Thetidis Delphinis, queadmodum & Leucothoes. Tibullus. Vecta est frenato cęrula pisce Thetis.

6 ℭ Currus Neptuni equis. Virg. lib. 5. Iungit equos curru genitor, spumantiaq; addit Frena feris, manibusq; omnes effundit habenas. Syllius lib. 3. Extremamq; petit Phœbęa cubilia Thetyn Frenatis Neptunus equis.

7 ℭ Currus Dianæ ceruis. Claudianus. Dixit & extemplo frondosa fertur ab Alpe Trans pelagus cerui currum subiere iugales.

8 ℭ Currum Iunonis trahunt Pauones. Ouidius lib. 2. Met. Habili Saturnia curru Ingredit liquidum pauonibus aera pictis. ¶ Currū Lunæ boues ¶ Currum Nemesis Gryphes. ¶ Currum Solis equi. ¶ Currum Saturni serpentes. ¶ Currū Martis equi. ¶ Currum Prothęi Phocæ. ¶ Currum Oceani Balenæ, Currum Tritonis pisces.

ℭ De his omnibus Politianus in Ambra.

Bistoniis Mars instat equis, Tu iungis olores
Phœbe Terapnæos, Getica Mars fulgurat hasta,
Contendis tu Phœbe fides, arcusq; retendis,
Lyncas agit Bromius, Pauos Saturnia pictos,
Tardos Luna boues, annosas Delia ceruas,
Gryphes Hyperboreos Nemesis, Cytheręa columbas,
Fert pedibus pinnas puer Arcas, crine galerum.

ℭ Item Io. Fran. Mirandula.

Paphios non iungit olores
Cypria, terribilem non concinit ægida Pallas,

Non

Non volucres sequitur ceruos pharetrata Diana,
Nectere odorisequos loris assueta Laconas.
Non iunctis fertur Iuno super æthera pauis,
Dum Samon, aut tecta inuisit Carthaginis altæ.
Cynthia nec bobus charum Endymiona fatigat.
¶ Item Pamphilus Saxus.
Candida torquatas poscit Cytheræa columbas,
Lasciuum numen victima blanda decet.
Dyndima frenato Cybele petit alta Leone,
Magnanimus magnæ conuenit ille deæ.
Obliquos Sol clarus equis cito præterit axes,
An decet vt tardo peruolet astra boue?
It per sydereos rex falcifer anguibus orbes,
Quid mirum, gelido si placet hydra seni?
Tygri Bacche petis placidi vineta Timoli,
Horrerent pauidæ tympana rauca feræ.
Per freta pisce sedens, madidus nat cærula Triton,
Obruit vnda furens, sit licet acer equus.

¶ Nauigiorum diuersa genera.

1 Myoparo	11 Fasellus	22 Sorillum
2 Paro	13 Geseorta	23 Stlata
3 Acatium	14 Horia	24 Trieris
4 Anquiromach⁹	Halius	25 Samena
5 Baris	15 Lembus	26 Hippago
6 Catascopium	16 Linter	27 Liburnus
7 Celox	17 Monoxylon	28 Embolon
8 Corbita	18 Ponto	29 Lenunculus
9 Cydarus	19 Prosumia	30 Onerariæ
10 Cymba	20 Scapha	31 Actuariæ
11 Cyrcerus	21 Schedia	32 Aliæ.

¶ EXPLANATIO.

1 MYoparo genus erat nauigii, quo vtebatur Pyratę authore Nonio. Cicero lib. 3. de Rep. Nã quum quæreret ex eo, quo scelere impulsus mare haberet infestũ vno Myoparone, Eodẽ (inquit) quo tu orbem terræ. Sallustius lib. 4.

hist. Mariq; placido à duobus prędonum Myoparonibus circũuenta. Sidonius. Litoribus Oceani curuis inerrare cõtra pandos Myoparones, quorum quot remiges videris, totidem te cernere putes, Archipyratas.

2 ℭ Erant & Parones genera quędã nauium. Varro. Iamq; duos Parones habebant instructos. Budæus ait Paronem hodie vocari Brigantinum.

3 ℭ Acatium nauis erat actuaria. Iulius Pollux ait fuisse velum in naui maximum, sicut minimum dolonem.

4 ℭ Anquiromachus nauigium est aptum ferendis anchoris, cæterisq; nauticis instrumentis.

5 ℭ Baris erat cymba, qua Aegyptii suorũ cadauera ad tumulũ cõportabãt. Propertius li. 3. Romanamq; tubã crepitanti pellere sistro, Baridos & contis rostra Liburna sequi. Huius nauigii meminit Herodotus libro secundo.

6 ℭ Catascopium dicit̃ nauis exploratoria, vt Catascopus circũspector, quod ethymo dictionis cognoscitur. Cæsar in commentariis. Literis celeriter in Siciliam conscriptis, & per Catascopium missis.

7 ℭ Celox dicit̃ breue nauigiũ à celeritate. Apuleius. Qui celocẽ regere neq̃t, onerariã petit. Plaut⁹ i Aulu. Quo hãc celocẽ cõferã? Varro. Nautæ remiuagã mouent celocem.

8 ℭ Corbita nauis est tarda, & grandis. Plautus in Penulo. Tardiores, q̃ Corbitæ sunt in tranquillo mari. Dicunt̃ aũt Corbitæ, q̃ in earũ malo corbes pro signo suspenderent.

9 ℭ Cydarum Calepinus ait esse nauiculę genus, sed quale, vt in plerisq;, tacet.

10 ℭ De Cymba Virgilius libro sexto Aenei. Gemuit sub põdere Cymba Sutilis. Ouidius libro primo Meta. Occupat hic collem, cymba sedet altera adunca.

11 ℭ Cyrcerus nauis est prægrãdis Asiana. Plautus apud Nonium. Quum percontor portitores, ecq̃ nauis venerit ex Asia, negant venisse. Conspicatus sum interim Cyrcerum, quo me maiorem non vidisse censeo. Idem. Aedificat nauim Cyrcerum, & merces emit.

12 ℭ Fasellus est nauigium Campanum eodem Nonio teste. Sallustius lib. 3. histo. Et forte in nauigando cohors vna,

grandi fasello vecta à cæteris deerrauit.

13 ℂGeseorta nauis est, quam nonnulli prosumiam vocant. Halius dicitur breuis scapha.

14 ℂHoriam Nonius ait nauim esse piscatoriam. Plautus in rudente. Mea opera laboratur & Rete & horia. Diminutiuum est horiola. Idem. Malo hũc alligari ad horiam, vt semper piscetur, & si sit tempestas maxima.

15 ℂLembus dicit̃ nauicula breuis, & velocissima. Plautus. Dum hæc aguntur, Lembo aduehitur tuus pater pauxillulo. Virg. Lembum si forte remisit, Atq; illum in præceps prono rapit alueus amni. Plinius lib. 7. ait. Cyrenenses fuisse repertores lembi.

16 ℂLinter dicit̃ nauicula cauatis arboribus facta. Hac vtebãtur quondã Germani Danubiũ habitãtes. Nonius ait Lintres naues eẽ flaminares, nisi qs forte legat fluuiales, aut fluminares. Ouidi⁹ ad Liuiã. Quẽ semel vmbrifera nauita Lintre tulit. Sidonius. In pugnã Pyrata coit, pars Litre cauata.

17 ℂMonoxylon dicit̃ nauis ex integro ligno, & nõ concisa in trabes. Monon enim vnũ, & Xylon lignum dicitur.

18 ℂPontones dicuntur, quibus pontium loco vtimur in traiiciendis fluuiis. Apuleius. Et si vado non poterũt, pontonibus transibunt.

19 ℂProsumia genus est nauigii speculatorii. Cęcilius apud Nonium. De nocte ad portũ sum ꝓuectus prosumia. Idẽ. Qui pro gubernatore se gerens prope vertit prosumiam.

20 ℂScapha nauicula est in ligno cauata. Horatius lib. 3. Carmi. Tum me biremis præsidio scaphæ Tutum. Vegetius. Scaphas quoq; de singulis trabibus excauatas cũ longissimis funibus, interdũ et̃ ferreis cathenis legio portat. Nonius ait scaphas nauiculas eẽ, q̃ maiores naues cõsequunt̃.

21 ℂSchedia nauigium est rude & impolitum & trabibus inter se connexis factum, Cuiusmodi sunt rates.

22 ℂSorillum nauigium est Istricum, quod lino & Sparto conseritur, & condensatur.

23 ℂStlata nauis est lata, quales forte sunt, quibus equi & currus transuehũtur. Antiqui stlatum, & stlites pro latum, & lites dicebant.

24 ℭTrieris nauis est magna, quam remiges tribus vtrinq; remorum ordinibus impelliũt Latine triremis dicitur, & triũ ordinum nauis, quemadmodum quadriremes & quinqueremes apud antiquos legimus, & apud Græcos Epteres, Enneres, & Deceres, q̃ naues septenum, nouenũ, denumq; ordinum significant. Biremem primum fecere Damasthenes authore Plinio. Triremẽ Ammocles Corinthius. Quadriremen Carthaginenses, Quinqueremen instituir Nesichthon Salaminius, Sex ordinum Xenagoras Syracusanus, Decenremem Nesigiton. Instituit Alexander magnus ad duodecim ordines, Ptolemæus Sother ad quindecim. Demetrius Antigoni ad triginta, Pto. Philadelph⁹ ad. 40. Ptolemæus Philopator ad. 50.

25 ℭPlutarchus in vita Periclis ait Damenam esse quandam nauim rotundam, & concauam & in ventris similitudinẽ formatam, Vt mare percurrere, ac celeriter conuerti possit. Atq; hoc illi indictum nomẽ, quod in Samo primũ reperta sit, & à Polycrate tyranno ibidem ædificata.

26 ℭHippago, seu Hippagium nauis est lata, & expansa, qua equi & currus transmittuntur.

27 ℭLiburni dicebantur bellicæ naues, & velocissimæ à Liburnia Dalmatiæ parte, cuius exẽplo fabricant̃, vel quod Liburni populi olim nauibus citissimis Ionium mare infusasq; prædarent̃. Hinc naues leuitate prſtantes Liburnicas dixerunt. Hora. in Epodo. Ibis Liburnis inter alta nauium Amice ꝓpugnacula. Dicimus & Liburnica. Suetonius in Augusto. Vtrobiq; parte Liburnicarũ demersa, Dicunt̃ etiã Liburnę. Lucanus. Ordine cõtentæ gemino creuisse Liburnæ. Vegetius lib. 4. de re militari de Liburnicis ita scribit. Augusto dimicante Actiaco prælio, quum Liburnoꝝ auxiliis præcipue victus fuisset Antonius, experimento certaminis patuit esse Liburnoꝝ naues cæteris aptiores.

28 ℭEmbolum genus est nauigii velocissimi. Alii ponũt pro rostro æreo, quod ex prora nauium eminet.

29 ℭLenunculus dicit̃ nauis piscatoria. Sallust. apud Noniũ. Primo inducit forte per noctẽ in Lenunculo piscantis.

30 ℭOnerarię naues dicũt̃ negociatoriæ, & pp onera tardę

¶ Actuariæ vero dicunt agiles, & præstātes celeritate. Sallustius. His actuariæ naues circiter. 30. Onerariæ decem erant.

31 ¶ Nauium appellationes apud Gellium libro vndecimo Cap. 25. sunt Gauli, Corbitæ, Caudicæ, Hippagines, Cercuri, Celoces, Oxiæ, Remiéculi, Actuariæ, Prosumiæ, Geseortæ, Orioles, Cattæ, Scapha, Pontones, Nuctuciæ, Mediæ, Phaselli, Parones, Myoparones, Lintres, Caupulica, Mareplacidæ, Cydarum, Ratariæ, Catascopium.

32 ¶ Porro autem nauem primi excogitarunt Tiphys, & Argonautæ, vel Tyrii, vt mauult Tibullus scribens. Prima ratem vētis credere docta Tyros. Danaus nauem primus in Græciam ex Aegypto aduexit. Nam prius ratibus nauigabatur in mari Rubro ab Erithra repertis, Antiquitus fiebāt ex corio circūsutæ in Oceano Britannico, In Nilo ex papyro, Scirpo, & arundine. Longa naue primum Iasonem nauigasse testis est Philostephanus, Egesias hoc tribuit Parrhalo, Ctesias Samiræ, Stephanus Semiramidi, Archimachus Aegæoni, Bibliographi Noę. Onerariam Hippus Tyrius inuenit. Lembum Cyrenēses, Cymbam Phœnices, Celocem Rhodii, Cercurum Cyprii, Sydetum obseruationem in nauigando phœnices, Remum Copæ, Latitudinē eius Plateæ, vela Icharus, Malum, & Antemnā Dædalus, Tectas longas Thasii, Rostra Piseus, Tyrrheni anchoram, Anacharsis Harpagones, Adminicula Tiphys, Classe primus depugnauit Minos. ¶ Naumachia vocat pugna nautica, Naumachiarii qui nauale prælium cōmittunt. Suetonius in Claudio. Sed quum proclamantibus Naumachiariis, aue imperator, morituri te salutant. ¶ Nauis vocabulū est generale. Naualia nauium stationes. Nauarchus nauis princeps, Nauclerus, seu Naucleriacus ductor. Nauta, & nauita idem. ¶ Carina dicit concauitas nauis, & capitur p tota naui. Virg. Frondentesq; ferunt remos, natat vncta carina. Carinare istar carinę formare. ¶ Puppis pars posterior nauis, prora anterior, proreta rector proræ. ¶ Rates dicunt rudes, & impolitæ trabes inter se connexæ. Ratis tñ capit pro naui. Ouidius lib. 4. de Ponto. Et freta veliuolas non habitura rates. Ratiarii ratis ductores. ¶ Classis capitur pro

multitudinē nauiū, & qn̄q; pro vnica naui. Virg. Et Lyciæ ductorem classis Orontem. ¶ Remiges nautæ qui remos agunt, Remigare remos agere. ¶ Helciarii qui maiores naues funibus trahunt canabinis aduersus vndas. ¶ Rudētes dicuntur funes nautici. Lucanus lib. 8. Aut laqueum collo tortosq; aptare rudentes. ¶ Anchora ferrum est repandū, & vtrinq; acutum, quo sistūtur naues. Vnde adagiū. Nauis tua fulta est duabus anchoris. ¶ Antemnæ instrumēta sunt amnem ante secātia, viamq; nauibus facientia. Virg. Cornua velatarum obuertimus Antemnarum. ¶ Vela dicuntur linea, vel canabina tegmina, quæ dispassa malo nauis alligantur, vt ventos recipiāt, hinc mare veliuolum. ¶ Carbasus linum est tenuissimū, quo vela nauium fiebāt quondā, vnde & carbasa pro velis accipi solent. ¶ Transtra tabulæ sunt, in qbus sedēt remiges, vel per quas ad regimen nauis deambulant. ¶ Celeuma dicit clamor nauticus. ¶ Naulū & portoriū merces nautarū, & portitoꝝ. ¶ Vrinatores dicunt natatores subaquatiles, Vrinari, seu vrinare sub aq̄s natare.

¶ Propria quędam Nauium nomina.

1	Argo		Scylla	8	Paralus
2	Pistris	5	Tygris		Salaminia
3	Chimera	6	Centaurus	9	Thalamegos
4	Centaurus	7	Triton		

1 ARgo dicit fuisse prima nauiū, qua Iason, Tiphys, Castor, Pollux, & alii (quos inde Argonautas dicimus) profecti sunt Colchos ad rapiendū vellus aureū. Sumpsit autē nomen ab Argo architecto. Vnde Val. Flac. lib. 1. Ad charum Tritonia deuolat Argum, Moliri hunc puppem iubet, & demittere ferro Robora, Peliacas etiā comes exit ad vmbras. Vel ab Argiuis, qui in ea nauigarūt. Hāc nauim poetæ multis ornāt epithetis. Vocant in primis fatidicam, & loquaculā, quod beneficio Mineruæ facta sit ex quercu dodonæa, quā Sophocles tradidit fuisse nō tm̄ verbosam, at ēt futuri præsagam, vt in periculis Argonautas moneret. Vnde Claudianus. Licet omnia vates In maius celebrata

fetant, ipsimq; secādis Argois trabibus iacent sudasse Mineruam, Nec nemoris nautam vinxisse carentia sensu Robora, sed cæso teneri Iouis augure Luco Arbore præsaga tabulas animasse loquaces. Seneca in Medea. Ipsaq; vocē perdidit Argo. Val. Flac. Prima deum magnis canimus freta peruia nautis, Fatidicamq; ratē. Vocat præterea Pagasæa, à Pagasa vrbe Thessaliæ, apud quā fuit ædificata. Itē Pelias à Pelio monte, Tritonis qm̄ beneficio Mineruæ & ingenio facta est. Magnesis seu Magnesias à Magnesia regione Macedoniæ proxima. Argoa & argiua ab argiuis nautis. Quæ omnia testimoniis sequentibus confirmatur, Oui. lib. 7. Meta. Iamq; fretum Minyę Pagasæa puppe secabāt. Val. Flac. libro primo. Et Oebalium Pagasæa puppis alũnum Spectet. Statius libro quinto Theb. Pelias intacti late subit hostia ponti Pinus. Oui. in Epistolis. Phryxæam petiit Pelias arbor ouem. Vale. Flac. lib. 8. Si modo Peliacę nō sum captiua carinę. Idem. Sequiturq; volātem Barbara Palladiā puppē ratis. Magnesis seu Magnesias. Ouidius ī Epistolis. Cur vnquā Colchi Magnesida vidimus Argo. Pontanus lib. 5. de Stellis. Appulerat myſorum agris Magnesias Argo. Val. Flac. lib. 7. Horruit Argoæ legio ratis. Manilius. Argiuamq; ratem per aplustria summa. De Argo Propertius libro primo. Namq; ferunt olim Pagasę naualibus Argon Egressam longe Phasidos isse viā.

2 ¶ Pistris, Centaurus, Chimera, Scylla, nomina sunt nauiū apud Virg. lib. 5. Aeneid. De pistri & eius rectore Mnesteo sic inquit. Velocem Mnestheus agit acri remige Pistrim.

3 ¶ De Chimera. Ingentemq; Gyas ingēti mole Chimerā.

4 ¶ De Cētauro & Scylla. Sergestusq;(domus tenet à quo sergia nomen) Centauro inuehit magna, Scyllaq; Cloanthus Cærulea.

5 ¶ Apud eundem libro decimo. Tygris nomen est nauis, cuius rector fuit Massicus, Hæc eius verba. Massicus ærata princeps secat æquora Tygri.

6 ¶ Est & Centaurus nomen alterius nauis, cuius rectorem vocat Cupauonem, vbi ait. Filius æquales comitatus classe cateruas Ingentem remis Centaurum promouet.

7 ¶Triton nauis fuit cuiusdam Auleſtis. Idem. Hunc vehit immanis Triton.

8 ¶Cęlius ex teſtimonio iterpretum Ariſtophanis ait duas Athenis naues fuiſſe publico muneri deſtinatas, ex qbus Salaminia euocatos ad iudicium ſubueheret, Paralus vero aueheret Delphos ad rem diuinam.

9 ¶Thalamegos nomen fuit nauis, quam Ptolemæus Philopator in delitiis habuit Nilo pernauigãdo longitudine ſexcentorum pedum, latitudine quinq; & quadraginta, altitudine pedũ paulo minus ſexaginta. Budæus de Aſſe.

¶Argonautarum nomina.

Tiphys	Leodocus	Phalerus
Iaſon	Idmon.	Eribotes
Caſtor	Iphitus	Peleus
Pollux	Euphemus	Menœtiu
Melampus	Deucalion	Phlias
Amphiaraus	Amphion	Erginus
Teſtor	Climinus	Lacon
Theſeus	Iphiclus	Meleager
Coronus	Nauplius	Aethalides
Eurydamas	Oileus	Echion
Iphidamus	Cepheus	Admetus
Cius	Amphidamas	Canthus
Epitropus	Ancæus	Idas
Telamon	Eurytion	Zethes
Hercules	Mopſus	Calais
Hylas	Tydeus	Erix
Orpheus	Periclymenus	Amyrus
Aſterion	Philochthetes	
Talaus	Butes	

Argonautę quot.



Rgonautæ (vt iam diximus) dicunt heroes alli, qui in Argo naui Colchos profecti ſunt ad rapiendum vellus aureũ. Sunt qui dicãt fuiſſe duo & quinquaginta numero. Alii quattuor addũt. Sed parum refert de numero. Valerius Flac. li. 1. ſeriatim multos enumerat. De Zete & Calai. Ouidius lib. 6. Met. Vellera cum Minyis nitido radiantia villo

Per mare non notū, prima petiere carina. Propertius lib. 1. Hunc duo sectati fratres, Aquilonia proles. Hunc super & Zetes; hunc super & Calais. Omnium summi & principes fuerunt Tiphys & Iason. Vn̄ Ouidius lib. 1. de Arte. Tiphys in Aemonia puppe magister erat. Eam ob rem Argo ipsa vocat Iasonia. Ruffus Festus. Puppis Iasoniç depictaq́ ter ga carinç. De Argonautis copiose meminit Diodor⁹ lib. 5.

¶ Nautæ nonnulli.

1 Tiphys	7 Canopus	13 Mandro
2 Mnesteus	8 Saro	14 Phrontis
Sergestus	9 Amarsyades	15 Amyclas
Cloanthus	Nausitheus	16 Colæus
3 Palinurus	Pheax	17 Phereclus
4 Telo	10 Ariamenes	18 Pelorus
5 Phoreus.	11 Petitius	
6 Opheltes	12 Acessæus	

1 DE Tiphy licet iam satis dixerimus, adhuc tñ te stimonia adiiciemus. Virgilius. Aeglo. quarta. Alter erit tum Tiphys, & altera quæ vehat Ar gō Delectos heroas. Ouidius in Epist. Quid mihi cum Minyis, quid cum Tritonide pinu. Quid tibi cū patria nauita Tiphy mea. Seneca in medea. Quæq́ domitorem freti Tiphyn nouam firmare docuisti ratem. Idem; Ausus Tiphys pandere vasto Carbasa ponto, legesq́ nouas scribere ventis.

2 ¶ Mnesteus, Sergestus, Cloanthus nautæ fuerunt Aeneæ. Virgilius libro quarto Aeneid. Mnestea, Sergestumq́ vo/ cat, fortemq́ Cloanthum.

3 ¶ Fuit & Palinurus gubernator nauis Aeneæ. Virgi. lib. 5. Ipse gubernator puppi Palinurus ab alta. Mantuanus in Alphonso lib. 5. Nam neq́ in hæmonia Tiphys prudētior Argo Nauta, nec Ioniis melior Palinurus in vndis.

4 ¶ Telonem massiliensem Lucanus à nauigandi astrorūq́ peritia laudat libro. 3. vbi ait. Dirigit huc puppim miseri quoq́ dextra Telonis. Qua nullam melius pelago turbāte carinæ Audiuere manum, nec lux est notior vlli Crastina,

seu Phœbum videat, seu cornua Lunæ, Semper venturis componere carbasa Ventis.

5 ¶Idem cõmendat Phoceum quendam vrinatorem adeo natãdi peritum, vt mergeret se, ac demum emergeret quũ vellet, Hæc eius verba. Pugna fuit vnus in illa Eximius Phoceus, animam seruare sub vndis, Scrutariq; fretum, si quid mersisset arenis. Et nimis affixos vnci couellere morsus, Adductum quoties non senserat anchora funem.

6 ¶Opheltes fuit nauta & circũuentor scelestissimus, De q̃ Sidoniꝰ. Qui, vigor in pedibus frustra tibi natus Ophelte.

7 ¶Canopus authore Plinio fuit gubernator nauis Menelai, à quo hostium Nili Canopicũ nomen sumpsit, vbi ictu Aspidis mortuus est ille. Huius canopi meminerũt Strabo libro vltimo, & Seruius in vndecimum Aeneidos Virgilii.

8 ¶Fuit Saro quispiã nauta, q moribꝰ suis ielegãtibꝰ & iurbanis sequẽti adagio locũ fecit. Sarõe magis nauticꝰ. Erasmꝰ.

¶Simonides apud Plutarchum testis est Amarsyadẽ Phereclum fuisse gubernatorẽ nauis Thesei in Cretam ad Minotaurum nauigantis. Philochorus ibi ait, Nausitheum & Phæacem rectores fuisse eius nauis.

10 ¶Idẽ i Themistocle ait Ariamenẽ xerxis fuisse nauarchũ.

11 ¶Eodem teste Petitius fuit gubernator nauis, in quam Pompeius post fugam conscendit.

12 ¶Acessæus fuit ignauus quispiã nauta, qui vt nauigationem prorogaret, dicebat se Lunam magis opportunã expectare. Vnde natum Adagium. Acessæi Luna, in comperendinatores, qui semper causas comminiscuntur, quo negocium differant. Erasmus.

13 ¶Mandro fuit quispiã nauicularius, q aspirãte fortuna tãdẽ factus est iperator, vnde etiam factus adagio locus. Fuit & Mandroni ficulna nauis. In eos, q p̃ter meritũ ad opes euecti, pristinę cõditióis nõ meminerũt. Eodẽ Erasmo teste.

14 ¶Phrontis nauta fuit Menelai filius Onetoris, cæsus à Phœbo.

15 ¶Amyclas nauta fuit, ad quẽ tempore belli ciuilis accessit Cæsar, vt ab eo trãsueheretur in Italiam. Lucanus lib. 5. Molli consurgit Amyclas Quem dabat alga, toro.

16 ¶Herodotus in Melpomene ait Colæum fuisse gubernatorem cuiusdam nauis Samiorum.
17 ¶Phereclus fuit architect⁹, q naues Paridis ad raptū Helenę ituri fabricauit, vñ & nauis ꝑpo epitheto Phereclęa dr̃.
18 ¶Pelorus fuit gubernator nauiū Annibalis fugientis.

¶Portitores

1 Phaon 2 Phorcus 3 Charon.

1 Cælius scribit Phaonē fuisse portitorē, eoq; se fouisse artificio. Hic quū venerē trāsuexisset, vnguētū ab ea ferē accepisse, quo delibutus factus est hoium pulcherrimus.
2 ¶Phorcus græce Porthmeus, latine portitor dictus est, quod per mare deferret Colonias teste Beroso.
3 ¶Charon dicitur portitor inferorum. Virgilius libro. 6. Aeneid. Portitor ille Charon. Idē. Portitor has horrendus aquas & flumina seruat Terribili squalore Charon. Propertius lib. 3. Exoranda canis tria sunt latrantia colla, Scandenda est torui publica cymba senis. Idem lib. 4. Vbi portitor æra recepit, Obserat vmbrosos lurida porta rogos.
¶Portorium, Porthmæum, Telonarium, minerual, stips Charontica naulum dicitur portitorum merces. Seneca de Charonte. Hunc seruat amnem cultu & aspectu horridus, Pauidosq; manes squalidus gestat senex. Idem in Oedipo. Quinq; capaci turbida cymba flumina seruat, durus senior, nauita Charon.

¶Piscatores & Vrinatores.

1 Dyctis 3 Scyllias 5 Ichtyophagi.
2 Herminius 4 Nicola⁹ Calapiscis 6 Petrus aplus.

1 Dyctis fuit piscator quispiam, qui educant Perseum, de quo Statius libro secundo Syl. Fluctiuagus volucrē comebat Persea Dyctis.
2 ¶De herminio piscatore, Syllius lib. 5. Nec minus herminium primis obtrūcat in armis, Assuetum Trasymene tuos prædantibus hamis Exhaurire lacus, patriæq; alimēta senectæ Ducere suspenso per stagna licentia lino.
3 ¶Herodotus ait Scylliā fuisse vrinatorem Sicyoniū Themistoclis ętate, qui et in naufragio ad Peliū facto, multā pecuniā Persis seruauerit, plurimamq; sibi lucratus sit.

4 ¶Nicolaus quidā Calapiſcis cognominatus ex Appulia oriundus, à puero aquis aſſuetus degebat inter marinas beluas multos dies continuos illæſus, & profunda pelagi ſcrutabať, futuraſq; tēpeſtates prædicebat, author Volater.

¶Plinius ait Ichthyophagos populos Troglodytis vicinos natare ſeu maris animalia.

¶Eccleſiaſtici dicunt Petrum apoſtolum omniū pontificum primum fuiſſe piſcatorem profeſſione.

¶Pericula marina.

1 Charybdis 3 Malea 4 Syrtes
2 Scylla 4 Caphareus

1 CHarybdis periculum eſt marinum in Sicilia ꝓpe Tauromīnitanum litrus, quod crebris aquarū vorticibus infremere, aſſiduiſq; fluctuum concurſibus rapta abſorbere dicitur. Ouidius lib.4. de Ponto. Nec potes infeſtis conferre Charybdin Achæis, Ter licet epotet, ter vomet illa fretum. Tibullus lib.4. Nec violenta ſuo cōſumpſit in ore Charybdis, Vel ſi ſublimis fluctu cōſurgeret imo, Vel ſi interrupto nudaret gurgite pontū.

2 ¶Scylla, ſaxum eſt in mari Siculo mare ipſum reddens importuoſum & plenum periculi, quod aſſiduis aquarū concurſibus latratum videtur emittere, Poetę fabulanť Scyllā Phorci filiam mutatam in monſtrum ſuperne virgineum, inferne vero piſcem, & ſex caninis capitibus latrans, quū ſe lauiſſet in fonte, quod Circe veneno infecerat. Oui.li.7. Meta. Cinctaq; ſæuis Scylla rapax canibus Siculo latrare profundo. Plinius lib.3. In eo freto eſt ſcopulus Scylla. Itē Charybdis mare vorticoſum, Ambo clara ſæuitia. Cicero actione.6. in Verrem. Non enim Charybdim tam infeſtam neq; Scyllam notis, quam iſtum in eodem freto fuiſſe arbitror. Seneca in Medea. Quid quum Siculi virgo Pelori rabidos vtero ſuccincta canes Omnes pariter ſoluit hiatus.

3 ¶Malea promontorium eſt Laconiæ ſcopuloſum, quod per.50. millia paſſuū in mare protenſum periculoſam reddit nauigationem propter aduerſos vētorum flatus. Hinc natum prouerbium. Quum ad maleam deflexeris, domeſticos obliuiſcere. Eſt autē penultima dictionis indifferens.

Virg. Ionioq; mari, maltæq; sequacibus vndis. Statius li. 4. Theb. Quod Pylos & dubiis vitata Malea carinis. Idē in Achill. Nec vndisonæ quos circuit vnda Maleæ.

¶ Caphareus mons est Euboiæ altissimus Hellespontum versus, importuosus & formidolosus propter scopulorum frequentiam & crebros vndarum vortices. Hic Nauplius rex Euboiç mortem filii Palamedis, Vlyssis dolo interfectī vltus est. Nam quum Græci Troia redirent, Nauplius facē in vertice montis posuit, vt locus fidē portus faceret. Quo quū venissent, multi naufragiū fecerunt. Statius in Achill. Quum reduces Danai, nocturnaq; signa Caphareus Exeret. Seneca in Aga. Vbi saxa rapidis clausa vorticibus tegit Fallax Caphareus, æstuat scopulis fretum, Feruetq; semp fluctus alterna vice. Idem. Hinc petræ Capharides, Hinc omne voces reddit herculeas nemus. Sidonius. Fixusq; Capharei Cautibus inter aquas flammam ructabat Oileus. Valerius Flac. lib. 1. Et face sæua In tua mox Danaos acturus saxa Caphareu.

Nauplius.

¶ Syrtes duo sunt loca in finibus Africæ Aegyptum versus, vbi mare fert esse vadosum & importuosum pp aquas reciprocas. Seneca. Et amica nautis antē promittet vada incerta Syrtis. Syllius lib. 17. Et semper naufraga Syrtis.

¶ Ouidius lib. 11. Elegiarū de quibusdā sic meminit.

Cum domina Libycas ausim prærumpere Syrtes,
Et dare non equis vela ferenda Notis.
Non quæ virgineo portenta sub inguine latrant,
Nec timeam vestros curua Malea sinus.
Nec quas submersis ratibus saturata Charybdis.
Fundit, & effusas ore receptat aquas. Sidonius. Syrenas pereuntibus placentes,
Vitatas tenebras, facemq; Naupli. Et Scyllæ rabidum voracis inguen,
Vel Taurominitana quos Charybdis Ructatos scopulos cauat profundo.

¶ Piscinarii.

Sergius Orata	Licinius murena	Vedius Pollio
Hortensius	Fuluius hirpinus	

¶ Piscinarii dicuntur, qui piscinas habẽt refertas piscibus easq; magno studio curant. Ostrearii viuaria, primus oĩum Sergius Orata inuenit, optimumq; saporem Lucrinis adiudicauit. Ex Plinio & Macrobio.

¶ Licinius murena reliquorum piscium viuaria primus instituit. Lucullus ad piscium receptacula montem excidit iuxta Neapolim maiore impẽdio, quã villã ædificauerat, admisso mari. Varro scribit M. Catonẽ Vticensem (quum hęres testamẽto Luculli seu Lucilii esset relictus) pisces de piscinã eius. 40. millibus vẽdidisse. Murenarũ viuaria excogitauit C. Hirrius, q cœnis triũphalibus dictatoris Cęsaris sex millia murenarũ mutua appẽdit, & dedit ĩ pondus.

¶ Vedius Pollio, quum piscinas magno studio coleret, solebat seruos suos occidere, eosq; piscibus vorãdos præbere, vt hominum cruore pasti delicatiores essent. ¶ Curauit & piscinas Hortensius Orator) Murenamq; adeo dilexit, vt mortuam multos dies atratus fleuerit. ¶ Antonia Drusi Murenæ quam diligebat, inaures addidit. ¶ Coclearũ viuaria primus instituit Fuluius Hirpinus.

Lucullus

40

C. Hirtius

¶ Pisces diuersi.

1	Acipenser	17	Carpio	34	Charace
2	Alosa	18	Cephalus	35	Coclea
3	Attilus	19	Concha	36	Clupea
4	Aurata	20	Congrus	37	Dactylus
5	Anguilla	21	Cybium	38	Delphinus
6	Alec	22	Coracinus	39	Draco
7	Aries	23	Cytharœdus	40	Echeneis
8	Aphya	24	Cetus	41	Elops
9	Astacus	25	Cyprinus	42	Echinus
10	Acus	26	Channa	43	Exocœtus
11	Anthia	37	Cantharus	44	Encraules
12	Aelurus	28	Cestreus	45	Galeus
13	Aulopa	29	Cancer	46	Glanius
14	Barbo	30	Cordilla	47	Gobio
15	Bocas	31	Canicula	48	Glaucus
16	Balena	32	Coruus	49	Grus
	Cammarus	33	Callionymus	50	Gatus

51	Gerres	87	Ostrea	124	Scarus
52	Hippocapus	88	Orca	125	Sargus
53	Hircus	89	Orphus	126	Synodon
54	Higrophœnix	90	Orcynus	127	Silurus
55	Iulides	91	Orchis	128	Scombrus
56	Lampetra	92	Oxyringus	129	Sphyrena
57	Loligo	93	Otia	130	Salmo
58	Lutariæ	94	Pectunculus	131	Salpa
59	Lupus	95	Pelamis	132	Solea
60	Lucerna	96	Peloris	133	Stella
61	Lagnis	97	Physeter	134	Scolopedra
62	Lepus	98	Phoca	135	Scorpius
63	Leo	99	Polypus		Squilla
64	Locusta	100	Pristis	136	Simia
65	Lucius	101	Psitta	137	Sagittarius
66	Labrax	102	Pastinaca	138	Spongia
67	Mugil	103	Phagrus	139	Strombus
68	Murena	104	Pauo	140	Squatina
69	Murex	105	Pholis	141	Sparulus
70	Mustella	106	Phuca	142	Thymallus
71	Mullus	107	Pediculus	143	Torsio
72	Myrus	108	Porcus	144	Trochus
73	Merix	109	Pardalis	145	Thrissa
74	Melanurus	110	Physalus	146	Trocta
	Mena	111	Pharus	147	Thynnus
75	Mus araneus	112	Phagurus	148	Trichia
76	Mus marinus	113	Purpura	149	Triton
77	Musculus	114	Pompilus	150	Testudo
78	Merula	115	Pinna	151	Torpedo
79	Margarus	116	Perna	152	Trigla
80	Melandria	117	Plataniста	153	Voligo
81	Miluago	118	Pulmo	154	Vitulus
82	Myrinus	119	Passer	155	Vertibulum
83	Mytulus	120	Rhombus	156	Vrtica
84	Minutal	121	Rana	157	Vua
85	Narica	122	Raia	158	Alupleriæ
86	Nautillus	123	Sepia		


Cripserunt de piscium natura Oppianus, Aristoteles, Plinius, & aliquot alii magnæ celebritatis viri, qui quãm acute adeo & diligenter negocium hoc attigerunt, vt nihil posteris reliquisse videantur, vacantis esset operę multa moliri velle post illos, quorum nec vmbram quidem possit quisq̃ pertingere. Propterea satis erit nobis quædã admodum pauca decerpere, quæ notiora & maiori emolumento futura videbunt. Nam nihil indiscussum relinquere velle, illud eẽt retexere telã Penelopes, Dicamus ergo de piscibus, quorum nomina apud authores frequentiora sunt. Piscis Græce Ichthys dicitur, vnde Ichthyophagi populi Troglodytis vicini, qui vescuntur piscibus. Ichthyopolæ piscium venditores, qui & Cetarii vocant, Ichthyopolium forum piscarium. Capiuntur pisces, hamis, nassis, tragulis, excipulis. Qui piscant, vocantur hamiotæ, vt faciebat Augustus animi laxandi gratia. Tranquillus scribit Neronem aureo rete piscari solitum.

¶ Piscium, alii teguntur corio & pilis, vt vituli, hippotami, Alii corio tãtum, vt Delphini. Cortice vt testudines, Silicum duricia, vt Ostræ, conchæ, Crustis, vt locustæ, Crustis & spinis, vt Echini, Squamis vt Carmio, aspera cute, vt squatina, qua lignum & ebora poliunt, molli vt Murenę, Alii nulla, vt Polypus. Quæ pilo vestiũtur, animal pariũt. Spirant pisces, Nam & pulmonem habent, aut aliqua pulmonis loco viscera. Annotata est enim in quibusdam æstiuo calore anhelatio, & i aliis oscitatio. Interim quoq; dormiunt. Oua pariunt, quæ squamis integunt. Coeunt plerũq; in occursu, paruo contactu, mensibus Martio, aprili, Maio, Autũno pauci, vt Salpa & Sargus. Piscium alii sunt plani, vt Rhombi & Soleæ, aliqui longi, vt Murena, conger. Placet Aristoteli nullas esse piscibus mãmas, nec meatum vllum genitalium perspicuum sed excrementorum tm̃ locum. Partes quoq; audiendi, odorandi, sentiendi nullas esse perspicuas præter oculos. Sunt qui gregatim errãt more armentorum, volant aliqui, vt accipitres, hirũdines, sepiæ. Sentiunt hyemen procellosam, cuius horrore multi

limo

limo se pvoluunt, alii sub petris glomeratim conquiescũt, nõnulli ima petũt, q̃ sentiãt summa pelagi tempestatibus obnoxia. Redeunte vero serenitate prosiliunt, & libenter littus prospiciunt. Partu differunt inter se. Lupus bis anno parit, Mulus ter, Cęteri semel ac diuersis temporibus. Prægnantes gaudent aquis dulcibus. In Africa tñ feruntur viuere nõnulli in feruenti palude. Sunt qui colorem mutãt. Nam menę hyeme candidæ, fiunt, æstate nigriores. Mutat & Phycis reliquo tpe candida, vere varia. Amicitias inter se & inimicitias exercent. Inimici sunt Delphinus & Balena, Cęstres & Lupus, Murena & Congrus. Sunt & qui docilitatem nescio quã præ se ferunt. Nam in Lymira fonte Lyciæ ter fistula euocati veniũt ad augurium teste Plinio, Hierapoli Syrię in lacu Veneris, æditnoꝝ vocibus parent vocati, exornati auro veniunt adulantes, Scalpuntur, ora hiantia manibus inserendis prębent. In Stabiano Cãpaniæ ad Herculis petrã Melanuri in mari panẽ abiectũ rapiunt, iidemq́ꝫ ad nullũ cibum (in quo hamus sit) accedunt.

1 ℭ Acipenser piscis est, qui squãmis ad os versis cõtra aquã nando meat, Fuit olim in magna mensarũ dignatione & inuẽtu rarus, vt docet Cicero in libello de Fato, apud quẽ dicit Scipioni Numantio acipenserẽ esse paucoꝝ hoĩum. Quod ẽt docuit Plautus scribẽs. Qui mihi ĩ mari Acipenser latuit, cuius latus in latebras dedã meis dentibus. Martialis ad Palatinas Acipensera mittite mensas, Ambrosias ornẽt munera rara dapes. Calepinus Acipẽsem legit, aitq́ꝫ vtrũqꝫ dici Acipẽsis & Acipenser. Plinius scribit hunc piscẽ suo tempore ignobilem fuisse. Hunc primus apposuit mẽsis Calonius præco, homo postremæ gulæ.

2 ℭ Alosa piscis est de Clupearum genere, qui alio nomine Chryssa dicit. Alosę dicunt esse laudatissimę in Tyberi.

3 ℭ Attilus piscis est inertia pinguescens. Frequens est in Pado, adeo vt ad mille quandoqꝫ libras capti sint, qui nisi iugis boum extrahi potuerunt.

4 ℭ Auratæ, pisces sunt omnium timidissimi, qui in maris refluxu sub littoraliũ arboꝝ radicibus se occulunt, ibiq́ꝫ frondium agitatione exterriti facile capiuntur, quadam velut

deditione. Eorum viuaria primus instituit Sergius Orata, inde nomen adeptus. Martialis. Non omnis laudem pre/ciumq; Aurata meretur. Hic piscis nomen accepit ab auri colore. Cōmendantur Auratæ, quæ sunt ex Lucrino lacu. Coeunt attritu ventris & oua concipiunt.

5 ℂ Anguillæ pisces sunt oblongi, volubiles & serpentibus similes, qui piscium soli exanimes non fluitant. Dicuntur Anguillæ, quod anguibus similes sint. Viuunt annis. 8. durant sine aqua senis diebus. Generantur scopulorũ attritu, sine coitu, sine ouo, nec est alia earũ procreatio. Frequēs habet lacus Benacus authore Plinio. Vescunt limo & eduliis, si quis apponat, sed plurimæ dulci humore viuũt. Gaudent aqua semper affluente & effluente, quæ nisi limpida fuerit, breui intereũt. Aestiuo tpe de lacu in piscinã trãslatæ viuere nequeunt, hyeme vero mutationem loci tollerant facillime. Reperiũtur in Gange tam inusitata magnitudine, vt tricenos pedes impleãt. Optimæ & prępingues capiuntur in Timauo lacu. Reperiuntur etiam in limosis locis prope Syracusas, tanta multitudine, vt piscari volentibus lata adsit præda. De anguilla Iuuenalis Satyra. 5. Vos anguilla manet longe cognata colubræ. Aristo. ait anguillam neq; marem esse, neq; fœminam.

ℂ Alec piscis est, qui sola aqua nutrit. Martia. Cui portat, gaudens ancilla paropside gaudēs Alecē, sed quã protinus illa voret. Diminutiuũ est alecula. Colu. lib. 9. Datur Camarus, & riualis alecula, vel si qua sunt incrementi parui fluuiorũ aĩalia. Capitur ēt alec pro salso liquamine. Martialis lib. 3. Capparin & putri cepas alece natãtes.

7 ℂ Aries piscis est, qui grassatur vt latro, & grãdium nauiũ in solo stantium occultus vmbra expectat, si quem nandi voluptas inuitet, raptamq; prædam adnatãs mergit.

8 ℂ Aphyę pisciculi sunt, qui ex aqua & pluuia procreãtur. Aphya in ignem, Prouerbium est de rebus, quæ celeriter intereunt & absumuntur, vel quæ statim conficiuntur. Nã aphya piscis admotus igni protinus decoquitur.

9 ℂ Astacus piscis est, qui si longius à mari exportatus dimittatur, ad eundē irrepit locũ vbi captus fuerat.

10 ¶Acus piſcis eſt gracilis iuſtũ vteri tp̃s nõ expectans, ſed abrũpẽs vterũ & matrẽ interimens. Pariũt enim Aci cõfra/ cto vẽtre, multitudie partus exigui p̃cii Grẽce dicũt Bellones. De his Martia. li. 10. Et ſati⁹ tenues ducere credis Acos.

11 ¶Anthia piſcis eſt frequens apud Chelidonias inſulas. Celeriter capitur, paruo nauigio, & cõcolori veſte, eademq́; hora p aliquot dies cõtinuos piſcator enauigat certo ſpacio, eſcãq; p̃iicit. Solus hic multos dies ad piſcatores accedit ĩcomitat⁹, Poſtremo greges ĩnumeros adducit, quos ſi iuolauerit Hamiota, parcit ductori. Preterea Anthię quũ vnũ hamo teneri viderint ſpinis (quas ĩ dorſo ſerratas hñt) lineã ſecare tradunt, ea q̃ tenet̃ extẽdente, vt p̃cidi poſſit.

12 ¶Aeluri piſces ſunt, quorum oculi ad vices Lunæ aut ampliores fiunt, aut minores.

13 ¶Aulopa piſcis eſt magnitudine ingẽtis Thynni, ceruſce firmiſſima, oculis patentibus atq; amplis, dorſo cæruleo, ventre albente, corpore linea aurei coloris diſcriminato, quæ à vertice ad caudã deſinit.

14 ¶Barbo piſcis eſt, geminam habens barbam in labro inferiore. Alio nomine vocatur mulus. Vnde & Cicero in paradoxis mulos vocat barbatulos.

15 ¶Bocas piſciculus eſt, vocẽ quãdã mugitui ſimilẽ reddẽs.

16 ¶Balena piſcis eſt oium maximus, q partũ lacte nutrit. Spirat nõ brãchiis, ſed fiſtula quadã, In fronte gerit ora, Fert̃ ſumma aqua, Hebetat̃ ſenſibus ob corpis molẽ. Propterea duce ĩdiget, q p̃long⁹ & alb⁹, & capite p̃cero, ãguſta cauda preit, extremaq; balenã cõtingit, & tanq̃ temone ad eã regendam vtit̃. Sole ardente balena interdum exit ad littus, & proſtrata dormit in arena. Reperiuntur balenæ in mari indico quaternum iugerum, & elephantis quintuplo maiores. Sunt & prægrandes in mari Britãnico Iuuenalis Saty. 10. Quãtum delphinis balena Britãnica maior. Balenis infeſtę ſunt Orcæ, repertoſq; earũ vitulos morſu lacerant.

¶Camarus piſcis eſt viliſſim⁹ quẽ Columella iubet cõiici in piſcinas ad nutriendos maiores piſces, de quo Martialis. Concolor in noſtra cammare lance rubes. Iuuenalis Saty. 5. Sed tibi dimidio cõſtrictus cammarus ouo.

17 ℭ Capio piſcis eſt nobis frequens, & in Benaco laudabilis.

18 ℭ Cephalus ęt nomen eſt piſcis. Ambroſius. Ille ſinus maris Cephalos alit, lupos ille. Ille ſaxatiles. Sordidi ſunt Cephali. Summo pelago qñq; vrinãtes ſeſe abluunt. Oua eorum nõ attingunt, vnde & numeroſi ſunt. Quũ adoleuerunt, corripiunt à cęteris, Marini flumineis pręſtant.

19 ℭ Concha eſt de genere cancrorum. Conchæ & Oſtrea dicũtur piſces teſtæ firmioris. Et teſtæ ipſæ duriores vocantur Conchæ. Ouidius. Oſtreaq; & conchis tuta fuere ſuis. Columella. Implicitus Conchę limax. Conchis optimis abundant lucrinus, Bibada indiæ inſula, & mare rubrum.

20 ℭ Congrus ſeu conger etiam genus eſt piſcis, quem inter ſaxatiles ponit Plinius. Similis eſt anguillæ, duriore tñ carne & ſapore inferior. Grillum Nicander vocauit.

21 ℭ Cybium piſcis eſt ita ſciſſus, vt medium pateat æque in omnes partes ad ſimilitudinem teſſerarum.

22 ℭ Coracini piſces ſunt Nilo peculiares. Martialis. Priceps Niliacis raperis Coracine macellis, Pellçæ prior eſt gloria nulla gulæ. Coracinus oculos frequenter mouet.

23 ℭ Cytharœdus piſcis eſt, qui à cauda ad verticem lineas habet inſtar neruorum muſici inſtrumenti diſtentas, Vnde nomen accepit. Frequens eſt in mari rubro.

24 ℭ Cetus piſcis eſt maximus in Atlãtico mari. Ambroſius. Virtute mitigauit mar, Diſciplia Cetos ſtrauit Pli. li. 32. ſcribit, Cetos ſexcentorum pedum longitudinis, & trecentorum latitudinis intraſſe in flumen Arabiæ, Sunt enim tantæ magnitudinis, vt ſi aquis ſupernatent, inſulæ videantur. Dicimus ęt cete in neutro genere & plurali numero. Statius libro primo Achill. Armigeri Tritones eunt, ſcopuloſaq; cete. Cetarii dicunt maiorum piſcium venditores.

25 ℭ Cyprinus piſcis ẽ fluuiatilis palatũ hñs carnoſum pro ligua.

26 ℭ Channa piſcis eſt mollis carnis. Hyatulã Gaza cõuertit.

27 ℭ Cantharus piſcis eſt Zelotypus, qui pro conſorte ad interniciоnem cum ſuo genere pugnat.

28 ℭ Ceſtreus piſcis eſt, qui reliquis mutua deuoratiõe victitantibus ſolus ab aliorum carnibus abſtinet, ideoq; non capitur eſca, ſed in limũ abdit ſeſe, quo ibidem paſcit. Vbi vero

in metu caput occuluit, arbitratur totum corpus esse tutũ. Nonnulli ferunt hunc piscem deuorari à Congro, vt Congrum à murena. Theodorus Gaza mugilem fecit latine.

29 ℭ Cancri pisces sunt multipedes & præpostere gradiẽtes, vt Calẽtius in Croaco sequẽtib⁹ verbis graphice describit.

Illis dena pedum vestigia, denaq; in arcus
Crura recuruantur, laterũq; à margine ludunt.
Ambiguumq; iter est, & deuius vsus eundi,
Inq; humeris erecti oculi, ceruicibus vllis
Non hærent capita alta, latent sub pectore dentes.
Monstrum ingens, quo non aliud natura crearat
Deterius, visuq; horrendum & morsibus audax.
A dextra læuaq; gradum nituntur, & æquo
Per terras auidi atq; vndas discrimine currunt.
Et dirũ gemina minitantur forpice bellum,
Faucibus armati & curua testudine tecti.

Reperiunt in Phœnicia litorales cancri tantæ velocitatis, vt comprehendi nequeant.

30 ℭ Cordillæ pisculi sunt, de qbus Martialis lib. 3. Ne nigrã cito raptus in culinã Cordillas madida tegas papyro.

31 ℭ Canicula piscis est fœtus suos à partu natãtes deuorãs, vt eos ab omni iniuria tueatur.

32 ℭ Coruus piscis marinus fuluus est, è stagno nigricãs, Alga vescitur & bis parit in anno.

33 ℭ Callionymus piscis habet multum fellis in dextro latere, in sinistro vero iecur.

34 ℭ Charace piscis pinnas habet vtrinq; maximas. Caudam auri fulgore purpureis distectam lineis.

35 ℭ Cocleæ tam aquatiles quã terrestres exerunt se domicilio, binaq; seu cornua protendunt, contrahuntq;, Oculis carent, ideo corniculis prætentant iter.

36 ℭ Clupea pisciculus est, q venã quandã in syluri faucibus mira cupidine appetẽs, Sylurũ ipsum morsu exanimat.

37 ℭ Dactylus piscis est è genere concharum ab humanorũ vnguium similitudine appellatus. Remoto in tenebris lumine, alio fulgore claret, lucet in ore mandentium, in manibus, in solo & veste, decidentibus guttis, vt ẽt natura illa

videatur esse in succo, quem habet in corpore.

38 ¶ Delphini pisces sunt puerulorum amatores. Fœmina mulieris instar habet vbera, quibus copioso lacte mares pascit. Parui vna gregatim natãt. Paretes fœtus comitanť et adultos. Cito adolescũt. Decem annis ad summã puueniunt magnitudinem, Agunt vere cõiugia. Pariunt catulos decimo mẽse, & æstiuo tẽpore. Viuunt annis triginta. In terrã quoque erũpunt incerta de causa, & statim tellure tacta moriuntur. Linguã habent cõtra naturã aquatiliũ, mobilem, breuẽ & latã, nõ differentẽ suillæ. Hominem amãt, arte musica mulcentur. Pro voce gemitũ edunt humano similẽ. Dorsum habẽt repandũ, & rostrũ simũ, vnde & Simonis noĩe gaudent. Obuiã nauigiis veniunt, alludũt et & quis plena prætereũt vela. Nulliũ est animal, quod celeritate nõ excellãt. Paruos semp aliqs grãdior natu comitať, vt custos. Plinius ait visos esse, q defunctum portarent ne laceraret à beluis. Siquis eorum captus fuerit, cæteri adnatãt, supplicãtum specie captum reposcentes. Varia sunt apud Pliniũ exẽpla de eorum amore in pueros. De delphinis Ouidius lib. 3. Meta. Falcata nouissima cauda est. Qualia dimidiæ sumanť cornua lunæ. Vndique dant saltus, multaque aspgine rorãt, Emerguntque iterum, redeuntque sub equora rursus, Inque chori ludunt speciem lasciuaque iactant Corpora, & acceptum patulis mare naribus efflant.

39 ¶ Draco marinus, caput & oculos habet ad similitudinẽ terrestris, reliquũ corpus, vt cęteri pisces. Squamas habet pduras, aculeosque solo tactu venenũ relinquẽtes. Apprehensus dextra manu renitiť. Correptus vero læua obsequiť.

40 ¶ Echęneis pisciculus est, qui naues qualibet impetuoso vento cõcitatas, adhærẽs retinet. Plinius. Est (inqt) paruus admodum piscis, petris assuetus, Echęneis appellatus. Hoc carinis adhęrente naues tardius ire creduntur. Inde Latini Remoram vocant & remiliginem. Lucanus libro. 6. Non puppim retinẽs Euro tendẽte rudẽtes, In mediis Echęneis aquis, oculique draconũ. Fertur hic piscis fluxũ grauidarum vtero sistere, partusque ad puerperium continere.

41 ¶ Elops piscis inter raras delicias quondam habitus est.

Alio nomine acipenser dicitur. Plinius cōmendat Elopem Rhodium. De Elope sic scribit Aelianus. Elopem quidam existimāt esse, quem Homerus piscem sacrum appellauit, inuentu rarum, nec nisi in mari Pamphylio. Captus trahit magno acclamātum plausu.

41 ℭEchini pisces habēt pro pedibus spinas. Ingredi est his ī orbē volui. Propterea detritis sępe aculeis inueniunt. Ora habēt in medio corpore in terrā versa. Oua amara numero quina. Sæuitiā maris pręsagiunt, ac ꝓpterea correptis se muniunt lapillis, & calculū arripiunt, ne fluctibus excutiātur. Oua habēt pleniluniis hyeme. Frequentes sunt Echini apud Misenum ꝓmontorium. Horatius. Miseno oriuntur Echini. Captū Echinum si concerpseris in frustra, & in mare ꝓieceris, paulopost partes cōuenire ac reuiuiscere aiūt.

43 ℭExocœtus piscis ē i siccū sōni cā exiēs. Hūc hēt Arcadia.

44 ℭEncraules pisces sunt minutissimi, albo colore ꝑda cæterorum, qui turmatim conglobatimq; adeo feruntur, vt scapha aut remis vrgentibus dissociari nequeant.

45 ℭGaleus piscis est, qui pastinacam piscem venenatum ꝑsequitur. Authore Plinio.

46 ℭGlanii pisces sunt, quorum frequentia Glanio Cumarū fluuio nomen imposuit.

47 ℭGobio piscis est præstantis saporis, & parui nutrimenti. Albus præstat nigro, Laudatissimis olim mensis adhibebatur. De hoc Iuuenalis Satyra vndecima. Nec cupias mullū, quum sit tibi Gobio tantum. Dicimus & Gobius. Mar. In venetis sint lauta licet conuiuia terris, Principium cœnæ Gobius esse solet. Gobiones arena gaudent. Gregatim degunt, vnde & inter pisces gregales numerantur.

48 ℭGlaucus piscis est, qui tanta in sobolē caritate teneri dicitur, vt paruos fœtus nunq̄ deserat, præstoq; adsit eis contra noxia. In piculis solidos deuorat, deinde reuomit. Aristoteles eū ponit in genere serratorum & carniuororum.

49 ℭGrues pisces frequētes sunt in Corynthio pelago, magnitudine pedū. 15. Os & ceruicē habent grui aliti similē, & squamas instar pennarum eius. Sunt graciles & prolixæ subsultimq; natant. Fœminæ libidine accensæ maribus

blandiuntur,eosq; salientes non patiunt. Hinc genitura in aquas decidente ex mari velut parente procreatur.

50 ¶Garus piscis est,cuius fel recens & inueteratum vino auribus vtilissimum est,authore Plinio.

51 ¶Gerres pisces sunt vilissimi & salsi ex genere locustarū. Martialis li.3.Teq; iuuat Gerres,& pelle Melādria cana.

52 ¶Hippocāpus piscis est,cuius ventrem si quis ex aceto & melle hauserit, cōtra canis rabiosi morsum auxiliū sentiet.

53 ¶Hirci pisces sunt in Cyrenaico & Sardoo mari oberrantes cū Delphinis. Mares alba vitta frontem habent redimitam. Fœminæ vero sunt cristatæ, vt galli gallinacei. Rapacissimi sunt, vt qui homines nauigiaq; inuolent. Spiritu graui & vehementi, quo odore velut instrumento ad cæterorum prædam vtuntur. Vitulos marinos insectantur maxime,quos proflatu perinde ac iaculo expugnāt.

54 ¶Higrophœnix piscis est in mari rubro,magnitudine lacertorum, ore semper hianti & oculis viridātibus, zonis distinctus binis altera à branchiis ad caudam aurea,altera argentea medium corpus intercidente. Maculis deinde intercursantibus cæruleis.

55 ¶Iulides pisces sunt saxatiles,& morsu venenato.

56 ¶Lampetra piscis est à lābendis petris nomen adeptus.

57 ¶Loligo piscis est, qui extra aquam sese efferens volitat. Caput habet inter pedes & vētrē, & cruorē nigrum instar atramenti. Vnde Horatius. Hic nigrę succus loliginis.

58 ¶Lutariæ dicuntur testudines,quæ in dulci aqua viuunt. Has Græci Emydas vocant.

59 ¶Lupus piscis marinus dictus est à voracitate,& quod solus natet, Lenis est & mollis, Cācros marinos insectaē maxime. Habet nescio quem lapidem in capite. Fluuialis potior est marino. Prǽstātissimi saporis capiē in Tyberi fluuio inter duos pontes, authore Plinio. De hoc martialis lib.9. Appetitur posito vilis oliua lupo. Idem. Laneus Euganei lupus excipit ora Timaui, Aequoreo dulces cū sale pastus aquas. Hic piscis rete circūdatus arenas arat cauda, atq; ita cōditus euadit. Quum hæsit in hamo,tumultuoso discursu laxat vulnera donec excidāt insidiæ. Lupus & Mugil-

mutuo flagrāt odio. Plinius ait Luporū laudatissimos eē, qui appellātur Lanati, à candore molliciaq; carnis.

60 ¶ Lucerna piscis est, qui lingua ignea per os exerta sere/nis noctibus lucet, eodem Plinio teste.

61 ¶ Lagnis piscis est sobolis amātissimus. Nam vbi fœmina enixa est, mas curat cōmunes fœtus, tutaturq; ab insidiis, atq; etiā hamum deuorat. Similis est ꝑpe Siluro. Frequens reperitur apud Mæandrum & Lycum Asiæ, itemq; apud Strymonem Europæ fluuios.

62 ¶ Lepus marinus gignit̃ in limo vna cū Aphyis, quibuscū aliqñ capitur. In magno mari reperit̃ oīa similis terrestri, ꝑter villos, quos aculeatos & erectos habet. Natat in sum/ma aqua. Velocissimus est, ac ꝑpterea difficilis captu, nec vnq̃ ad nassas aut hamos accedit. Siquis eum attigerit aut manu aut baculo (dū in morbo est) animi defectū īcurret.

63 ¶ Leo piscis tegit̃ cōcha Carabo similis, prætérquā quod gracilior est. Eius brachia cancris similia sunt.

64 ¶ Locustę pisces sunt polypis inimici & murenis, q obli/quis cornibus ꝑcedūt in metu. Gignunt̃ in limo sed diuer so. In cœnoso Ostrea, in arenoso cōchę, Incolę Casii mon tis contra terrestres Locustas Iouis auxilium implorant. Thessali Illyrii, & Lennii ab his etiā infestātur. Magnesii & Ephesii ordine militari in eas ꝑcedunt. In mari Indico Locustæ aquatiles quaterna implent cubita. Sunt in India ternum pedum longitudinis, cruribus & femoribus serra/rum vsum præbentes, quum inaruerunt.

65 ¶ Lucius piscis est denticulatus. De quo Ausonius. Lucius obscuras vlua cœnoq; lacunas Obsidet.

66 ¶ Labrax piscis est lato oris rictu, qui escā totā vna cū ære faucibus corripit, atq; ob id facile capitur. Prægrādes autē Labraces apud Miletum Asiæ ciuitatem esse dicunt̃. Vnde adagium. Labrax Milesius. In auidum & voracem.

67 ¶ Mugil piscis est capitosus, omnium (qui squāmis inte/guntur) velocissimus, adeo vt transuersa nauigia interim supernatet. Ridetur eius natura, quod abscōdito in metu capite, totum se occultari putet. Coitus tempore, marem lineæ alligatum & in mare proiectū fœminæ sequunt̃ ad

litus,& mares fœminam partus tempore. Bellum habent Mugiles cum lupis. Sciunt esse in esca hamum, insidiasq; non ignorãt. Auiditas tñ tanta est, vt cauda verberãdo excutiant cibos. De mugile Lippius Collensis. Quum caput est tectum credo mea membra latere, Per Venerem prædã fœmina virq; sumes.

68 ℭ Murena piscis est longitudine anguillæ. Parit quocũq; tpe, eiusq; oua citissime crescũt. Vocãtur à latinis flutę, qđ in superficie aquarñ fluãt, & supernatẽt. Quum in summis aquis apricãtur, sole torrefactæ amplius se curuare aut aqs mergere nequeunt. Vnde Martialis. Quæ natat in Siculo grandis Murena ꝓfundo, Nõ valet exustam mergere sole cutem. Fuit olim Murena in tantis deliciis, vt nomen Liciniorum familiæ dederit teste Varrone, & mortua defleta sit in piscina, & alia inaures ab Antonia Drusi meruerit. Principatũ obtinet in Sicilia, vbi præ pinguedine in summũ pelagus erũpit. Habet ẽt delicatã vrbs Hispaniæ Thartessus noĩe, adeo vt iter cibos electiles numerata sit authore Gellio. Murenis infestissima est ferularũ natura, hamũ deuorãt, admouentq; dentibus lineas, atq; ita erodũt. Licinius Macer apud Pliniũ ait eas fœminei tñ sexus eẽ, & cõcipere è serpẽtibus, & ob id sibilo à piscatorib[9] euocari. Aiam habẽt in cauda, qua pcussa exanimanť, verũ ictu capitis raro. Laudãtur iter saxatiles. Cõgros odio ꝓsequũtur.

69 ℭ Murex piscis est marinus ex genere cõcharũ, qui & cõchylium dicitur. Pli. Cõchylia & purpuras oẽs ore atterit. Ex eius humore fit color purpureus. Vnde & ꝓ purpura solet accipi. Horatius. Te bis afro murice tinctæ vestiũt lanę, Frequẽs est hic piscis & nobilis apud Tyrũ, vbi vsum purpuræ præbet. Virgilius lib. 4. Aeneidos. Tyrioq; ardebat murice læna. Muricũ cinis cũ oleo tumores tollit, & mammas cum melle efficaciter sanat. Latent circa canis ortum tricenis diebus. Congregãtur verno tempore purpurarũ instar, mutuoq; attritu lentorem cuiusdem ceræ saliuant. Pariũt vere. De murice Martialis. Sanguine de nostro tinctas ingrate Lacernas iduis, & nõ est hoc satis, esca sumus. Horatius. Murice Baiano potior lucrina Peloris.

70 ℭ Mustella piscis est Murenę similis, cui secũdas in deliciis partes nõnulli tribuũt. Sunt q Hyrudinẽ eam vocãt à similitudine palustris Hyrudinis, quę sanguinem sugit.

71 ℭ Mullus piscis ter anno parit. Maritimorũ voracissimus est. Alga vescitur & humano cadauere. Moriens apparet versicolor, cum multiplici squãmarũ rubẽtium mutatiõe, Binas libras maximus nõ excedit, Geminam habet barbã in labro inferiore. Hinc barbatuli mulli dicũtur à Cicerone libro ad Atticum secũdo, vbi ait. Nostri autẽ principes digito se cœlũ putãt attingere, si mulli barbati in piscinis sint, qui ad manum accedãt. Volaterranus putat mullũ eũ esse, quem hodie barbum dicimus. De Mullo Martialis libro secũdo. Mullum dimidium lupumq; totum. Idẽ. Spirat in aduecto, sed iam piger æquore mullus Languescit, viuum da mare, fortis erit. Fenestella ait Mullũ accepisse nomen à colore mulliorũ calciamentorũ. Quum expirat, versicolori squãmarum mutatione nitescit. Asinius Celer tpe Claudii mullũ octo millibus nũmum emit. Mullos septentrionalis gignit Oceanus & pars occidẽtis ꝓxima.

72 ℭ Myrus piscis est seu serpẽs maximus, cui si eruatur oculus, frontiq; hoĩs appendat, ophthalmiam dicit sanare, pisci vero renasci. Ferũt prætereo altero eũ capi lumine, qui viuentem nõ dimiserit. Plinius & Gaza oculatã eũ vocãt. Volaterranus putat eundem esse cum Lampreda.

73 ℭ Meryx piscis est, qui ruminare dicitur.

74 ℭ Melanuri pisces sunt oĩum timidissimi. Nã tranqllo cœlo & mari ima pelagi petunt, seq; petris multa obductos alga cõdunt. Per brumam vero quum cæteros viderint pisces vndis agitatos & ventis profundũ petere, illi tunc cõfidentes superiora repetunt, iuxtaq; litus spuma tẽpestatis operti feruntur ad ora piscatorũ incogniti. Vescuntur obuiis qbuscũq;, Ad hamum nõ accedunt, capiuntur sagena.

ℭ Mena piscis est colorem mutans, nam hyemali tempore cãdidus est, æstiuo niger. De hoc Persius saty. 3. Menaq; quod prima nondum defecerit orca.

75 ℭ Mus araneus piscis est, qui visa orbita currus, statim vti pedicis impeditus capitur.

76 ¶ Mures marini exeũt in terrã. Oua pariũt, q̃ obruunt terra, ac demũ trigesima die refodiũt, & fœt⁹ ad aquas ducũt.

77 ¶ Musculus piscis est, qui iter Balenę, oculis eius pondere superciliorũ obtusis, prę natãs dirigit, oculorumq́ue vice fungitur. Frequens est hic piscis in Stymphali Arcadiæ.

78 ¶ Merula piscis pluribus fœminis sui generis congredit, easq́ue in recessu petrarum abditas tanq̃ in thalamis secum cõtinet. Zelotypus esse dicitur. Puerperium & mas curat, assistendo cibumq́ue fœtę ministrãdo.

79 ¶ Margari pisces sunt rotũda specie, q gregatim natãt, regẽ sectãtes more apum. Quo capto cęteri attoniti capiunt facillime in mari rubro in locis pminentibus ac portuosis. Cõdiũturq́ue ĩ doliis salsamẽtariis, donec exsiccata carne durescãt ĩ lapidẽ aurei coloris. Reperiunt ĩ Indico & Britannico Oceano. In terra nõ iueniũt nisi fossiles & adulterini.

80 ¶ Melandria piscis est cæsis quernis assulis simillima.

81 ¶ Miluago piscis est, q̃ quoties cernit extra aquã volitãs, tẽpestates mutari Trebius niger apud Plinium author est.

82 ¶ Myrinum Aristoteles ait esse murenæ marem, qui generat, sed tñ hoc differre, q murena varia & infirma sit, Myrĩnus vnicolor & robustus, dentesq́ue extra os habeat.

83 ¶ Mytulus piscis est in arenosis sponte proueniens. Nullius est saporis. sed crassitudini gingiuarum. sordidisq́ue vlceribus medetur. Martialis lib. 3. Ostrea tu sumis stagno saturata Lucrino. Sumitur inciso Mytilus ore mihi.

84 ¶ Minutal piscis est maximus, quẽ Apitius addito liquamine, oleo & vino condiebat. De hoc Martialis. Hinc exit varium coquo minutal.

85 ¶ Narica piscis est minutulus, qui à nando nomẽ assumpsit. Plautus apud Festũ. Naricam bonã atq́ue Canitam.

86 ¶ Nautillus alius piscis, dictus quod nauigãtis effigiẽ habeat. A quibusdam Pompilus dicitur.

87 ¶ Ostrea seu Ostreæ pisces sunt operti concha, qui nõ vulgarem in cibis gratiã habent. Sergius Orata optimũ saporem Lucrinis adiudicauit, quæ etiã cõmendat Martialis. Ebria Baiano veni modo concha lucrino. Horatius. Non me Lucrina iuuerit Conchylia. Gerardasca stagnũ est agri

Volaterrani optimis Ostreis refertũ. Horatius cõmendat q̃ Circæis nascunt, vbi ait. Ostrea Circæis, Miseno oriuntur Echini. Omniũ ostrearũ, Conchyliorũ & cochlearũ corpora Lunari potestate augeri & rursus minui testis est Plinius.

88 ¶Orca piscis est magnitudinis miræ infestus balenis. Plinius scribit Orcæ reflatu depressum quandoq; nauigium fuisse & immersum in oculis suis, quam in Ostiensi portu debellauerit Claudius imperator.

89 ¶Orphus piscis est oblongus anguillæ similis.

90 ¶Orcynus piscis est, qui mira sagacitate hamum vi deorsum trahit, vt sese illidat petris, & absoluat laqueo, aut laxato vulnere prosiliat.

91 ¶Orchis piscis est rotundus & sine squamis, totusq; capite constans, & oium durissimus, authore Plinio.

92 ¶Oxyringus os habet prelongũ in modũ rostri, oculos fulgentes, alba supcilia, dorsum viridãs, pennas priores nigras, reliquas albas, caudã prelongã & viridem, quã aurea linea mediã discriminat. Colit ab Aegyptiis vt Crocodilus.

93 ¶Otia pisces aurem habent ventri coniunctam.

94 ¶Pectunculus piscis est de genere molliũ, extra aquã sese efferens sagittę modo. Pectunculus Chius inter cibos electiles numerat à Gellio. Laudatissimi pectines reperiũtur Mytilenis teste Plinio, & Tarẽti dicẽte Horatio. Pectinibus patulis iactat se molle Tarentum. Mobiles sunt pectines, adeo vt plerũq; retibus exiliant & pene putentur volare.

95 ¶Pelamides appellãtur thynni, quum annuũ tẽps excesserĩt, Morãtur in luto. Iuuenalis Saty. 7. Quod vocis pciũ, succus Petasunculus & vas Pelamidũ. Horũ piscium copiã habẽt Alyzones populi, Reperiunt & ĩ angustiis Byzãtii.

96 ¶Peloris piscis est de genere concharum, dictus à Peloro promontorio, vbi scatet. Horatius. Murice baiano potior lucrina Peloris. Pelorides Pli. teste emolliunt aluum.

97 ¶Physeter piscis est marinus iusitata magnitudie, de quo Rufus ĩ Arati Phænomenone. Delphinos virides, & Physeteras anhelos. Hos Plinius inter beluas marinas reponit.

98 ¶Phocę pisces sunt, qui & mugitu boues marini dicũtur. Virgilius lib. 4. Geor. Et turpes pascit sub gurgite Phocas.

Ouidius lib. 1. Meta. Nunc ibi deformes ponunt sua corpora Phocæ. Hic piscis corio & pilis tegitur, Parit in terra pecudum more, & coit instar canum. In somno mugit, vnde & vituli meruit nomen. Spirat & dormit in terra.

99 ¶ Polypus piscis est de genere molliũ, à pedum multitudine nomen adeptus. Fraudulentus est & colorẽ mutat. Itaq; petris adhærens plurimos pisces prędonẽ nõ agnoscentes cassibus furtiuæ artis includit. Reddit enim colorẽ petrarum, in qbus delitet. Tãta est in eo voracitas, vt nec à suo qdem genere abstineat. Carabũ piscẽ expauescit adeo vt cõiectus in retia vbi ille fuerit, qñq; captus statim exanimetur. Aestiuo tpe visi sunt Polypi exire i agros, maritimasq; arbores fructuum auiditate scãdere. Tanta est salacitate, vt effœto corpore nulla sibi aut natãdi, aut prędã affectandi facultas. Fœminę breuior est vita, & facilius capit. Rapaces sunt eius pedes. Vnde natũ prouerbium de hoibus furacibus, apud Plautũ, Polypi sunt, qcqd attigerunt, tenent. Itẽ aliud. Polypi mentẽ habet. In hoiem, q moribus est versatilibus. Est etiam Polypus narium morbus. Martialis libro duodecimo. Nasutum volo, nolo Polyposum.

100 ¶ Pristis piscis est marinus angusti corporis & longissimi. Dicit aũt Pristis ab vndarũ sectione. Scindit enim fluctus mirũ in modũ pp tenuitatẽ. Pristin Greci sectionẽ vocant. Plinius scribit Pristes esse in mari Indico. 100. cubitorum.

101 ¶ Psitta piscis est, quem nonnulli passerem dicunt Aristoteles. Torpedo occulit sese & pastinaca, & asellus, & rana, & psitta, & squatina.

102 ¶ Pastinaca piscis est qñq; natans, interdũ ẽt volitãs. Rostrum habet preacutũ & venenatũ, & cui nullũ fere sit remedium. Pastinacę iecur decoctũ in oleo pruritũ & scabiẽ nõ hoiũm modo sed & quadrupedum efficacissime sedat. Eiusdem radius adalligatus vmbilico faciles partus facit. Pinnas nõ habet. Latrocinat ex occulto transeũtes radio, quod telũ est ei figens. Argumentum magnæ in hoc pisce sollertiæ est quod quũ sit pisciũ tardissimus, mugilẽ oium velocissimum in ventre habere qñq; reperiatur. Cõtra suũ ictum remedio est cinere suo ex aceto illito.

103 ¶Phagtus nomen est piscis anguillę similis & saxatilis.
114 ¶Pauo piscis est varii coloris, rubentibus lineis, e genere serratorum & solitariorum.
105 ¶Pholis piscis est de genere Rhomborum, qui muccore suo spumaq; cubile sibi substernit.
106 ¶Phuca pisciculus solus piscium in alga nidificat.
107 ¶Pediculus piscis est parasytus Delphini. Eius enim prædam & escam sectatur, quam libenter impertit, propterea pediculi pingues sunt & obesi.
108 ¶Porcum Græci Astragoriscum vocant. Quum capitur, more porcorum gruit. Appion apud Plinium maximum piscium esse tradit.
109 ¶Pardalis piscis est similis terrestri, colore & maculis.
110 ¶Physalus piscis est colore smaragdi, venenatus, Qui si capiatur, more pilæ aut vesicæ intumescit.
111 ¶Phari pisces sunt, quos venerant, qui Syenem incolūt.
112 ¶Paguri pisces integuntur crusta. More serpentū senium exuūt, renouata crusta. Vocant à Palladio Cancri marini.
113 ¶Purpura (quā aliqui Porphyram vocant) conchyliorū voracissima est. Linguam habet prælongam semperq; vibrantem, per quam potitur præda, quam affectatur. Eius cruori maxima dignatio in tingendis lanis, præcipue si lapidis ictu cædatur, Purpurarum quædā augentur insigni magnitudine, vt quæ ad Sigæum & Lectum Idę promontoria gignuntur. Aliæ paruæ sunt, vt in Euripo & Caria. Marinæ magnæ sunt & scabræ. Capiūtur tempore verno, quum fauos extruunt, Flos inde extrahitur specie mēbranæ candicantis, qui contritus manū inficit. Purpuræ viuūt annis septenis. Latent sicut murices contra canis ortum tricenis diebus. Congregantur verno tempore, mutuoq; attritu lentorem cuiusdam ceræ saliuant. Succum (quo tinguntur lanæ) euomunt cum vita. Propterea piscatores viuas capere contendunt. Capiūtur paruulis rarisq; cōchis, textu veluti nassis in alto iactis. Inest his esca, quā appetūt purpuræ, porrectisq; linguis infestant. At illæ aculeo exstimulatæ claudūt sese, comprimuntq; mordentes, ita pendentes auiditate sua purpuræ tolluntur.

114 ℭPompilus concha munit̃, quam connexã turbato mari natãdo gerit, ne fluctibus oppleta testa deprimat̃. Trãquillo resupinat carinæ mõ, acetabulis vtrinq; ꝓ remis vtens, & cartilaginem (quã in medio retinet) pro velis pandens. Si q̃n metus beluaꝝ inuadentiũ ingruit, repleta cõcha sub vndis sese demittẽs latitat. Rursus vitato piculo resilit Pro funda petit ceu terrã oderit. Adnatat nauibus cũ aliis suæ speciei, assultãsq; circa ꝯglobat̃, Eadẽ ẽ fere nautili natura.

115 ℭPinna imobilis inhęret saxis, custodemq; habet Pinnotherẽ, quo quũ priuat̃, statim perit. Hic ei dapes suggerit, piscesq; in prædã deducit. Plinius vbi de Cancris loquit̃. Pinnotheres (inqt) vocat̃ minimus ex omni genere, ideo opportunus iniuriæ. Huic sollertia inanibus ostrearũ testis se condere, & cum accreuerit, migrare in capaciores.

116 ℭPerna piscis est ex cõcharũ genere freq̃ẽs circa Põtias insulas. Stant aũt Pernæ veluti suillo crure longo in arena defixæ, hiantesq; qua limpitudo est pedali nõ minus spacio. Cibum venantur, dentes in circuitu marginum habent pectinatim spissatos. Intus pro spondylo grandis caro est. Authore Plinio lib. 32.

117 ℭPlatanistæ rostrum habent & caudã Delphini. Repetiũtur in Gange Indiæ magnitudine. 15. cubitorum.

118 ℭPulmones marini in pelago dierũ hyemen portendũt. Montiũ item sonitus, nemorumq; mugitus ꝑdicũt. Eorum cineres adalligati ꝓfluuia purgãt. Pulmonibus si cõfricet̃ lignũ, ardere videt̃, adeo vt facula ita præluceat.

119 ℭPasser planus est, nomen traxit à passere auicula. Optimus in cibis iudicat̃. Passer & Rhombus situ tm̃ corporũ differunt. Dexter resupinatus est illis, Passeri læuus.

120 ℭRhombus piscis est planus, in deliciis quondã habitus. Laudatissimus fuit Rauennæ. De hoc Martialis. Quãuis lata getat patella Rhombum. Rhombus latior est tamen patella. Commendatur etiam Adriaticus. Iuuenalis satyra quarta. Incidit Adriaci spacium admirabile Rhombi. Est etiam Rhombus instrumentum incantatorum, quo fila toquebantur, vt apud Martialem lib. 9. Quæ nunc Thessalico lunam deducere Rhombo.

ℭRana

¶ Rana piscis est notissimus lato ventre, cæruleis variegatus maculis. Græce Vathracos dicitur. Ranarum terrestriũ quædam in vepribus tantum viuunt, dicunturq; rubetæ, quibus in terra & in humore vita est. Aquatiles coeũt noctu extra aquam mare fœminam inuitante. Hydrum maxime reformidant; quo accedente clamore se glomerant & aduersus eunt turmatim. Earum coaxatio solito maior pluuiam portendit. In Seripho insula mutæ sunt. Hinc adagium. Rana Seriphia, In elingues. Theophrastus aquarum eius regionis frigiditati hoc tribuit. Ranæ insidiantur apibus aquatilibus, nec earum ictu sentiunt. Prima lingua eis cohæret, intima absoluta à gutture, qua vocem mittunt. Rana quæ ab argumẽto piscatrix dicitur, setas habet quasdam à ciliis extantes ac prolixas, quarum adminiculis natura monstrante struit insidias, latitãs in limosis, auiisq; locis. Frontem cum setis vidẽdam loco escæ pisciculis porrigit. Illi accurrentes deceptiq; ac paulatim in arctum deducti ab ea capiũtur. De eius vsu in medicinis, vide Pliniũ.

122 ¶ Eodem fere modo Raia pisculos agit in prædam, Carthilaginem habet pro spina, authore Plinio.

123 ¶ Sepia venenoso est morsu. Quum videt insidias parari sibi, effuso atramento (quod habet pro sanguine) sese abscondit. Persius. Nigra qđ infusa vanescat Sepia Lympha. Sepiarum mares vani sunt & nigriores, constantiæq; maioris. Percussæ tridente fœminæ auxiliantur. At fœmina icto mare fugit. Sepiæ atramento tanta vis est, vt in lucerna addito, Aethiopes videri ablato priore lumine tradat Anaxilaus apud Plinium.

124 ¶ Scarus piscium solus natando vescitur & ruminat. Hũc piscem è Carpatio mari primus aduexit Optatus helipertius, præfectus classis sub Claudio principe, & inter Ostiẽsem & Campaniæ oram disseminauit. Fuit quondam in honore mensarum. Aelianus hunc fallacissimum piscem esse, testatur, Venerisq; gratia in prædam agi, fœminas eius generis per littus ductas. De Scaro Opianus inquit. Hic Scarus saxa frequentat. Quin mites inter pisces clamore tremendo Intonat, & solus pallentes ruminat herbas. Mar

L

tialis libro quinto. Namq; quis nescit auidum vorata decipi Scarum musca? Hic piscis inclusus nassis nõ fronte erũpit, nec infestis viminibus caput inserit, sed aduersus caudę ictibus crebris laxat fores, atq; retrorsum ita erumpit, quẽ luctatum eius si forte alius Scarus extrinsecus videat, apprehensa mordicus cauda nixum iuuat erumpẽtis. Tranquillus scribit Scarorum iocinora fuisse in patina Vitellii inter lautiores ciborum primitias. In hac (inquit) Scarorũ iocinora, fasianorum & pauonum cerebella, linguas phœnicopterum, murenarum lactes, à Carpathio vsq; fretoq; Hispaniæ per nauarchos ac triremes commiscuit. Quod autem iocinora Scarorum & viscera iucundioris sint saporis, docet Martialis in xeniis, vbi ait: Hic scarus æquoreis qui venit obesus ab vndis, Visceribus bonus est, cętera vile sapit. Quintilianus ait Scarum nõ capi in nostro mari. At eũdem capi in Siculo docet Petronius arbiter dicẽs. Ingẽniosa gula est, Siculo Scarus æquore mersus. Ad mensam viuus perducitur. Habet etiam Scaros Carpathium mare. Vnde Horatius. Non me lucrina iuuerint cõchylia, Magis ve Rhombus aut Scari, Si quos Eois intonata fluctibus Hyems ad hoc vertat mare. Eois fluctibus dixit ꝓpter mare Carpathium quod est in Oriente.

125 ℭ Sargus mullum semper comitatur, antris inhabitat. Ex animalibus maxime capris solicitatur. Prodest eius caro cõtra Presteris morsum.

126 ℭ Synodon piscis est sociabilis, Carne vescitur, & mollia appetit. Euenit huic & hyatulæ, vt (quum pisces minores insectatur) venter procidat, quod is ori cõiunctus sit.

127 ℭ Silurus tãta est in prolem charitate, vt absumpta fœmina mas oua seruet, sæpeq; vnà capitur, dum filius captos subsequitur. Peculiaris est Nilo, quãquam & in Danubio repetiatur. Ambrosius. Captus est Silurus & inutilis pręda detecta est. Idem. Et Silurum qui minorum piscium visceribus aluum replet. Grassatur hic piscis vbicũq; est, omne animal appetens, equos innatãtes sæpe demergens, præcipue i Meno fluuio Germaniæ, & in Danubio. Lippus Collensis Appetit omne aĩal grassatur dẽte Silurus, Et summa

nãtes p fretá mergit equos. Iambus est ĩ secũda pẽtametri.

128 ℭ Scombrus de genere est Thynnorum, vnde salsamenta fiũt. In aquis sulphureum præsefert colorem. Extra aquam vero, quem & cæteri. Ab huius frequẽtia & multitudine Scombraria ínsula maris Hispani meruit nomen. Martia. Hesperius Scombri temperet oua liquor. Plinius ait Scombrum laudatissimum esse in finibus Carthaginis.

129 ℭ Sphyrena (quam Gaza Malleolum cõuertit) latiorem in nassis plagam vnde prosiliat, quęrit. Palatum carnosum habet pro lingua.

130 ℭ Salmo fluuiatilis ín Aquitania pręfertur marino. Inuenitur in Rheno & Rhodano.

131 ℭ Salpa piscis coqui nõ potest, nisi ferula percutiatur. Reperitur apud Ebusum.
Lippus Collẽsis. Salpa obscœn⁹ ego dicor, nec decoquor vnquam Ni ferula cedens verbera multa dabis.

132 ℭ Sola plana ẽ & lata, numerať iter cibos lautiores. Lieni imposita medetur.

133 ℭ Stella insidiatur cõchyliis. Eius natura tanti est feruoris, vt omnia contacta adurat. Paruam intus habet carnem, extra vero est duriore callo. Omnem peragit & cõcoquit cibum. Aiunt mala medicamenta nocere nõ posse Stella marina vulpino sanguine illita, & affixa limini superiori, aut clauo æreo ianuæ.

134 ℭ Scolopendra quam Gaza centipedem vertit, terrestri feræ similis est. Si quis eam attigerit, excitabitur ei pruritus, perinde ac si cõtigisset vrticam. Visæ sunt inusitata magnitudine, capite caudaq; extãtibus per vndas in modum triremium ferri, vrẽtes pro remigio pedibus sublati, equos habẽt plurimos. Theophrastus apud Pliniũ scribit. Otrenetes populos à Scolopendris deletos. Porro Scolopẽdrę hamo deuorato, omnia iteranea euomũt, donec hamum egerant, deinde resorbent.

135 ℭ Scorpius siccioris est carnis, bis anno parit, alga vescit. Varius est. Icesius medicus dixit stagnorum Scorpios nigrantes esse, marinos vero fuluos. Similitudinem habet cũ Scorpena, licet Aristoteles discrimen ponat.

¶Squilla piscis est adhærens pinnæ in Lyri fluuio freque/tissimus. Vnde Martia. Cæruleus nos Lyris amat, quem sylua maricæ Protegit, hinc squillæ maxima turba sumus. De hoc etiam Hora. Affertur squillas inter murena natan/tes, In patina porrecta. Et Pli. lib. 1. Epist. Mare non sine preciosis piscibus abundat, soleas tamen & squillas opti/mas egerit. Iuuenalis saty. 5. Aspice q̃ longo distinguat pe/ctore lancem, Quæ fertur domino squilla.

136 ¶Simia piscis, ore, & colore similis est terrestri, dorso te/studineo, fuluis circa collum maculis. Pinnas auium mo/do pandit, volanti similis.

137 ¶Sagittarius Echini specie, oculos hẽt solidos & plixos.

138 ¶Spongiarum triplex est genus, Spissæ, raræ, asperæ. Omnes ad saxa nascuntur, aut iuxta littus, Lutoq; aluntur. Nam captæ, limo refertæ omnes cernuntur. Imbecilliores sunt spissæ q̃ raræ quod minus alte adhærent. Spongiæ mollissimæ sunt circa Lyciam. In hellespõto asperæ, den/sæ circa Maleam. Aluntur etiam conchis & piscibus. Intel/lectum inesse his apparet, quia vbi auulsorem sensere con/tractæ multo difficilius extrahuntur. Quod etiam fluctu pulsante faciunt. Viuũt esca, quia minutæ in his conchæ repertæ sunt. Putrescunt in apricis locis. Ideoq; optimæ sunt in gurgitibus viuentibus. Fistulas habent quasdam per quas pasci existimantur. Viuunt longo tempore. Pessi/mum genus est earum, quæ Aplysiæ vocantur, quia erui non possunt.

139 ¶Strombi e genere concharum, regem habent, quem se/quuntur, quocũq; concesserit. Hunc capienti aut aspicien/ti, bonum omẽ portendi dicunt. Apud Bizantios Attica drachma proposita est illum expiscantibus.

140 ¶Squatina de genere planorum, cutem habet rigidam, qua propter asperitatem ligna & eburnea poliuntur. Nu/meratur inter cartilaginea.

141 ¶Sparulus piscis est exiguus & vilissimus. Martialis. Res tibi cum Rhombo est, at mihi cum Sparulo.

142 ¶Thymallus piscis est p̃ciosus, de quo Ambrosius. Neq; te (inquit) inhonoratum nostra persecutione Thymalle

dimittam, cui à flore nomen inoleuit, seu Ticini vada te fluminis, seu ameni Athesis vmbra nutrierit, flos es. Quid specie tua gratius? quid suauitate iucundius? quid odore fragrantius? Quod mella fragrant, hoc tu corpore tuo spiras. Cubitalis est eius magnitudo. Medius est inter Lupum & Cephalum, Naribus admotus, herbam vnde cognominatur, spirat, ad hamum non accedit.

143 ¶ Torsio similis est Delphino præterq̃ rostro. Distat & tristitia aspectus. Abest enim illa lasciuia maxime. Tamen rostris canicularum maleficentia assimulatus. Hunc gignit mare Ponticum.

144 ¶ Trochus est ingens corpore, ceruice & spina prominentibus, vt supra vndas conspiciatur, Seipsum init. Quare Theodorus Gaza eum masculo fœminam vertit.

145 ¶ Trissæ laudatissimæ reperiuntur in Tyberi, Eas hodie vocari Romæ Lacias, Florentiæ Chepias, Neapoli Alosas tradit Volaterranus. In Aegypto circa Motoæ stagnum Trissas flebilibus numeris & melodiis escæ vice deceptas expiscantur.

146 ¶ Trocta piscis est voracissimus. Dentes habet continuos. Captus hami lineam præcidit. Stipatus multis suæ speciei piscibus Delphino congreditur & depugnat.

147 ¶ Thynnus piscis est altero captus oculo. Quare natando partem (qua videt) terram versus applicat. Hinc adagium. Thynni more videre, quum quis obliq; aspicit. Vbi bruma deprehenditur Thynnus, hibernat ibidem. Mox vere procedente multi vna exeunt in pontum Euxinum, ac maiores soli præeũt, cæteri gregatim veluti pecudes subsequuntur connexis inter se corporibus vt mutua iuuētur vmbra, contra solis æstus. Strabo ait Thynnos miræ magnitudinis esse in Hispania, quos glande vesci prodit. Membratim cæsi ceruice & abdomine commendantur edulio recenti, cætera asseruantur sale. Præcipua (inquit Plinius) magnitudine Thynni inuenimus talenta quindecim pependisse. Eiusdem caudæ latitudinē duo cubita & palmum. Thynnorum captura est à Vergiliarum exortu ad Arcturi occasum. Reliquo tempore latent in gurgitibus imis, nisi tem-

pore aliquo euocati aut pleniluniis. Pinguescũt infantũ, vt dehiscãt. Nõ excedũt biẽnium. Thynnoscopos Budęus vocat homines è littore Thynnos speculari solitos, qui latine Thynnarii dicuntur.

148 ℭ Trichias nõnulli Sardas vocãt. Istrum subeuntes nõ remeant. Plinius. Intrantium (inquit) pontum, soli non remeant Trichiæ.

149 ℭ Tritonem Romæ se vidisse Pausanias dicit, colore ranarum palustrium, squãmoso corpore, brãchiis sub auribus, naso & ore humanis, dentibus firmis, oculis glaucis, manibus digitisq; similibus concharum testis, cauda sub aluũ vice pedum, vt Delphini.

150 ℭ Reperiũtur testudines marinæ, & quę in aquis dulcibus viuunt, quas Lutarias appellamus. Testudo oua gignit in terra, quibus arena obrutis statim ad mare redit. Mox diebus sexaginta peractis iterum ad oua reuertitur, quæ arena refossa vt iam animata comperit, paulatim deducit in pelagus. Reperiũtur in India, quarum conuexum scaphæ magnitudinem æquat. Et in Taprobane insula vsum lectĩ domibus ligneis præbent. Chelonophagi populi testudinum superficie casas integunt & carne vescũtur. Troglodytæ cornigeras habent, quarum cornibus in natãdo, remigio se adiuuant.

151 ℭ Torpedinem si quis attigerit, morbo afficietur, à quo illa suum nomẽ traxit. Quo etiam modo pisces in prędam agit. Occultat enim se limo, & supra natãtes facit torpere, quos emergẽs deuorat.

152 ℭ Trigla piscis est, qui à nostris Mullus & Barbo dicitur.

153 ℭ Voligo piscis est à volando nominatus. Aliter dicitur Loligo.

154 ℭ Vitulus marinus, qui & Phoca dicit̃, animal est amphibium, tam in aquis quàm in terra degẽs. Fœtus parit in terra, paulatimq; ad vndas assuefacit, sed non ante duodecimum diem. Breuissimus est à partu, postea tum euadit maximus, albus vẽtre, & dẽtibus frendẽs. Ipse imbellis & animo degener, nõ tm̃ viribus quam vastitati corporis fidit. Vescitur piscibus & humano cadauere. Vnde & piscãtibus

struit insidias. Pedes habet à scapulis manibus similes modo vrsæ, pedesq; posteriores quinis discretos digitis. Nunquam percutitur fulmine. Nullum animal grauiore premitur somno. Vñ Martialis. Dormitis nimium glires, vituliq; marini. Iuba apud Plinium tradit vitulos marinos ternas heminas capere. Mitescũt interdum. Pilo vestiũtur. Canũ modo cohærent. Nunquam plures geminis pariunt. Educant mammis fœtum, Interficiuntur difficulter, nisi capite eliso. In somno mugiũt. Tenẽt disciplinam, voceq; pariter & visu populum salutant. Pinnis quibus in mari vtuntur, humi quoq; vice pedum serpunt. Aiunt dextris eorũ pẽnis vim soporiferam inesse, somnosq; allicere subditas capiti. Eis oculi in mille colores transeunt sicut hyenæ.

155 ℭ Vertibulum piscis dicitur à testæ duricie, adhæret suæ testæ, qua contegitur, habet duo foramina exigua, quibus humorem recipit & reddit.

156 ℭ Vrtica adhæret saxis. Manum in fame depascitur, vt Polypus. Ora in medio corpore continet, & de medio saxo quasi de testa viuit. Adnatãtes circa assultãtesq; pisciculos corripit. Noctu vagaẽ, nõctuq; mutatur. Vescit carne. Vim habet pruritu mordacẽ vt terrestris vrtica, Frontis est carnosæ. Noctu pectines & Echinos pquirit. Dum admotam sibi manũ sentit, colorẽ mutat & cõtrahit. Tacta vredinem mittit, paulumq; si fuerit interualli, abscõdit. Ora ei in radices eẽ traditur. Excremẽta p summa tenui fistula reddit.

157 ℭ Vua marina in vino putrefacta, iis qui inde biberint, tedium vino affert.

158 ℭ Non reperiret finem hęc historia, nec etiam vires & ingenium sufficerent, si singulorum naturas verbis cõsequi vellem. Nam præter fluuiatiles pisces, Plinius ponit. 176. genera animalĩũ in mari viuentium. Multos dedita opera misimus, quorum hæc sunt nomina, Nereides, Elephanti Rotæ, Dromones, Cornutæ, Gladii, serræ, hippotami, Percæ, aselli, alopeca, box, batis, bãchus, balanus, vranoscop⁹, cynœdi, chametrachea, glyciamerides, colycia, Pẽtadactylides, bales, echinophorę, cucumis, Cynop⁹, Cynosdexia, Erythin⁹, hipp⁹, hippur⁹, halipleur⁹, mẽa, merix mormyl⁹,

Myſtocæt⁹, Ophidion,Oſtria,Phitarus,Tyndarides,Per-cides, Rhina, Sargrus, Scylla,purus, Scorpena, ſciadeus, ſciena,Smyrus,ſcepini,ſmarides,Tornus,Thurianus,theſ-ſa,Tethea,vrene,bopgyrus, Orphus, Rhacinus, mormy-ra,Teragus,Labrus,epoda,Channe ex ſeipſa concipiens, Glaucus æſtate nunquam apparens, Pomphilus ſemper nauigiorum curſus comitans,Chironus in aquis nidificãs, & alia prope infinita huiuſmodi nomina.

¶Populorum diuerſi mores, & ritus varii.

¶Agathyrſi populi Scythis vicini abundant auro.Capil-los habent cæruleos, quos vna cum toto corpore diuerſis coloribus inficiunt.Virg.lib.4.Aene. Creteſq; Dryopeſq; fremunt, pictiq; Agathyrſi. Mantuanus in Apolonia. Vſq; Melanchlenos, vſq; ad pictos Agathyrſos. In cõmune cũ mulieribus coeunt. Nihil liuoris aut odii mutuo exercẽt.

¶Aborigenes antiquiſſimi Italiæ populi vagi erant & ſine laribus.

¶Alani Scythiæ populi carne veſcũtur,nec panem man-ducant.Semper ſunt pugnaces.Vnde Luca.lib.8. Et ſeque-ter duros æterni Martis Alanos. Patientiſſimi ſunt laboris, nam cẽtum millia curſu cõtinuo interdum conficiunt.

¶Amazones Scythicæ mulieres dextras mammas naſcẽ-tibus fœminis inurebant,ne ferendis armis eſſent impedi-mento. Maſculi ſexus liberos interficiebant. Imperabant ſine viris. Veſcebantur lacertis & teſtudinibus. Ambrones Galliæ populi quum ſubita maris inundatione ſedes ſuas amiſiſſent, animum rapinis adiecerunt & latrociniis. An-drogynæ populi ſunt in Africa vtriuſq; naturæ, vicibus in-ter ſe coeuntes. His dextera mamma virilis eſt, læua mu-liebris. Antropophagi Scythiæ populi humana carne ve-ſcuntur. Bibunt oſſibus humanorum capitum.

¶Areopagitæ Athenienſium magiſtratus iudicabant in templo Martis de cẹde & de ſtatu Reip. prouidebant,idq; ſub dio. Arimaſpi Scythiæ populi vnum habent in fronte oculum, vnde & nomen traxerunt. Nam arima Scytha-rum lingua vnum ſignat, Spu vero oculum.

¶Arymphæi populi ſunt prope Riphæos montes iuſti-

ciæ & æquitatis obseruantissimi, & mira trãquillitate inter se degentes. Sedes illi nemora, alimenta baccæ, Capillus iuxta fœminis virisq; in probro existimat. Ab ipso natali dicũtur esse calui, simisq; naribus & ingenti mẽto. Studiosi nõ sunt rei pecuariæ. Sub arbore quisq; cubitat. His nemo mortaliũ iniuriã facit. Sacri enim dicuntur esse, nihilq; armorum possident, Controuersias finitimorũ dirimunt.

¶ Aegyptii diuinarum rerum peritissimi fuerunt, vnde Macro. Aegyptum vocat artium matrem. Ab Aegyptiis Græci disciplinas omnes mutuati sunt. Diem obseruabant à media nocte in aliam. Hominũ sunt antiquissimi. Olim gaudebant vnguentis. Eorum mulieres septenos quãdoq; vno edebant partu. Serunt omni mense, vbicũq; imbres æstiui non sunt. Apud eos aliqui singula annorum millia vixisse produntur, sed hoc intelligendum est de annis mẽstruis, qui terminantur lunæ senio. Cæpas & allium inter deos habent, Apim bouem colunt pro numine, & quædã animalia, vt canem, felem, accipitrem, Ibin, lepidotum & oxirinchum pisces. Crocodilum etiam venerantur, quem mortuum in vrnis sepeliunt. Crocodili adipe ægrotos vngunt. Brassicam non edũt. Inuentores fuerũt picturæ. Mortuorum asseruant cadauera, vnguentis fœtorem impediẽtibus referta. Solertes fuerunt in reperiendis artibus, & in agnitione rerum indagãda sagaces, Furta omnia impune permittunt. Ventrem mortuorum eximunt, vt omniũ peccatorum causam. Flauius Vopiscus scribit Aegyptios esse versificatores, epigrammatarios, & ad cãtilenas publicas propensos. Primo omnium Solem & Lunam deos putauerunt, Solem Osirim, Lunam Isim nuncupãtes. Idem ait Aegyptios esse vẽtosos, furibũdos, iactantes, iniuriosos, & auidos rerum nouarum, Imperator Adrianus ad Seruianum cõsulem scribens dixit homines esse seditiosissimos, Vanissimos, & iniuriosissimos. Et Quintus Curtius eos infamat vt gẽtem vanam nouãdis quã gerẽdis rebus aptiorem. Antiquitus frequẽtissime ea obibant munia, quæ nũc geruli, & vectãdis corpore oneribus quæstum faciebant. Vnde Aristophanes apud Cælium. Currus imposuit duos,

ac mortuos totidem, quos nec Aegyptii quidem tollerent cẽtum. Hinc adagium. Aegyptius laterifer. Erant & admirabiles in nectẽdis machinis, ꝓcliues in vinum, cuius qui essent inopes, excogitauerũt potionem ex hordeo. Viginti millia vrbium habitauerũt regnante Amasi. Frequẽtissime afficiũtur Elephantiasi morbo propter calores & æstũ. Sale abstinẽt, nec panibus vescuntur sale conditis. Marcellinus vocat Aegyptios genus hominum cõtrouersum, & assuetudine perplexius litigandi semper lætissimum. Subfusci sunt, atrati, gracilenti, aridi, ad singulos motus excandescẽtes, controuersi & reposcones acerrimi. Olim apud eos mulieres cauponabantur, & institoria obibãt munia. Viri intra domorum parietes texebant, & operabãtur muliebriter. Domi ventrem exonerant, in publico vero vescuntur, dicentes ea quæ sunt turpia in occulto fieri debere, quæ honesta, in propatulo. Mulier neq; dei, neq; deæ vlla sacerdos est, sed viri deorum omnium & dearum. Sacerdotes derasi sunt in funeribus.

¶ Omnes capillos nutriunt, barbam tamen tondent. Vescuntur cum feris, alii frumento, alii hordeo. Viri binas vestes habẽt, fœminæ singulas. Potant in poculis æneis, quæ singulis diebus purgant. Linea semper ferunt vestimenta. Virilia circũcidunt munditiæ gratia. Sacerdotes lauantur quotidie, frigida interdiu ter, noctu bis. Fabas neq; ferũt, neq; alibi natas comedũt. Robusta habent capita. Salubri sunt corpore aeris beneficio, qui nunquam mutatur. Pane vescuntur, quem ex farre cõficiunt. Victitant piscibus partim crudis sole arefactis, partim salsugine cõditis. Cothurnicibus item, anatibus & quibusdam aliis auiculis. Minores maioribus natu cedunt, ac in via deflectunt, venientibusq; assurgũt e sedili. Anni rationem primi excogitarũt, deinde in portiones duodecim, quæ de lunæ senio mẽses nuncupãtur, distribuerunt. Primi aras excitarunt, cõflauerunt simulachra, & templa construxerunt. Olim vescebãtur herbis, palustriq; caule, quem Agrosim vocant. Onera capitibus gestare virorum est, humeris fœminarum. Fœminæ stantes vrinam egerunt, viri sedentes. Maribus nulla

necessitas alendi parentes, filiabus summa. Literas habent bifarias, sacras, & populares. In deorum cultum magno feruntur studio. Sacerdotes amiculis vtũtur lineis, calceis papyraceis. Suillum pecus detestãtur adeo, vt si quis porcũ attigerit, cum induments omnibus in flumine abluat. Propterea subulcis interdicitur tẽplis omnibus. Laneas vestes intulisse templo, profanum. Scelus item, inuolutum eis cadauer condidisse. Decedente aliquo, muliebris familia caput ad vultum sibi deformat luto, excurrit deinde per vrbem, ac plangit. Viri se conuerberãt nudatis pectoribus. Muliebre cadauer diutius domi asseruat, ne venerea fœditate à Salinariis, quibus incumbit sepultura, inquinetur. Apud eos Amasis regis edicto cogebatur quotãnis vnusquisq; destinato magistratui ratiocinari, quo se foueret artificio. Quod si quis non faceret, pœna erat illi extremum supplicium. Proripientes se è lectulis solebant suffire corpus resina, vt aerem expurgarẽt disgregatione. Idẽ Aegyptii sic obscœnis voluptatibus seruierunt, vt hircum deum appellarint, quod salacissimum sit animal ad Venerem. Author Theodoritus Cyrensis.

¶ Andabatæ populi clausis pugnant oculis.

¶ Atlãtes degeneres sunt humani ritus, neq; vllorũ noĩum appellationem habent. Solẽ orientẽ, occidẽtem'q; dira ĩmprecatione cõtuent; vt exitialẽ suis agris. Neq; insomnia visunt, qualia cęteri mortales. Nulla vescũtur animante.

¶ Arabes mitrati degũt, aut intonso crine. Barbã abradũt præterquam in superiore labro. Duas habent æstates, ac totidem hyemes, solstitia. 4. qui sunt inter ęquinoctialẽ & tropicum Cancri. Sagittas inficiunt veneno. Fratres filios honore anteeũt, quia maiores natu. Consanguinei oĩa habent cõmunia. Maximus tamen ætate in omni re pręcedit cæteros. Communis item vxor, immo vero vna omnibus. Ingressurus ad eam baculum ante fores deponit. Omnes enim baculum gestant. Eo viso reliqui congressu parcunt. Illa tamen noctes agit cum seniore. Matri coire non censetur impiũ. Cõgressus cũ alterius sanguinis, fœmina censet adulteriũ, quod morte plectit. In predia inimicorũ lapides

aggerant, quo significant interituros mala morte, qui ea coluerint, insidiis eorum qui lapides posuerunt. Abundāt balsamo. Præter cæteros mortales fidem seruant inuiolatam, Dionysium & Vraniam solos deorum esse arbitrātur. Quisq; permanet in patrio instituto.

Agriophagi vescūtur leonū & pantherarum carnibus.

Arthabatitæ instar ferarum quadrupedum sunt vagi.

Astromi Indiæ populi sunt sine ore, corpore toto hirti. Vescuntur frondium lanugine. Halitu tantum viuunt in odore, quem naribus trahunt. Nullus illis cibus, nullus potus. Tantum radicum florumq; varios habent odores & syluestrium malorum, quæ secum portant longiore itinere, ne desit olfactus. Grauiore paulo odore nō difficulter exanimātur. Plinius lib. 7. & Strabo lib. 15.

Agrigentini impendio & sumptu magnifico mensas parabant & cōuiuia. Propterea Plato dicebat eos ædificare, ac si victuri perpetuo forent, itemq; conuiuari, velut semper morituri. Vtebantur lechytis & Xistris argenteis, habebantq; lecticas totas ex ebore.

Aethiopes Hesperii solebāt crines in nodum complicare. Martialis, Atq; aliter tortis crinibus Aethiopes. Aethiopes ipsi omnium sunt nationum serui. Viuunt sine institutis & legibus. Finitimorum præda sunt & cæterorum mancipia. Parentes ipsi liberos vendunt mercatoribus, & frumento mutāt. Pontanus de Obedientia. Olim nulla in re vtebātur auro, quam pœnalibus catenis. Qui sunt ab ortu solis promissos habēt crines, q ex Africa, crispissimos.

Axones accolæ Axonis fluuii in finibus Remorum longis vtebātur hastis. Lucanus libro primo. Longisq; leues Axones in armis. Aruerni olim gloriabātur se oriundos à Troianis, ac propterea dici volebāt Romanorum fratres. Lucanus libro primo. Aruerniq; ausi Latios se fingere fratres, Sanguine ab Iliaco populi.

Aquileienses tanta fide contra Maximinum pro senatu fuerūt, vt funes de mulierum capillis necterēt, quibus sagittas excuterēt penuria neruorum.

Athenienses crudelissime sæuiebāt in eos, qui à sua di-

tione defecerãt, adeo vt decreto iusserint manuũ dextrarum pollices abscindi Aeginetis quod rebellassent, ne amplius hastam ferre possent, aut remis inter nauigãdum vti. Mitylenæos vero eãdem ob causam cum puberibus iugulari statuerũt, & Samiorum frontes si corriperẽtur, inuri stigmate. Apud eosdem tanta fuit sepulchrorum cura, vt peremptos bello si quis dux honestare sepulchro neglexisset, capite plecteretur. Nefas nõ putabãt sororem in matrimonium capere. Lanificium, oleum, vini vsum, serẽdiq; frumenta docuerũt. Pueros statim ab instio erudiebãt, vt nãdi vsum propter bella naualia & literas condiscerẽt. Laborarunt tamen auaritiæ nota adeo, vt prouerbium fluxerit. Atticus moriẽs porrigit manum. Fuerũt & impudẽtissimi. Vnde Atticus aspectus dedit etiam prouerbio locum. Insuper adulatores maximi. Publicis cõsiliis diuinos quosdam sacerdotes adhibebãt. Lubrici erant tum ad iram tum ad misericordiam. Suspiciones arripiebãt celeriter. Laudantibus arridebant, ad opem humillimo cuiq; ferẽdam erãt promptissimi. Si quem mortuum reperissent in via, sepeliebãt. Nunquam immolabant bouem, cuius opera in curru aut aratro fuerãt vsi. Nulla prius puella tradebatur viro, quàm sacra Dianæ obiisset. Capillorum cincinnis aureas addebãt cicadas. Solebãt magnos ex argentifodinis prouentus in plebem diuidere.

¶ Arii Germaniæ populi habebãt nigra scuta, tincta corpora. Nigras ad prælia noctes legebãt, ipsaq; formidine atq; vmbra feralis exercitus terrorem inferebãt, nullo hostium sustinẽte nouum ac veluti infernum aspectum.

¶ Abani curam mortuorum agere nefas arbitrãtur. Corpore sunt prægrandi, nec inuenusto, ingenio minime fucato aut subdolo. Vltra centum numerãdo nõ progrediũtur. Pondera, mensuras, modum ciuilitatis & agricolationis nõ norũt. Linguarum apud eos varietates sex & viginti. Deos habẽt Solem, Iouem, Lunam. Sacerdos Lunæ primas habet post regem. Sacris preest seruis & sacræ religioni. Seruorum pleriq; numinis afflatu vaticinantur. Præcipuũ ex his sacerdos annuis epulis saginat, mox ad immo-

lationem producit. Admotus aræ seipsum gladio cōfodit. Plurimus senectuti habetur honos. Preciosa cū mortuis infodiūt, licet meminisse mortuorum habeant sceleris loco. Strabo. libro vndecimo.

Sinetes ap. vel Albanos plurimi fit senectus

¶Apud Armenios rubētes quādoq; visuntur nives, quod loca illa scateāt minio. Persicis dii immolāt, & Anaitidem colunt, eiusq; ministerio nobilitate præstātes dedicant filias, quæ inibi corporis pudicitia in vulgus data mox traduntur viris velut augustiores factæ. Arcubus clarēt Armenii. Vnde Statius lib. i. Syl. Arcuq; horrenda fugaci Armenia. Capillorum cultu luxuriāt. Claudianus. Hic mytra velatus Arabs, hic crine decoro Armenius.

¶Auses populi Africæ capronas è frōte demisisse gaudēt. Virgines quotānis in honorem Mineruæ certamen edūt. Arma sunt lapides & fustes. Si qua ex ictu decesserit, falsa censetur virgo. Quæ oīum præstantissime depreliata est, à cæteris, armis decorata subuehitur curru per ambitū Tritonidis paludis. Promiscuus illis cum muliere cōgressus.

Apud Auses communis cum mulieribus cōgressus.

¶Afri pastores quadrimis filiis verticis venas adhibita lana succida inurebant compescendis è capite fluctionibus. Propterea inter omnes prospera vtuntur valetudine. Afrę mulieres super vestem nudas gestāt caprarum pelles fimbriatas & rubrica litas. In Sica Africæ ciuitate matronę corpore prostituto ex passiuo concubitu dotem sibi quærūt ex patria consuetudine.

¶Abydenis mox fuit si quem ciuem aut hospitem cōuiuio exciperēt, vt post vnguētum & coronas infantes à nutricibus inducerētur, circūferrenturq; suauiādi.

¶Arcades suis titulis suoq; auspicio nullum hostem vnq̄ superarūt, verum aliis suppetias ferebāt persæpe. Eorum vetustissima est origo adeo, vt glorientur se priores fuisse luna. Seneca in Hippolyto Aut te stellifero despiciēs polo Sydus post veteres Arcadas editum. Colebāt Pana deum pecoris. Oui. lib. 2. Fast. Pana deum pecoris veteres coluisse ferūtur Arcades, Arcadiis plurimus ille iugis.

¶Solebant Assyrii ægrotos in viis proponere & exquirere à pretereuntibus, scirēt ne remedium aliquod morbi.

Coma vtebãtur non admodum magna. Defunctos melle cõdibant & cæra. Clypeos gestabant & pugiones. Clauas item ligneas ferro inductas ac lineos thoraces. Deum quẽ summum habẽt, Adad vocant, deam vero, Adargatim,

¶ Apud Atrios populos qui vel minima furantur, lapidibus obruuntur.

¶ Alexandrini fallaces fuerunt, alia semper cogitantes, alia simulantes.

¶ Adrimarchidæ virgines nupturas exhibent suo regi, q̃ pulchriorem & gratiorem sibi deuirginat.

¶ Asbytæ populi Libyæ quadrigis vehuntur.

¶ Bisaltæ Scythiæ populi nutriũtur equorum sanguine permixto lacte, vt docet Virg. lib. 3. Geor. De his Claudianus. Dicite Bisaltæ, vel qui pangæa iuuencis Scinditis.

¶ Bathylli populi madent vnguentis Authore Plinio.

¶ Boristhenidę Scythię populi ppetuo frigore torquent. De his Propertius. Gloria ad hibernos lata Boristhenidas.

¶ Britãni antiquitus omnes se inficiebãt glasto. Est autem Glastum herba similis plantagini. Propertius. Nunc etiam infectos demens imitare Britãnos, Lũdis & externo tincta nitore caput. Martialis. Barbara de pictis veni Bascauda Britannis. Erant olim capillis promissis, inhumani suis hospitibus. Horatius. Visam Britãnos hospitibus feros. Nullã autem aliam ob causam se inficiebant, quàm vt ea ratione horridiores viderẽtur hostibus. Apud eos fratres cum fratribus, & cum liberis parentes, vxores olim habebãt communes. Præter vim & audaciam nullum habebant ad prælia adiumentum.

¶ Burgundiones dicti sunt, quod olim vicos habitarent, qui eorum lingua Burgi vocantur.

¶ Belgæ optime regebant currus cameratos. Lucanus. Et docilis rector monstrati Belga Couini. Cæsar in commẽtariis ait Belgas esse Gallorum fortissimos, quod ad eos minime commeent mercatores, qui comportent, quæ ad molliciem & effœminandos animos pertinent.

¶ Bactriani horridis sunt ingeniis & à Persarum luxu abhorrentibus, authore Curtio. Senio vel morbo confectos

canibus deuorádos obiiciunt ad hoc de industria enutritis quos sepulchrales vocant. Mille quondam vrbes habitarunt. Apud eos qui pauca furátur, sputis dehonestari solent Bellicosi sunt & potentissimi.

¶Babyloniorum mores corruptissimi fuerũt & ad irritãdas voluptates aptissimi. Liberos & coniuges cum hospitibus stupro coire(modo precium flagicii daretur)parentes maritiq; permittebant. In vinum & ebrietatem maxime eránt effusi. Fœminarum conuiuia ineuntium in principio modestus erat habitus, deinde summa quæq; amicula auferebant profanato pudore. Ad vltimum opus ima corporum velamenta proiiciebant, non meretrices tantum, sed matronæ & viri, apud quos comitas habetur vulgati corporis vilitas, authore Curtio, libro quito. Duabus vtuntur tunicis, vna linea vsq; ad pedes demissa, altera super hanc lanea. Capita mitris velant, vnguentis toto corpore delibuti. Annulum signatorium singuli gestant. Vbi virgines factæ sunt nubiles, omnes vnum in locum cõgregant, easq; circunsistente virorum frequentia præco sigillatim vendit secũdum ordinem formæ & pulchritudinis. Medicis nõ vtuntur. Sepulchra eisdem sunt in melle. Vbi vir & maritus coiuerunt, sub diluculum abluuntur ambo, nec vllum vas prius attingunt, quam se aqua perfuderint. Author Herodotus.

¶Bithyni conscendebant montium cacumina, ibiq; Iouem consalutabant.

¶Bœotii rudes fuerunt & agrestes, maleq; audierũt stoliditatis nomine Horatius. Bœotum in crasso iurares aere natũ. Plutarchus scribit Bœotos ab Atticis fuisse notatos tanquam brutos, stupidos, & pingues propter edacitatẽ.

¶Brachmanes Indorum sapientes dicebant præsentem vitam esse veluti cõceptum vitalem. Mortem vero egressum ad veram vitam. Item mũdum habere tempus initiale, tẽdereq; ad interitũ. Deum vniuersoꝝ opificẽ per cũcta meare. In philosophię cõmunionẽ vxores nõ admittebãt. Abstinebãt ab oĩ carnis cibo. Subdiales agebãt & veritatẽ pręcipue amplexabant. Lineis vtebantur amiculis.

¶Bizantii

❡Bizantii notati sunt à Græcis vt acolasti & intemperantes, quòd in venerem & vinum ferrentur præcipites, plurimum enim versabantur in caupona.
❡Berbicæ certam ætatis metam transgressos perimunt, viros immolantes, mulieribus præfocatis.
❡Ferunt Brutios pastores pecudibus equabusq; misceri solitos. Pontanus de Obedientia.
❡Budini populi Scythiæ pediculos esitant. Cæsiis sunt oculis, Rei pecuariæ dant operam. Libero patri agunt trieterica & bacchanalia.
❡Barcęæ mulieres gustu vaccinę & suillę carnis abstinet. Cimmerii populi perpetua caligant obscuritate. Homerus apud Erasmum. Illic sunt populiq;, & mœnia Cimmeriorum, Nubibus & cæca assidue caligine tecta. Illos haud vnquam radiis sol aspicit ardens, Nec quando astri ferum curru petit arduus axem, Nec rursum ad terras magno deuectus olympo, Sed nox incumbit miseris mortalibus atra. Ouidius fingit domum somni esse in hac regione, vbi ait. Est prope Cimmerios longo spelunca recessu Mons cauus, ignaui domus & penetralia somni, Quo nunquam radiis oriens mediusve, cadensve Phœbus adire potest, nebulæ calígine mixtæ Exhalantur humo, dubiæq; crepuscula lucis. De his Tibullus lib. 4. Cimmerion etiam obscuras accessit ad oras, Quis nunquam candente dies apparuit ortu, Seu supra terras Phœbus, seu curreret infra.
❡Chalybes habitant iuxta Paphlagoniã in Ponto. Optimo abundant metallo. De his Val. Flac. lib. 4. Argon. Non ita sit metuenda tibi sæuissima quãquam Gens Chalybũ, duris patiẽs cui cultus in aruis, Et tonat afflicta semper domus ignea massa. Idem lib. 5. Nocte sub extrema clausis telluris ab antris Peruigil auditur Chalybum labor.
❡Casyri indorum ad Scythas versi, humanis corporibus vescuntur.
❡Campani in Italia semp superbi fuerunt bonitate agrorum & fructuum, & vrbis pulchritudine.
❡Candei seu Ophiophagi vescuntur serpentibus, qua

rum fertilissima est eorum regio.

¶Cyclopes & Lestrigões humana carne olim vescebant.

¶Choromãdæ sunt sine voce, stridoris horrendi, hirtis corporibus, oculis glaucis, dentibus caninis.

¶Cirni qui Corsicam incolunt, viuunt annis centenis quadragenis.

¶In Calingis Indiæ gente quinquẽnes concipiunt fœminæ. Octauum vitæ annum nõ excedunt.

Colophonii & Castabalenses pp bella cohortes canum habuere, quæ primæ dimicabant in acie nunq̃ detrectantes.

¶Cauci septentrionales populi altos habitant tumulos, & casas nauigiis similes, à quibus quum recedit mare, fugientes cum aquis pisces circa tuguria venantur. Nullas habent pecudes, neq; aluntur lacte, vt finitimi. Vlua & palustri iunco funes nectunt ad prætexenda piscibus retia. Captum manibus lutum ventis magis quàm sole siccant. Potus non nisi imbre seruato scrobibus in vestibulo domus.

¶Chelenophagi Carmaniæ populi non alia quàm testudinum carne viuunt.

¶Cimbrorum mulieres amicos suos & affinitate sibi coniunctos solebant interficere, quos videbant in bello turpi fuga salutem sibi quærere. Author Plutarchus.

¶Cyrenæi eò deliciarum prouecti sunt, vt legum conditorem habere Platonem concupiuerint. Qui tamen illorum admiratus ignauiam, indignos duxit, quibus obsequeretur.

¶Carthaginenses humanas hostias immolabant Herculi. Fraudulẽti erant & mendaces, nõ genere sed natura loci. Nõ solum optimos, sed & ditissimos censebant magistratibus admouendos. Impossibile enim putabãt eum qui egestate premeretur, rectè & incorruptè magistratum gerere posse. Aetate Annibalis Carthaginẽses iaculari nesciebãt. Vnde & breuibus spiculis vtebãtur manu. author Plutarchus in Marcello. Iidẽ acerbi sunt & tristes, facile magistratibus parẽt, subditis sunt molesti, perstãt in sententiis pertinaciter, ad iocos & vrbanitatem duriores, quàm quos vlla

gratia mollire possis. author idem Plutarchus in Politicis.
¶ Cretenses ingrediebantur prælia præcinente tibicine. Author Gellius. Apud eos erāt sapientes quos prophetas vocabāt, qui nō tantum abstinebant carnibus, sed & coctis omnino cibis. Apud eosdē lata quoq; lege passim permittebatˉ venus mascula, amplexabanturq; pueriles amores vsq; ad stuporem. Author apud Cælium Aristoteles. Nauigandi peritia, maritimarumq; rerū vsu principatum olim tenuerunt. Hinc natum adagium, quod per ironiam dici solet. Cretensis nescit pelagus. Masculis amoribus intantum flagrabāt, vt adamatos vi conriperent. Amorem conciliabat nō tam forma quam roboris prę̄stātia. Infamari sunt improbitate, perfidia, mendacio, & ignauia. Liberę cōditionis pueri leges mandabant memoriæ, mox deorū hymnis animum adiiciebant.
¶ Cilices hircos habent villo tonsili, vnde vestes cōficiūt, q̄s cilicia & cilicina dicimus. Martia. li. 7. Qualē forpicibus mittit supinis Tonsor Cinyphio Cilix marito. Infames fuerunt immanitatis & crudelitatis nomine, ob assiduas hospitum deprædatiōes & pyraticam, quam exercebāt. Hic Plautus in Trinūmo. Latrocinatum aut in Asiam, aut in Ciliciam ibit. Cilices Xerxi in Græciam bellum mouenti cētum naues tribuerunt, teste Herodoto lib. 7.
¶ Cares populi mercede cœperunt militare, ac proinde vt viliores passim infamati sunt. Hinc adagium. Homunculus ex Caria. Canem diis immolabāt. Vnde & Carica victima transiit in prouerbium de vili munusculo.
¶ Caspii parentes inclusos fame necant, quum annum. 70. ætatis excesserunt. Si quem autem aduolantes aues vnguibus ac rostris concerpserint, felicitatis argumentum suspicantur. Si à feris aut canibus conuellatur, non ita. Quod si à nullo attingatur, deflent perinde ac infelicissimum. Strabo libro vndecimo.
¶ Coi Iunoni sacrificantes seruos à conuiuio reiiciebant, vt sacrificarent liberius.
Curetes instar mollium puellarum comam fouebant, nec succidebant.

¶Chalcidenses ardebant nefanda puerorum libidine. Laborabant etiam auaritiæ nota.

¶Chaldæi vice numinis colebant ignem. Chaldæorum regio (inqt Marcellinus) est altrix Philosophiæ veteris, vt memorat ipsi, apud quos veridica vaticinādi fides eluxit.

¶Calleci erant sine deo & numine. Mulieres monilia gestabant ferrea, comamq; circunnectebant galericulo atri coloris superiecto.

¶Cantabricæ mulieres oppressæ bello, filios leguntur interfecisse, ne in hostiles manus venirent. Opere rustico sumptum suum exercebant. Puerperæ viris ipsarum vice decumbentibus administrabant. Editum infantem fluminis abluebant ripis. Ferunt etiam Cantabros olim iuris hostium factos & patibulo affixos in tanta supplicii diritate, nihilominus perinde ac gestantes Pæana cecinisse. Eiusdē quoq; gentis illud erat, vt viri vxoribus numerarēt dotē, filiasq; ex asse hæredes constituerent.

¶Carmanis fuit peculiare, vt percussa faciei vena profluētem inde cruorem vino permiscerent, propinarentq;, amicitiæ finem statuentes sanguinem gustasse mutuum. Mox vero vnguentis caput collinere, repercutiendis vini exhalationibus. Apud eosdem nemini licebat vxorem ducere, nisi prius caput occisi hostis ad regem detulisset. Rex autē interfectorum caluarias in regia locabat. Linguas vero faucibus exertas & minutatim concisas, paneq; permixtas illis porrigebat degustādas, q attulissent, author Strabo.

¶Chii calentes mero quum Spartam venissent, itassentq; ad curiam Ephororum, in curulibus magistratuum cellis, ventris onera per summam fœditatem deiecerunt. Hinc natum adagium. Chius omnia percacans.

¶Cercyræis populis quoniam crebris seditionibus agitabantur moris erat gestare flagra ingentia ansis eburneis exornata.

¶Crotoniatæ erant egregii athletæ adeo vt in palestra victoriam sæpenumero reportarent.

¶Cercopes populi fuerunt in Epheso notæ fraudulentię, qui conati sunt ipsi etiam Ioui imponere. Hinc adagium.

Cercopum cœtus, de improborum conuentu.

¶ Calabri quum pyris abundent, consueuerunt ea hospitibus affatim apponere, deinde saturos bellariorum vice domum auferre iubent, Horatio teste.

¶ Apud Crestones populos singuli plures habent vxores. Quum autem vir aliquis moritur, tunc oritur magna disceptatio inter fœminas, quænam illum charius adamaret viuentem. Id vbi compertum est, quæ beniuolentiæ & amoris palmam meruit, ad mortui tumulum ducitur exornata, ibiq; à propinquis mactatur & humatur cum viro.

¶ Cilii populi vicini Persis pro pileis mitram ferunt.

¶ Cyziceni notati sunt timiditatis & molliciei.

¶ Cadurci populi Galliæ in tomentis culcitrarum ex suo lino palmam obtinuerunt.

¶ Apud Dacos & Sarmatas ipsi etiam mares corpora sua succis herbarum linunt.

¶ Derbices delicta omnia etiam minima vltimo digna supplicio censent. Tellurem deam agnoscunt. Rebus diuinis nullam adhibent fœminam, sed nec in mensam admittunt. Septuagenario grandiores iugulāt aduocato ad epulas proximo quoq;. Vetularum carnibus non vescūtur, sed præfocatas modo cōdunt. Si cui fatalis dies aduenerit ante metam præstitutam, sepeliunt. Strabo libro. 11.

¶ Dardani sub Illyride populi ter tantum in vita balneis operam dabant. De Dardanis in hunc modum meminit Strabo libro septimo. Dardani (inquit) natio prorsus agrestis, adeo vt sub fimo spelūcas defossas incolant, degantq;. Studio tamen capti musicæ, tibias & fides, & id genus instrumenta vsurpant.

¶ Apud Danos fœminę pleræq; formam suam in virilem habitum commutantes militiam adibant, omnesq; perosę delitias corpus & animum patientia ac labore solebant durare, totamq; fœmineæ leuitatis molliciem abdicantes, virilem exercere sæuitiam. Bella pro basiis intentabant, manus telorum non telarum obsequiis exhibebant. Author Saxo Grammaticus, libro septimo.

¶ Essedones Scytharum Asiaticorum populi solent parē-

tum funera cantu prosequi, & conuocatis vicinis cadauera ipsa aliis carnibus admixtis absumere, & ex ossibus capitū cōficere sibi pocula. Apud eos quoties pater alicui decesſit, omnes eius propinqui pecora adducunt, cōciduntq́; & mortuum aliis commixtum carnibus ei exhibent, à quo inuitati sunt ad cōuiuium. Caput tamen defuncti denudatum, purgatumq́; inaurant, eoq́; pro simulachro vtuntur, & quotannis cerimonias eidem faciunt. Iustitiam obseruant diligētissime. Vxores æque fortes sunt ac viri. Authores Herodotus in Melpomene, & Mela Pomponius sub principium secundi libri.

¶ Essei Iudæorum populi abstinebant vino, carnibus & vxoribus. Ieiuniis ita assueuerūt, vt ipsa in naturam verterint. Apud eos proprium nemo aliquid possidet. Omnibus in medio positis communiter vtuntur. Habitāt simul & conueniunt quasi sodales. Quumq́; pro communi vtilitate faciāt omnia, alia aliorū negotia sunt, quæ certatim peragūt, nō frigus, nō calorem, nō aliquam mutationem aeris formidātes. Quum à laboribus mercedem ceperūt, apud quæstorem deponūt. Is omnia diligenter procurat, quibus egent. Pleriq; ex his nullas ciuitates colunt, neq; seruos habent, quādo omnes velut mater eadem genuit natura. Triplici regula vitam transigunt, amore in deum ardentissimo, virtutis cultu diligētissimo, charitate in proximum feruentissima.

¶ Apud Epizephyros Locros si quis salutis causa vinum hausisset largius medico nō imperāte, morte expiabatur libera illa compotatio, perinde ac grāde aliquod scelus.

¶ Apud Eleusinios capitale erat quicquā ex mysteriis in vulgus efferre, cuiusmodi erāt apud Ro. sacra bonæ deæ.

¶ Ephesii habebāt notulas quasdam & voces magicas, quibus vtētes in omni negocio victores euadebāt. Hinc adagium. Ephesiis vti literis. Ephesios barbaro & agresti prorsus igenio esse cōstat, vt qui Hermodorum philosophum propter excellentem eius doctrinam, & quia frugi esset, in exilium egerūt, dicentes. Nemo nostrū frugi esto. Authores Laertius & Pius papa.

¶ Fanesii populi in oceano septentrionali tam grádes habent aures, vt iis nuda integant corpora.

¶ Fenis Germaniæ populis mira erat feritas & fœda paupertas. Nó arma, nó equi, non penates. Victus herba, vestitus pellis, cubile humus. Sola in sagittis spes, quas inopia ferri ossibus asperabát. Idem venatus viros pariter ac fœminas alebat. Passim enim comitabátur, partemq́ prædæ petebát. Viuebát in syluis, quod beatius arbitrabátur, quá ingemere agris, illaborare domibus. Author Cor. Tacitus. De his quoq; abunde meminit Saxo Grammaticus libris quinto & nono Historiæ Danicæ.

¶ Geloni Scythiæ populi solebát se pingere. Virgil. lib. 2. Geor. Eoasq; domos Arabum, pictosq; Gelonos. Claudianus. Membraq; qui ferro gaudet pinxisse Gelonus. Sanguinem equinum bibebát cum lacte. Idem Virg. Bisaltæ quo more solét, acerq; Gelonus, Quum fugit in Rhodopen, atq; in deserta Getarum, Et lac cócretum cum sanguine potat equino. Sidonius. Aut ad paludicolas Sicábros, aut ad Caucasigenas Alanos, aut ad Equimulgos Gelonos. Sunt præterea sagittarii. Virg. lib. 8. Hinc lelegas, Carasq; sagittiferosq; Gelonos Finxerat. Multas singuli habent vxores. Val. Flac. lib. 7. Argon. Hei mihi vel sæuo cóiunx nó vna Gelono. De hostium cutibus sibi induméta, & equis tegmina conficiunt. Contenti viuunt suis finibus. Horatius lib. 2. Car. Intraq; præscriptum Gelonos Exiguis equitare campis.

¶ Getæ nullos habét in agris limites, sed fruges liberas & cómunes. Horatius lib. 3. Car. Viuunt & rigidi Getæ, Immetata quibus iugera liberas Fruges & Cererem ferunt. Nec cultura placet longior annua. Gaudét sagittis & pharetris. Ouid. lib. 5. Trist. Iuncta pharetratis Sarmatis ora Getis. Integútur ferarum pellibus. Idem Ouid. lib. 4. de Ponto. Hic mihi in Euxino bis tertia ducitur æstas Littore, pellitos inter agenda Getas. Bibunt & equinum sanguinem permixto lacte. Sidonius. Solitosq; cruentum Lac potare Getas, & pocula tingere venis. Non vescuntur carnibus. Solebant olim mortuis Viris vxores interficere.

Ouid. de Getis sic scribit. In quibus est nemo, qui non Coryton & arcu, Telaq; vipereo lurida felle gerat. Vox fera, trux vultus, verissima mortis imago, Non coma, non vlla barba resecta manu. Dextera non segnis fixo dare vulnera cultro. Quem vinctum lateri barbarus omnis habet. Mortem suorum lætitia prosequebantur Getæ. Vnde Mantuanus, Threicios imitare Getas, qui extrema suorum Lætitia celebrant, & dulci funera cantu.

Garamantes matrimoniorum expertes passim cum fœminis degunt, nullas certas habent sedes. Sub ciliciis semper agunt. Mulieres seruilia vbiq; ministeria semper faciunt. Author Pontanus de Obedientia.

Gamphasantes nudi prœliorumq; expertes nulli extero congregantur. Obuios quosq; fugiunt ac reformidant. Habitant in parte Libyæ.

Germani fœminas quasdam fatidicas tanquam deas habuerunt. Magnas olim ferebant lanceas & hastas, angusto & breui ferro, quas frameas vocant. Hoc telo & scuto contenti erant equites. Pedites & missilia spargebant nudi aut sagulo leues. Scuta lectissimis coloribus distinguebant. Corpora suorum etiam in dubiis prælijs referebant. Scutum reliquisse præcipuum erat flagicium. Reges ex nobilitate, duces ex virtute sumebant. Nec regibus infinita erat ac libera potestas. Neq; animaduertere, nec vincire, nec verberare quenquam nisi sacerdotibus licebat. Ad matres & coniuges ferebant vulnera. Nec illæ numerare, nec exigere plagas pauebant. Cibos & hortamina ferebant pugnantibus, adeo vt memoriæ prodatur quasdam acies inclinatas & iam labantes à fœminis restitutas constantia precum & obiectu pectorum. Nec earum consilia aspernabantur. Mercurium colebant, cui certis diebus humanis litabant hostiis. Herculem & Martem concessis animalibus placabant. Lucos & nemora cōsecrabant, deorumq; appellabant nominibus. Auspicia & sortes obseruabant maxime. Equorum quoq; præsagia & monitus experiebantur obseruatis eorundem hinnitibus. Nec vlli auspicio maior habebatur fides. De minoribus principes consulta-

bant, de maioribus omnes. ita tamen vt ea quorum penes plebem arbitrium erat, apud principes pertractarent. Dierum numerum non computabant vt nos, sed noctium. Silentium per sacerdotes, quibus ius erat coercendi, imperabatur. Rex vel princeps dicturus audiebatur magis authoritate suadendi, quam iubendi potestate. Si displicebat sententia, fremitu aspernabantur. Si placebat, frameas concutiebant. Erat distinctio pœnarum ex delicto. Proditores & transfugas arboribus suspendebant. Ignauos & imbelles & corpore infames cœno ac palude, iniecta insuper crate mergebant. In leuioribus delictis pro modo pœnarum, equorum pecorumq; numero conuicti mulctabatur. Principes qui iura per pagos vicosq; reddebant, nihil neq; publicæ, neq; priuatæ rei nisi armati agebant. Nemini tamen prius licebat arma capere, quam ciuitas probasset. Tunc autem principum aliquis, vel pater vel propinquus scuto frameaq; iuuenem ornabat. Hæc erat apud illos toga, hic primus iuuētæ honos. In acie turpe erat principi à suis virtute vinci, turpe comitatui virtutem principis non æquare. Infame vero & per omnem vitam probrosum ducebatur, si quis superstes discessisset relicto principe. Princeps pugnabat pro victoria, comites pro principe. Si aliqua ciuitas longa pace aut otio torpuisset, earū indigenæ adolescentes petebant vltro eas nationes, quæ bellum aliquod gererent, quia ingrata erat genti quies. Pigrum & iners putabant sudore acquirere, quod potuisset parari sanguine. Dum cessabant à bellis, non multum venatibus, plus per ocium transigebant dediti somno ciboq;. Fortissimus quisq; fœminis senibusq; & infirmissimo cuiq; rei domesticæ curam delegabat ipse quiescens. Gaudebant finitimarum gentium donis. Nullas habitabāt vrbes, nec patiebantur inter se iunctas sedes. Colebant discreti ac diuersi, vt fons, vt campus, vt nemus placuerat. Vicos locabant non tamen connexis aut cohærentibus ædificiis. Suam quisq; domum spacio circundabat, siue aduersus casus ignis remedium, siue inscitia ædificādi. Apud illos nullus erat cemētorum aut tegularum vsus. Materia

ad omnia vtebantur informi & citra speciem aut delectationem. Aperiebant & subterraneos specus, quos multo fimo onerabant, suffugium hyemi & receptaculum frugibus. Tegumen omnibus erat sagum, fibula vel spina consertum. Locupletissimi veste distinguebantur non fluitante, vt Sarmatæ & Parthi, sed stricta & singulos artus exprimente. Gerebant & ferarum pelles. Nec alius fœminis quam viris erat habitus, nisi quod fœminæ sæpius lineis amictibus velabantur, eosq; purpura variabant, & partem vestis superioris in manicas non extendebant, nudæ brachia & lacertos. Contenti erant singulis vxoribus exceptis paucis, qui non libidine sed ob nobilitatem multas ducebant. Dotem non vxor marito, sed vxori maritus offerebat. Intererant parentes & munera probabant, non ad delitias muliebres quæsita, nec quibus noua nupta comeretur, sed boues, scutum cum framea & gladio. In hęc munera vxor accipiebatur, atq; inuicem ipsa armorum aliquid viro afferebat. In ipsis auspiciis matrimonii, nupta monebatur venire se laborum periculorumq; sociam, idem in pace, idem in prælio ausuram passuramq;. Hoc iuncti boues, hoc paratus equus, hoc data arma denunciabãt. Literarum secreta viri pariter ac fœminæ ignorabant. Paucissima erant adulteria. Adulteram accisis crinibus nudatam coram propinquis maritus expellebat domo, & per oẽm vicum verbere agebat. Nemo illic vicia ridebat. Infantes nudi erant in domibus. Sua quemq; mater vberibus alebat, nec ancillis, aut nutricibus delegabantur. Nullum erat delitiarum discrimen inter dominum & seruum. Inter eadem pecora, in eadem humo degebant. Sera iuuenum venus, nec nisi iam prouectis ætate & viribus concedebantur matrimonia. Sui cuiq; liberi erant hæredes sine testamento parentum. Si defuissent liberi, succedebant propiores cognatione. Conuictibus & hospitiis indulgebãt amicissime, adeo vt nefas haberetur quemcũq; mortalium arcere tecto. Hospites externos pro fortuna quisq; paratis excipiebant epulis. Abeuntibus si quid poposcissent, moris erat cõcedere. Separatæ singulis sedes, & sua cuiq;

mensa. Diem noctemq; cōtinuare potando nulli erat probrum. Crebræ in compotationibus rixæ, quæ sæpius cæde & vulneribus, quàm conuiciis transigebantur. Postea tamen conciliabantur facile & deponebant inimicitias. Nuda erat omnium mens, & secreta pectoris aperiebant licentia ioci. Potus erat his humor ex hordeo aut frumento in similitudinem vini corruptus. Cibi simplices, agrestia poma, recens fera, & lac concretum. Famem expellebant sine apparatu, & blandimentis. Aduersus sitim nō eadem temperantia. Spectaculorum genus habebāt hoc vnum. Nudi iuuenes quibus id ludicrum erat, inter gladios & frameas saltu se coniiciebant. Exercitatio parabat artem, ars decorem. Aleam sobrii inter seria exercebant, tanta lucrandi perdendi ve temeritate, vt quum omnia defecissent, extremo ac nouissimo iactu de libertate & de corpore contenderent. Victus voluntariam subibat seruitutem, & quamuis iunior ac robustior, alligari tamen se ac uænire patiebatur. Seruos huius conditionis per commercia tradebant, vt se pudore victoriæ exsoluerent. Verberare seruum, ac vinculis & opere exercere infrequens erat & rarum. Solebant tamen occidere, non disciplina & seueritate, sed impetu & ira vt inimicum. Fœnus & vsuras nesciebant. Agri pro numero cultorum per vices ab vniuersis occupabantur. Funerum nulla erat ambitio. Corpora clarorum virorum certis lignis cremabantur. Struem rogi nec odoribus, nec vestibus cumulabāt. Sua cuiq; arma iniiciebantur. Sepulchrum cespes erigebat. Monumentorum arduum honorem aspernabantur. Lamenta & lachrymas cito ponebant, dolorem ac tristitiam tarde. Fœminis honestum erat lugere, viris meminisse. Hæc præcedentia de Germanorum moribus collegimus ex Cor. Tacito. Priusquam pubertatem attigissent, nesciebant operimenta, corporum nuditate gaudentes. Latrociniis non abstinebant. Crudis quandoq; vescebantur carnibus. Fœminarum congressum ante vicesimum annum sine probro non appetebant. De his Seneca. Quid inquit, Germanis animosius? Quid armorum

cupidius, quibus innaſcuntur innutriũturq́ꝫ, quorum vna illis cura eſt, alia negligentibus? Quid induratius ad oẽm patientiam? Hos tamen Hiſpani, Galliq́ꝫ, necnon Aſiæ Scythiæq́ꝫ molles bello viri antequam legio viſatur, cæ dunt ob nullam rem aliam opportunos, quam ob iracundiam. Horatius Germanos vocat cæruleos, propter cæſios oculos. Nam qui ſub ſeptentrione agunt, immanibus ſunt corporibus, candido colore, directo capillo & ruffo, cæſiis oculis & multo ſanguine. Qui vero ad axem meridianum vergunt, breuioribus ſunt corporibus, colore fuſco, capillis vibratis, oculis nigricantibus, cruribus inualidis, ſanguine exiguo.

¶ Gynæcocratumenos Plinius lib. 6. appellat populos quoſdam Amazonum vicinos, bello ab Amazonibus victos, ex eo ſic dictos, quod victricibus obſequebãtur ad procreandam eis ſobolem. Quo noīe Ariſtoteles libro ſecũdo Politicon eos appellat, qui in vxorio viuunt imperio.

¶ Gymnites Aethiopiæ nudi degunt.

¶ Cor. Tacitus ait Cattis Germaniæ populis dura eſſe corpora, ſtrictos artus, minacem vultum, & maiorem animi vigorem. Multum habent rationis ac ſolertiæ. Præponũt electos, audiunt præpoſitos. Noſcunt ordines, intelligunt occaſiones, differunt impetus, diem diſponunt, vallant noctem. Fortunam inter dubia, virtutem inter certa numerãt. Plus reponunt in duce, quam in exercitu. Oblato elephanti precio pudicitiam amatoribus ſubſternunt fœminę, nullo inde præfloratæ famæ diſpẽdio. Virgines quum eſſe nubiles cœperint, in publicum à parentibus producũtur accurrente iuuenum multitudine, ex qua datur illis optio eligendi, quem virum velint.

¶ Gymnoſophiſtæ torporem animi atq́ꝫ ocium oderant. Nudi degebant in ſyluis. Ab exortu ad occaſum perſtabãt contuentes ſolem immobilibus oculis. Feruentibus arenis toto die alternis pedibus inſiſtebãt. Apud eos omnes adoleſcentes ex diuerſis locis & officiis conueniebant ob cibum. Magiſtri perrogabant, quid frugis ab ortu ad illud diei tempus feciſſent. Qui nihil habebant, quod offerret,

impransi foras ad opus trudebantur.

¶ Non erubescebant Greci vinũ bibere vnguento mixtũ. Mendacii notam præter cæteros mortales sibi compararunt. Claruerunt tamen ingenio, laudis auidiores quàm pecuniæ. Vnde Horatius in arte. Graiis dedit ore rotundo Musa loqui, præter laudem nullius auaris. Græcorum leges mulcta damnabant eos qui clypeum non ensem aut lanceam amisissent.

¶ Getuli insidunt equis inornatis. Lucanus. Semperq; paratus Inculto Getulus equo.

¶ Gnidanum populorum Africæ vxores fimbriarum copia perstrepunt. Precium id concubitus est. Quo pluribus quæq; visitur exculta, eo plausibilior eius forma.

¶ Galli sagittas helleboro collinebãt, quod iis transfixisse feræ multo viderẽtur ad cibum delicatiores. Rescindebãt tamen partes, quæ ambibant vulnus propter hellebori cõtagium. Cicero scribit Gallos iusiurandi, ac deorum religione non commoueri. Nam cæteræ gentes inquit, pro religionibus suis bella suscipiunt, Galli contra omnium religiones. Quinimo & cum diis immortalibus gessere, & impetu hostili delphicum oraculum inuadere sunt ausi. Si quando vero metu perciti propiciandos deos arbitrãtur, humanis hostiis templa fœdant. Strabo tamen ait Gallos esse simplices, & nulla morum malignitate. Vnde Martialis. Et tumidus Galla credulitate fruar. Cæsar Gallorum consilia incessit vt subita & repentina. Sed & Gallos oẽs deditos religionibus tradit, verum affectos grauioribus morbis aut periculis, homines pro victimis immolare cõsueuisse. Hominem præterea diuinationi destinatum in tergo ferientes, ex ipso impatientiæ & torquendi modo vaticinia concipiebant. Quosdam sagittis configebãt patibulo etiam in sacris ædibus suffixos. Arbitrabantur insuper se prognatos à Dite patre. Propterea temporum spacia metiebantur non dierum, sed noctium numero. Vestes ferebant intonsas variiq; coloris, quas Braccas vocant. Dicti sunt Galli à niueo lactis colore, qui Galla dicitur, quod eorum corpora lactis instar albescerent ob vehementem

hyemem. Vnde Virg. Virgatis lucet sagulis, tum lactea colla Auro innectuntur. Mantuanus. Ignea mens Gallis & lactea corpora, nomen A candore datum. Veterum Gallorum mores longe discrepant, ab his qui nunc viuunt. Liberos enim ad conspectum suum venire prius non patiebantur, quàm per ætatem adoleuissent, ac subeundis militaribus periculis essent idonei. Viuentes amicis mutuo concedebant, quæ apud inferos creditoribus exoluerent debitores. Viri quantas ab vxore pecunias nomine dotis accepissent, tantundem domesticarum fortunarum æqua æstimatione cum dote conferebant. Quicquid inde fructuum succrescebat, asseruabatur, eratq; eius, qui alteri fuisset superstes. Viri in vxores sicut in liberos vitæ & necis potestatem habebant. Si qua veneficii fuisset conuicta, à mariti sui propinquis incendio aliisq; cruciatibus consumebatur. Quæ viuentibus chara fuissent, cum eisdem defunctis in funere cremabantur, vel ipsa etiam animalia. De Rep. nisi in publicis conciliis nemini licebat loqui. Qui vltimus in cōcilium venerat, morti dabatur. Ei qui tumultuatus esset, minister publicus vestes rescindebat, adeo vt reliquæ partes prorsus essent inutiles. Prolixas nutriebant comas. Vestes auro pictas gestabāt, & hirsutis vtebantur sagulis. Pro missis vtebantur fœminalibus. Pro tunicis scissos gerebāt amictus, vix pudenda natesq; velantes, lana quidem aspera & oblongis villis. Vnde Martia. Me pinguis Gallia vestit. Et lib. 4. Accipe Sequanicæ pinguem textricis alūnam. Hastas alii, alii arcus, plerīq; fundas, nonnulli fustes, in bella ferebāt, oblongisq; vtebātur gladiis. Humi corpora resupinabant ad quietem. Strabonis ætate stramentis sedentes cœnitabant. Lacte & suilla carne vescebantur, feroci omnes ingenio. Ducebātur maiore belli quam agrorum studio. Torques aureos pensiles collo portabant. Victoria efferebantur, stupebant victi. Eorum (quos in bello cecidissent) capita equorum suorum ceruicibus appēdebant. Mercurium præter cæteros deos venerabantur, quem omnium artium prædicabāt inuētorem. Ituri in pugnam, quicquid manubiarum inde retulissent, vouebant Marti

fraudantes aliquid ex præda, graui supplicio puniebant. Nullum absq; philosopho faciebant sacrificium Existimabant enim per diuinæ naturæ conscios sacra fieri oportere, tanquam diis propinquiores. Horum intercessione, bona à diis censebant petenda, quorum consilio in bello & pace vterentur. Vnde & Druydæ vetustissimi eorum sacerdotes solebant curare & sacrificia publica & priuata. Religiones item interpretari, adolescentes disciplinis instituere, rerum naturalium causas scrutari, de cæde, de finibus, cæterisq; controuersiis agnoscere, ita vt si quis decreto non stetisset, eidem sacrificijs interdicerent. Sacerdotes ipsi hominum congressum & sermonem declinabant ne contagione polluerentur. Vnus omnibus præerat, in cuius defuncti locum, suffragio alius sufficiebatur. Animas credebant nō interire, sed in alia migrare corpora. Multa de syderibus disputabāt, de mundi & terrarum magnitudine, de rerum natura & potestate. Tāta fuit Gallicarum mulierum virtus, vt inter infestas ciuilis furoris acies quandoq; se immiserint, & lachrymis precibusq; obliterata discordia pacem procurauerint. Propterea quum de bello aut pace consultabant, mulieres adhibebantur. Hæ si qua incidisset controuersia, sedebant arbitræ. Vehiculis vtebantur, quæ Esseda vocamus, apud Celtas primum repertis. Virg. Belgica vel molli melius feret Esseda collo. Syllius ait Celtas ex vacuis mortuorum parētum capitibus inauratis pocula sibi factitasse. Hæc eius verba. At Celtæ vacui capitis circūdare gaudent Ossa (nefas) auro, & mensis ea pocula seruāt. Quāuis autem Galli artium & disciplinarum ignari à plerisq; iudicati sint, antiquius tamen apud ipsos, quā Latinos aut Græcos floruerunt literæ. Nam vt scribit Berosus, anno. 4. Nini, literis & legibus Celtas formauit Samothes dis cognomēto, & Celtiberos Tubal, à quibus demum mille post annis Græci suas acceperūt nō à Cadmo. Nam quas primū aduexit rudes paulo ante excidiū Troianum Cadmus quiritus, eas à Galatis traxerāt, quas Galatæ & Mæones prius à Gallis susceperant. Nō ergo Galli à Græcis, sed potius à Gallis Asia & Græcia cū coloniis et

literas & disciplinas susceperũt. Aliquot deinde annis post repertum literarum vsum regnauit apud Celtas Sarron, qui vt hominum tum recentum ferociam contineret, publica primus instituit gymnasia, à quo Celtarum theologos & philosophos vocauerunt Sarronidas. Quinetiam dea illa dicendi præses Pitho nomine, quam alii Suadam, Suadelam, leporem, flexanimam, Greci Psychagogon vocant, maximi loco numinis habita est apud Gallos, Quo tempore Romani longe lateq; imperabant, nulla gens vixit Romano populo magis formidolosa. Cum nulla vnq̃ gente Romanus ipse populus intra extraq; Italiam maiore hominum strage, maioribus ducum & exercituum periculis debellauit. Nam licet ex eorum exercitu centum hominum millia quandoq; desyderata sint, nihilominus tamẽ animosi pugnam acrius instaurabãt, pudorem vlciscebantur, ad vnum interfici aut interficere volentes. Certarunt Romani cum finitimis de principatu, cum Carthaginensibus de imperio, cum Gallis de vita semper. De his Strabo libro quarto. Vniuersa inquit natio, quam hęc ętas Gallicam vel Gallaticã nominat, Martis studio & animorum ardet impetu conserendæ pugnæ alacritate impigra, semperq; spectantes in Boream aut oceano propiores cõserendis pugnis sunt audaciores. Florus de Senonibus sic inquit. Galli Senones, gens natura ferox, moribus incondita, ad hæc ipsa corporum mole perinde ac armis ingentibus adeo omni generi terribilis fuit, vt plane nata ad hominum interitum & vrbium stragem videatur. Hi quondam ab vltimis oris & cingente omnia oceano, ingenti agmine profecti quum media vastassent, positis inter Alpes & Padum sedibus, ne his quidem cõtenti per Italiam vagabantur. Romam quinetiam agressi vniuersum populum in Capitolium se suaq; omnia recipere compulerunt. Quaquauersum transibant, non fulminãtes, sed plane fulmina videbantur, dolebantq; expertem cruoris victoriam sibi concedi, ac sine ruina transitum patere. T. Liuius auidas armorum Gallicas gentes semper fuisse scribit. De his etiam Trogus apud Iustinum lib. 4. Galli inquit abũdanti

multitudine

multitudine quum eos non caperent terræ, quę genuerát, trecenta millia hominum ad sedes nouas quærendas velut peregrinatum miserunt. Ex his portio in Italia consedit, quæ & vrbem Romam captam incendit, & portio in Illyricos sinus per strages barbarorū penetrauit, & in Pannonia consedit. Gens aspera, audax, bellicosa, quæ prima post Herculem alpium inuicta iuga & frigore intractabilia loca transcendit. Ibi domitis Pannoniis per multos annos cum finitimis varia bella gesserunt. Hortante deinde successu, diuisis agminibus alii Græciam, alii Macedoniam omnia ferro proterentes petiuere. Tantusq; terror Gallici nominis erat, vt etiam reges non lacessiti vltro pacem ingenti pecunia mercarentur. Libro item vigesimo quinto ait. Ea tempestate Gallorum iuuentus tantę fœcūditatis fuit, vt Asiam omnem velut examine aliquo implerent. Deniq; neq; reges orientis sine mercennario Gallorum exercitu vlla bella gesserunt, neq; pulsi regno ad alios, quam ad Gallos confugerunt. Tantus terror Gallici nominis siue armorum inuicta felicitas erat, vt aliter neq; maiestatem suam tutam, neq; amissam recuperare se posse sine Gallica virtute arbitrarent. Plutarchus ĩ vita M. Marcelli ait Gallos in equestri pugna egregios eē bellatores. De Gallis præter iam citatos authores, copiose meminit Ammianus Marcellinus sub finem libri. 15.

¶Hyperborei septentrionales populi excoriatas beluarum pelles habent pro vestimentis. Virg. lib. 3. Geor. Talis Hyperboreo septem subiecta Trioni, Gens effrena virum Riphæo tunditur Euro, Et pecudum fuluis velantur corpora setis. Annoso viuunt æuo. Domus iis nemora, luciq; & deorum cultus. Discordiam & omnem ægritudinem ignorant, viritim gregatimq; degentes. Satiati vita indulgent epulis & voluptatibus. Demum ex quadam rupe in mare desiliunt. Frugum primitias Delon mittebant Apollini. Viuunt annis mille, Iustitiam colunt, carnibus non vescuntur, sed arboreis tantum fructibus viuunt. De his Mantuanus in Brixia sic inquit. Rupis hyperboreæ trans alta cacumina fama est Esse locos, vbi sit vitæ tam inno

xius aer, Vt vix mortales post tēpora longa senectæ Mortem obeant, plerosq; etiam se mittere in vndas Præcipites, & sponte mori, longæua perosos Sæcula, pertæsos huius fastidia lucis. De hyperboreis abūde meminerūt Pomponius Mela lib.3. Plinius cap.12. libri.4. & Solinus.

¶Heruli populi nudi pugnabāt vereda corporis dūtaxat operientes, siue vt expeditius percuterent, siue vt illatum ab hoste vulnus viderent nihili facere. Author Paul° Diaconus de gestis Longobardorum.

¶Himantopodibus natura est serpendo ingredi.

¶Hiporeæ Aethiopiæ populi atri coloris tota corpora rubrica illinunt.

¶Hedui olim dicti sunt fratres Romani. Cor. Tacitus ait Heduos omnium primos senatorum in vrbe eius adeptos fuisse, datumq; id fœderi antiquo, quia soli Gallorum fraternitatis nomen cum populo Ro. vsurparent.

¶Hammonii populi Africæ dispersis tuguriis habitāt. Medium nemus pro arce habent, triplici muro circūdatum.

¶Hellusii & Oxiones Germaniæ populi erāt ore & vultu humano, reliquo corpore similes feris. Author Cor. Tacitus.

¶Hessenii populi in occidentali Iudeæ parte, viuunt sine fœmina, omni Venere abdicata, & sine pecunia. Tanta libertatis ducuntur auiditate, vt principem vnum solumq; fateantur deum. Speciem mortis nullam expauescunt. Cognatorum negligunt supplicia, Amicorum interitus non magnifaciunt. Animas putāt immortales, quas aiunt à corporibus absolutas tanquam è longa & graui seruitute læti tia perfundi maxima, & ferri sublimes, vltraq; Oceanum degere in locis peramenis, qui nulla infestantur intēperie.

¶Apud Hebræos lege cauebatur, ne hostem insepultum quidem relinquerent. Doctrina his fuit secretior, & quasi diuinitas quædam, vt Mosis volumina & prophetarum vaticinia docent.

¶Hirpiæ familiæ fuerunt in agro Phaliscorū, quæ annuo sacrificio, quod fiebat in Soracte monte, super ambustam ligni struem ambulantes non comburebantur.

¶Hispani quondam oblectabantur capillorum longitudine. Unde Martialis. Hispanis ego contumax capillis. Crinem sibi sine vllo artifice formosi quatiebant, non aliter quam iubam generosa animalia. Historici scribunt Hispanos inquieto esse ingenio, auidosq; in nouas res. Olim hostem adoriebantur punctim magisquam cęsim. Propterea gladiis vtebantur breuitate habilibus mucronatisq;. Ibant in bellum induti prætextis purpura tunicis, candore miro fulgētibus. Plutarchus in vita Fabii Maximi scribit Hispanos fuisse in exercitu Annibalis, eosq; homines esse leuissimo corpore, celeribus plantis, & aptissimos ad superanda montium cacumina. Nec mirum debet videri Hispanos fuisse in Annibalis exercitu. Prius enim quam in Italiam traiiceret, Hispaniam subegerat, & ex ea gente, atq; etiam Gallis exercitum auxerat.

¶Heptacometæ barbari sunt in Ponti regione, quorum nōnulli super arbores degunt, alii in turribus.

¶Hircani canes nutriunt, quibus obiiciunt mortuos. Vescuntur venatibus. Abundāt tigribus. Tegūtur feminibus. Pleriq; marinis muribus sustentantur.

¶Homolotti populi dissecto in minimas particulas boue fœdus iungunt.

¶Heniochi populi in Ponto gaudebant humanis carnibus.

¶Halizones Scythiæ populi vescuntur cepe, lente, allio, & milio.

¶Indi vxores plurimas habent. Apud eos lex est, vt vxor charissima cum defuncto marito cremetur cum vestimentis & pristino habitu, quod Propertius li. 3. laudat, his versibus. Felix Eois lex funeris vna maritis. Quos aurora suis rubra colorat equis. Namq; vbi mortifero iacta est fax vltima lecto, Vxorum fusis stat pia turba comis. Et certamen habent lethi, quæ viua sequatur Coniugium, pudor est non licuisse mori. Ardent victrices, & flammæ pectora præbent, Imponuntq; suis ora perusta viris. Vinum cōficiunt ex palmis, ex castaneis oleum. Arboribus suis vescuntur. Arundines habent amplitudinis arboreæ.

Hircani ... Indorum ...

Pane vtuntur hordeaceo, Corpora vsq; ad pedes Carbasis velant. Soleis pedes, capita lintheis vinciunt, lapilli ex auribus pendent. Brachia & lacertos auro colunt. Tela quæ sagittatores excutiunt, sunt fere trium cubitorum, ferriq; tanta vi, vt neq; clypeus, neq; thorax aut aliud pectoris munimentum queat obsistere. Ante expeditionem liberi patris, nullas habebant domos, nullas vrbes, nulla deorum immortalium templa, nullam sacrorum curam. Viuebant in plaustris. Tegebantur ferarum pellibus. Victi demum à libero patre ædificarunt vrbes. leges acceperūt, templa construxerunt, armis insueuerunt. Coluerunt Herculem Gygantis nomine. Iusticiam tanto obseruarunt cultu, vt exteras gentes nunquam appetiuerint bello. Defunctis sepulchra non erigunt. Expertes sunt seruitutis. Capillum curant. Mentum habent intonsum, reliqua facie depilata. Furti se alligasse, scelus apud eos nefarium. Litem raro norunt. Testibus non indigent, aut obsignatione vlla. Vinum nesciunt, præterquam rei diuinæ causa. Potus illis ex Oriza, ex hordeo fere cibus. Incolumitatem exercitio quærunt & perfrictiōibus. Strigiles ex hebeno corporum expolitioni adhibēt. Venerātur inter deos Iouem pluuiū, Gangem fluuium, indigetes genios. Si à rege abluantur capilli, festa dies agitur. Lunæ cursu tempora metiuntur. Totum iter odoribus complent, per quod rex transiturus est. Eius lecticam sequuntur armati corporisq; custodes. Apud eorum sapientes occupare fati diem pulchrum est, & viuos se cremari iubent. Expectatam mortem pro dedecore vitæ habent. Nec vllus corporibus honos redditur, quæ senectus soluit. Deos putant quicquid colere cœperunt, arbores maxime, quas violare capitale est. Rex vbi se publice visendum præbet, præcurrunt cum argenteis thuribulis ministri, qui vniuersum iter odoribus vaporāt. Ipse autem gestatur lectica, margaritis hinc inde propendentibus. Lucet amictus auro & purpura. Lecticam muniunt corporis custodes, circū pendentibus auiculis, quas ad hoc imbuunt. Regia fulcitur auratis columnis, quę nulla non hora patet volentibus. Vbi rex incumbit ornamen

to capitis, tunc admittuntur legationes, & redduntur populis iura. Si quando prodire velit in venationem, ferę leporariis inclusæ conficiuntur in conspectu meretricum. Si aliquanto longius eundum sit, meretrices ipsæ vectantur curru, quem ducunt elephantes. Impudicis & prostitutis mulieribus vti solent, dum volunt vacare genio. Itaque relictis domi vxoribus illas sibi asciscunt non prolis sed voluptatis gratia. Vxores vero adhibent in rebus honestis tantum, vbi scilicet, aut proli vacant, aut præter modum non lasciuiunt, ne nimio luxu corrumpant, quas esse pudicas volunt. Nec vnquam permittunt geniales illas & liberas voluptates coram vxoribus exerceri, quæ aliquam pudicitiæ iacturam afferre possunt. Vbi somni tempus accessit, regem vino grauem, dormientemq; cubiculo inferunt pellices, diis noctium & tenebrarum patrio ritu aduocatis cum cantu. Filii senio confectos parentes interficiūt, & eorum carnibus vescuntur, teste Herodoto. Matronæ celebres sunt pudicitia. Oblato tamen elephanti precio, pudicitiam amatoribus substernunt, nullo inde præfloratæ famæ dispendio. Virgines quum esse nubiles cœperūt, in publicum à parentibus producuntnr. Accurrente adolescentum multitudine datur illis optio deligendi sibi virum ex tota iuuenum turba. Fœnus ignorant. Maximum opinantur nefas vel iniuriam pati vel facere. Proinde nulla illis syngrapha, nullum depositum. Quum quis ægrotat, familiares illum interimunt, ac demum epulantur. Nullam animantem occidunt. Nihil serunt, herba victitant, domos parandas non putant. Coitus in propatulo est sicut pecorum. Ex Herodoto, & Cælio cap. 2. libri quinti.

¶ Iberi iacula ferebant, multis hamis ferreis conserta. Ferinis erant moribus. Neq; enim abnuebant ex lotio, quod intra cloacas diutius asseruatum esset, lauachra comparare; retrimentis deniq; contusis dentifricia sibi & coniugibus quærentes. Cubitabant humi. Res plurimas minimi faciebant, & auaritiæ studio semel tantum interdiu cibum capiebāt. Erant & Hydropotæ. Vestibus vtebantur preciosissimis. Mortuis tot erigebant obeliscos, quot hostes in-

teriſcerant illi dum viuerēt. Maleficiorum infamia labora runt. Seruos mactabāt, & inde concipiebant vaticinia. Mirandula in hymnis. Afflatos Lunę ſeruos mactabat Iberus; Captiui & iugulo fundebat carmina vates.

¶ Ionum mollicies quondam abiit in prouerbium. Primi vnguenti coronarumq́ꝫ in cōuiuiis dandarum & ſecundæ menſæ cōſuetudinem repererunt. Hinc Horatius. Motus doceri gaudet Ionicos Matura virgo.

¶ Apud Iudæos quinquageſimo quoqꝫ anno debitæ relaxabantur pecuniæ, donabātur'q́ꝫ ſerui libertate. Quę vilius vænisſent, redibāt ad poſſeſſores.

¶ Lotophagi populi Africæ veſcūtur fructu arboris, quæ dicitur lotos. Politianus in Nutricia. Nec faciles Ciconas, fortunatosq́ꝫ ciborū Lotophagos. Solebāt hi populi ſuos defunctos in mare abiicere, parum intereſſe aſſeuerantes, humo ne, an aqua, an igne diſſoluerentur.

¶ Leſtrigones humana carne veſcebātur.

¶ Virgilius lib. 9. de moribus Latinorꝫ ſic ait. Caniciē galea præmimus, ſemperq́ꝫ recētes Cōuectare iuuat prædas, & viuere rapto. Idem. Durum à ſtirpe genus, natos ad flumina primū Deferimus, ſæuoq́ꝫ gelu duramus & vndis.

¶ Leuci populi Galliæ Belgicæ & Remi fuerunt optimi iaculatores. Lucanus lib. 1. Optimus excuſſo, Leucus, Remusq́ꝫ lacerto.

¶ Lacedęmonii ſummi bellatores, nō cornuum tubarūve ſignis, ſed tibiarum modulis in pręliis vtebantur, nō vt excitarentur, aut euibrarentur animi, ſed contra vt moderatiores, modulatioresq́ꝫ fierent, nihil in principiis præliorū ad ſalutem virtutemq́ꝫ aptius rati q̄ ſi permulcti ſonis mitioribus non immodice ferocirent. Author Gellius. Hinc Cleomenes dicebat Homerum eſſe poetam Lacedæmoniorum, Heſiodum autem helotum & agricolarum, Illum enim quemadmodum bella ſunt gerēda, hunc autē qualiter agri ſint colēdi præcepiſſe. Plutarc. in Apophthegmā. Laconicis. Furādi vſum concedebant impune, non ob turpia lucra, neqꝫ ad ſumptum libidini præbendum, comparandam ve opulentiam, ſed pro exercitio diſciplinaq́ꝫ rei

bellicæ, quod & furãdi solertia & assuetudo acueret animos adolescẽtium, & ad insidiarum astus, & vigilãdi tolerantiam, & obrependi celeritatem, aptos procliuesq; redderet. Regibus suis augures dabant assessores. Ante belli cõgressum amori sacrificabãt, quod is vnus victoriam pariat. Lex erat, vt senes iam effœti qui desperabant prolem, eligerẽt aliquem ex adolescẽtibus, eumq; ad vxores suas admitterẽt, & natum inde partum vt suum & legitimum educarẽt. Gerebant in scutis suis Λ literam, insignioris notę gratia. Solebãt isup liberoꝝ suoꝝ indolẽ experiri publice verberibus admotis, illosq; hortari, vt flagelloꝝ ictus fortiter perferrent, item laceros ac semianimes rogare, vt vulnera præberent vulneribus. Vnde Cicero. Cretũ quidẽ leges inquit, itemq; Lycurgi, laboribus erudiũt iuuentutẽ, vt nando, currẽdo, esuriendo, sitiẽdo, algendo, æstuando. Spartæ pueri ad aram verberibus sic accipiũtur, vt plerisq; sanguis è visceribus exeat. Nonnunquam etiam quum ibi essem, audiebam ad necem, quorum non modo nemo exclamauit vnquam, sed ne ingemuit quidem. Literas modo pro necessitate discebant. Reliquarũ disciplinarum nihil omnino admittebant. Parebant honeste, labores constantissime tolerabant, pugnando vincere volebant aut interire. Furabantur impune ex cibariis, quicquid vellent. Sordidi tamen erant, & præparci omnes. Nam parua & precij prope nullius magnifaciebant & admirabantur, ardebantq; auiditate pecuniæ. Erant & inhospitales. Siquidem nõ omni tempore licebat peregrinis adire Spartam, sed præstitutis diebus. Quoscunq; plectendos censebant, noctu plectebant. author Herodotus. Præcones, tibicines, & coci in paterno succedebant artificio, & coquus ex coquo, tibicen ex tibicine, præco ex præcone gignebatur, omnesq; perseuerabant in paterno opere. Ex institutis Lycurgi sponsus noctu clam accedebat ad sponsam extincto lumine, & cum ea, quadam velut religione timidus coibat & verecundus. Antequam rex pugnam iniret, sacrificabat musis, quo & oratione & memoria inprimis digna promerent facinora. & eiusdem Lycurgi in-

ftitutis domi non cœnabant, sed omnes ad publicum acce debant conuiuium, licebat tamen domi cœnare, cum quis vel sacrificiis, aut venatione retardatus esset. Verum alios adesse oportebat, propterea Agis rex cũ debellatis Atheniensibus rediisset, velletq; apud vxorem cœnare, obsonium à tribunis militum exorare non potuit. Postridie vero cum sacrificium incœptum præ ira haud absoluisset, dicta est ei mulcta. ad ea conuiuia ibant pueri velut ad scholas pudicitiæ, & ad liberales præceptores. Neq; enim licebat cuiquam verbum vllum impudicum, aut castis moribus perniciosum dicere, sed tãtum iocari & comiter cauillari sine scurrilitate. Opulentus cum paupere vna ad cœnam ibat. Eum qui nimis aut biberet aut comederet, reliqui omnes obiurgabant vt intemperãtem. Vsi sunt & alia lege contra immodicos sumptus, vt quælibet domus culmen quidẽ securi, Ianuas vero serra dũtaxat & nullo alio instrumento eleboratas haberet. Virginum corpora cursibus & luctationibus iactibusq; discorum atq; iaculorum exercebant. Licebat probis viris qui fœcundã aliquam pudicamq; mulierem alteri nuptam admirarentur, marito illius suadere vt cum ea ipsi congrederentur tanquam in solo fertili bonos filios saturi atq; facturi. Propterea Geradas vetustissimus Spartiata dicebat neminem adulterum fieri spartæ. Partus nutriendi ius nõn erat genitori, sed eos in quendam locum deportabant, vnde prius non reducebantur, quam per ætatem adoleuissent. Adultos autem si robusti videbantur allegabant militiæ, sin ignaui ac deformes apparebant, demittebantur exponendi in locum præcipitem ac præruptum secus Taygetum, velut indigni vita. Mulieres non abluebant infantes aqua, sed vino. quo certius futuræ indolis periculum facerent. Aiunt enim infantes comitiali aut alicui alteri morbo obnoxios admoto mero debilitari. Eorum filii neq; emptitios neq; mercenarios habebant pædagogos. Et vt perferendis laboribus fierent exercitatiores, tondebantur vsq; ad cutem & discalceati incedebant, & frequentius ludebant nudi. Anno ætatis. 12. sine tunica degere incipiebant pallium ynum in

annum capientes. Neque balneis vtebantur, neque vnguentis prȩterquam paucis admodum anni diebus. Cubitabant in toris ex arundine constructis, quam ex ripis Eurotæ cõuehebant. Horum mores vbique obseruabant viri senio cõfecti, quorum virtus habebatur explorata. Quamuis autem furta impune iis concederentur, puniebantur tamen qui in ipso furto fuissent deprehensi, quasi inepte negligenterque furarentur. Propterea pueri ipsi caute adeo & attente furantur, vt Plutarch. scribit puerum quendam cum Leenæ catulum surripuisset pallioloque inuoluisset eius ventre vnguibus & dentibus à Leena matre discerpto omnia tegendi furti gratia tolerantem, obiisse. Puerorum amatores fiebant eorundem famæ iuxta ac infamiæ participes. Propterea cum puer aliquis vocem in pugna minus ingenuam emisisset, ferunt amatorem eius, à principibus mulctatum fuisse. Docebant etiam pueros vti ea oratione, quæ grauitatem haberet iucunditati permixtam, ac plurimum sententiæ breui sermone complecteretur. Comam ex pubertate nutriebant, & maxime in obeundis periculis operam dabãt, vt nitidis essent capillis, quoddam Lycurgi dictum celebrantes, Coma pulchros venustiores fieri, deformes vero ferociores. Turpe & minime generosum putabant hostes in bello persequi, & interficere, qui crederent & fugam molirentur. Occupabantur omnes circa venationes, circa gymnasia, circa publicos concessus atque colloquia, si quando ocium esset à bello. Iuniores ante. 30. annum nullo modo in forum descendebant. Nihil cum mortuis sepeliebant, sed condentes corpora puniceo amictu & oliuæ fronde circundabant. Mortuorum nomina non inscribebantur monumentis, nisi eorum, qui pro salute patriæ in bello periissent. Lugendi tempus præfiniebant dies vndecim. Duodecimo die, peracto Cereri sacrificio, ponebãt luctũ. Nullos permittebãt peregrinari aut vagari, ne alienos mores imbiberent, aut Rerum publi. differentiam adueherẽt. Inutiles & nullius frugis homines ex vrbe depellebant. Putabant & viuendum libenter & moriẽdum, modo vtrunque fieret cum virtute.

¶ Leprei populi deprehensos in adulterio per triduum vinctos circa ciuitatem ducebãt, mox toto vitæ tempore habebãt contemptibiles. Adulteræ vero mulieres diebus vndecim in foro stare discinctæ cogebantur, tunica perlucida circunuestitæ.

¶ Lacones breuissimi erant in sermone. Propterea vulgi verbum erat, facilius multo esse philosophari, quam Laconum sermonem imitari.

¶ Lucani erant admodum iusti, & hospitales. Apud eos lege fuit sancitum, ne quis post occasum solis inuertẽtem hospitem exigeret. Quod si fecisset, agebatur reus, eiq; dicebatur multa.

¶ Lusitani apti erant insidiis. Inspectis humanis extis futura coniectabant. Dextras captiuorum præcisas offerebant numinibus. Erant Hydropotæ. Mitrati pugnam inibant. Hircum habebant inter epularum delitias. Strabo libro tertio vbi de his abunde meminit.

¶ Lydorum mulieres passim substratæ amatoribus, hospitali benignitate eosdem plerũq; confouent, & pluribus afficiunt donis, quam ipsæ accipiant. Solos tamen cõdignos in fœdera turpitudinis admittunt. Priusquam coniugium inirent, seipsas prostituebãt. Si post cõiugium deliquissent, veniæ spes nulla.

¶ Lydi primi oĩum caupones fuerunt & institores. Aleæ lusum, tesserarum, & pilæ excogitauerunt. Mancipati fuerunt augutiis & diuinationum superstitionibus.

¶ Furaces erant, adeo vt nõ discederẽt nisi re aliqua prius sublata. Fuerunt insuper molles & libidinosi, adeo vt non tãtum noctu vacarẽt voluptati venereæ, verũetiam in meridie lasciuirẽt fœdum opus manibus peragẽtes.

¶ Lesbii fœdissimi fuerunt in Venereis, adeo vt ne capiti quidem parcerẽt. Quam fœditatem excogitarunt ipsi, & in muliere experti sunt primi. Vulgo quoq; male audierũt ob vanitatem. Lesbiari verbum est irrumare, libidinari, & lasciuire, quod turpitudinem fellationis & irrumationis, quæ per os agitur, primi inuenerint.

¶ Lybici quos in venatione vel pugna elephantes attri

uerint, magnifice sepeliunt & hymnos concinunt.
¶ Leontinos Siciliæ populos quum expugnasset Phalaris, ademptis armis ad compotationes & voluptates eos reiecit, ne rebellionem pararent. Hinc adagium, Semper Leontini iuxta pocula.
¶ Laciadæ seu Placiadæ populi Atticæ raphanos in eorũ pudenda membra impingebant, quos habebant adulterii compertos.
¶ Lyrcæ populi Scythiæ venatione victitant hoc modo. Conscēsis arboribus quas habēt frequētes, insidiātur feris. Singulis adest canis, & equus in ventrem cubare edoctus, humilius subsidēdi gratia. Vbi quis feram ab arbore vidit, sagitta percutit percussam si fugiat, conscenso equo persequitur comitante cane.
¶ Massagetæ Scythiæ populi quũ per deserta discurrunt, equorũ suorum sanguinem cum lacte bibunt. Claudianus lib. i. in Ruff. Et qui cornipedes in pocula vulnerat audax Massagetes. Seneca in Oedipo. Lactea Massagetes qui pocula sanguine miscet. Lucanus. Longaq; Sarmatici soluens ieiunia belli, Massagetes quo fugit equo, volucresq; Geloni. Senio confectos in frusta consecant. Statius libro primo. Achilleidos Lactea Massagetæ veluti qui pocula fuscāt Sanguine purpureo Qui intereunt morbo, feris obiiciuntur in prædā. Solem præcipue venerantur, cui equum immolant. Reliquos deos habent neglectui. Singulis sua sunt cōiugia, sed & cum alienis congressus, non tamen clandestini. Coeunt in propatulo. Morbo emori turpissimum putant. Clarent equestri & pedestri militia. Arma illis arcus, gladius, thorax, & securis ænea. Aureis cinguntur zonis, gladiis diademate cultis, habent & aurea equorum ornamenta. Argento carent, habent modicum ferri, quum cæteris metallis abundent. Insulares victitant radicibus herbarum, Indumenta faciunt ex arborum libris. Potum succo pomis expresso. Piscibus etiam aluntur. Tegumenta corporum è phocarum coriis sibi consuunt. Filii senio confectos parentes interficiunt. Quum afficiunt desiderio libidinis,

suspensa ad plaustrum pharetra palam cum mulieribus si ne pudore coeunt. Herodotus lib. 1. & Strabo lib. 11.

¶ Marsi populi, in Italia à Circes filio orti vim habuerũt naturalem contra serpentes & venena, adeo vt eorum saliua ictæ serpentes vt feruentis aquæ contactu fugiant. Gellius cap. 11. lib. 16. Gens inquit. in Italia Marsorum orta fertur esse à Circes filio Marso. Propterea Marsis hominibus vi quadam genitali datum, vt serpentium virulentorum domitores sint, & incantationibus herbarumq́ succis faciant medelarum miracula. Vnde Syllius Italicus lib. 8. Hæ bellare acies norant, ac Marsica pubes. Et bellare manu, & chelydris cantare soporem, Vipereumq́ herbis hebetare, & carmine dentem Acetæ prolem agnitiam mala gramina primam Monstrauisse ferunt, tactuq́ domare venena, Et Lunam excussisse polo, stridoribus amnes Frenantem, ac syluis montem vndasse vocatis.

¶ Mandi Indorum locustis viuunt. Trecentos habent vicos, Quadragenos non excedunt annos. Eorum fœminæ semel tantum pariunt.

¶ Meliſmini Aethiopiæ viuunt lacte Cynocephalorum, quorum armenta pascunt, maribus interemptis nisi sobolis causa.

¶ Myconii liguritores fuerunt & alienæ appetentes mensæ. Hinc adagium: Myconius vicinus, in eum qui non vocatus ad conuiuium accedit.

¶ Mosini populi Asiæ Septentrionẽ versus turres ligneas subeũt. Notis corpus omne persignãt. In propatulo vescũtur. Promiscue Venerem exercent. Palam reges deligunt, vinculisq́ & arctissima tenẽt custodia.

¶ Massylli populi Libyæ equos habent, quos virga non freno gubernant. Martialis. Et Massylæum virga gubernet equum. Lucanus lib. 4. Et gens quæ nudo residẽs Massylia dorso, Ora leui flectit, frenorum nescia virga. Massylienses luxu perditi muliebrem in modum ornabãtur comis vnguento delibutis, capillisq́ religatis. Mulieres tamen erant Hydropotæ, vt in Mileto factum est, & quondam apud Romanos.

¶ Molossi populi Epiri optimos habēt canes venaticos. Martialis li. 12. Rhetia dum cessant, latratoresq; Molossi.
¶ Mazax populus prope Nasamones peritissimus est iaculādi. Lucanus lib. 4. Aequaturusq; sagittas Mœdorum, tremulum quod torsit missile Mazax. Claudianus. Pauidus proiecit missile Mazax.
¶ Magnetes populi Thessaliæ optimi sunt equorum domitores. Lucanus. Et Magnetes equis, Minæ gens cognita remis.
¶ Mardi Persarum populi specus in montibus fodiunt, in quos se, coniuges, ac liberos condunt. Pecorum & ferarū carne vescūtur, Ne fœminis quidem pro naturæ habitu molliora sunt īgenia. Comæ prominēt hirtæ. Vestis est sup genua. Funda vinciūt frontem. Hoc & ornamentum capitis & telum est. Fuit hæc gens cultu vitæ aspera, & latrociniis assueta.
¶ Macedonibus nullum fuit tam solēne militiæ munus, quam suos sepelire. Eorum regibus lege cautum est, ne victis hostibus tropheum erigerēt. Lege cauebant eos capistro cingi, qui nullum hostem interfecissent.
¶ Mysi deorum cultui adeo mancipati fuerunt, vt esitātes animalibus abstinerēt. Viuebāt melle, lacte & caseo, authore Strabone. Mysorum populus vsq; adeo fuit vilis & cōtemptus, vt sequēti prouerbio locum fecerit. Mysorū postremus. Finitimorum postea incursatiōibus male vexabātur. Hinc etiam orta parœmia, Mysorum præda, de his, q impune à quibuslibet læduntur ac diripiūtur.
¶ Mauri pastoraliter viuunt, comæ cincinis exornātur & barba, & tersura dētium, & vnguium cultu raro. De his Herodia. Mauri (inquit) genus hoīum suapte natura cędis auidissimum, nihilq; nō facile audēs, ac desperatis simile, cōtemptu videlicet mortis ac periculorum.
¶ Medis operimēta corporum sunt Tyara, Cittaris, pileus, manicatæ tunicæ, anaxyrides & stola. Clarēt equitādi solertia. Sagittas docte excutiunt. Reges adorāt. Regiū est vxores multas sibi quętere. Mulieribus decorum viros habuisse complures. Paucitas deformat, & infelicitatis ge

nus putatur, si quaternarium nō excesserint. Qui ad Aquilonem vergunt, ex frugiferis arboribus alimenta sibi conquirunt, ex tostis amygdalis panem cōficiētes. Poma persiccant teruntq́ʒ, inde conglobant in massas. Vino vtuntur, quod ex certo radicum genere cōficiunt. Vescuntur & ferarum carnibus, nam mitia pecora negligunt.

ℭ Mosynœci populi e lignis desiliunt in peregrinos assultatione sanguinaria.

ℭ Messenii M. literæ nota se cognobiles præbebāt. Lacedæmonii Messenios quod iterum & iterum desciuissent, in seruitutem redegerunt, eosq́ʒ durius etiam quā reliquos seruos tractarunt, ne denuo res nouas molirent. Hinc adagium. Seruilior Messena.

ℭ Macæ summa capitis curiosius deradunt, relictis in medio capillis, quos succrescētes eadem cura detondent.

ℭ Machlyes populi Africæ comam ī occipitio cōnutriūt, capillosq́ʒ decutiūt in sinistra parte. Minio linūt corpora, seq́ʒ à Troianis prognatos fabulātur.

ℭ Olim Megarēses male audierūt tanq̄ fraudulēti ac ficti, quod aliud sentirēt, aliud loquerentur.

ℭ Melāchleni populi in Scythia nigris ītegūtur vestibus. Ab esu humanæ carnis nō abstinent.

ℭ Mendesii populi Aegypti capras & hircos venerātur, & caprarios præcipuo afficiunt honore.

ℭ Monomeri populi sunt septentrionales singulis cruribus saltuatim currentes, viuacissimæ pernicitatis. Author Gellius.

ℭ Numydę seu Nomades mapalia sua plaustris circūferūt. Propterea vagi vocātur à Lucano lib. 4. Alueos nauium inuersos etiam habuerunt pro tuguriis. Apud eos medius locus erat honoris locus, authore Sallustio. Lacte, ferina carne, & elephantis vescūtur. Viuūt ī tabernaculis. Omnis eorum vita occupatur in pascēdis gregibus. Equos regūt nō freno, sed virga. Vnde Virg. infrenos vocat Numydas. Syllius. Hic passim exultant Numydæ, gens inscia freni. Quis inter geminas per ludum mobilis aures, Quadrupedem flectit non cedens virga lupatis. Vxoribus perinde ac

feruis vtūtur. Nullas certas habent sedes. Vetus fuit Numydarum consuetudo, vt in bellicis conflictibus plerūq; cederent,& fugam mentirentur, mox vbi opportuna tulisset occasio,in hostem se conuerterent,rursusq; maiore impetu quàm prius inuaderent, authore Plutarcho in Annibale. Feruntur esse acutissimo ingenio, & singulari quadam prudentia ad cognoscendam veritatem, falsitatemq; refellendam.

℄Nigroæ regem habent monoculum.

℄Norici populi sunt iuxta Pānoniam ferro nobiles. Martialis. Grato nō pudeat referre versu Sæuo Bilbilin optimam metallo,Quæ vincit Chalybasq;,Noricosq;, Et ferro Plateam suo sonantem.

℄Neruii Galliæ populi vergentes in occidentem Belgas quondam increpabant, quod se populo Ro. dedidissent. Vnde à Lucano dictum est. Multumq; rebellis Neruius, & cæsi pollutus sanguine Cottæ.

℄Nasamones populi Africę naues Syrtibus illisas spoliāt. Lucanus. Quas Nasamon gens dura legit qui pxima ponto Nudus rura tenet,quē mūdi barbara damnis Syrtis alit, nam littoreis populator arenis Imminet, & nullos portus tangēte carina Nouit opes, sic cum toto cōmercia mūdo Naufragiis Nasamones habēt. Et Mantuanus lib. 1. de Cala. Vt genus effrenum Nasamon,qui versus in austros Naufragiis victum quærēs, gaudere procellis Turbinibusq; solet,fusasq; per æquora merces Colligit, & Nautas ad punica littora pulsos Auxilium simulās violat. Nasamonū singulis adsunt vxores plures, cum quibus palam cōgrediūtur præfēto baculo. Nuptiali cœna discūbētium singulos adit noua nupta veneris gratia. Cōgrediūtur illi domo allatum donū cōtribuentes. Ad maioꝝ monumēta, futurorum sciētiam aucupātur incubātes manibus. Fidei sanctio maxima,idem sibi propinasse poculū. Sedētis habitu mortuos astituūt,idipsum inter moriēdū attendētes, vt sedētes expirēt. In diuinationibus sua sequūtur somnia. In præstāda fide de manu alterius vterq; sumpto poculo bibit. Quòd si defuerit humor,collectum è terra cinerem lingunt.

¶Nabathæi dediti sunt cumulandis diuitiis. Apud eos mulcta dicitur publice iis, qui rē aliquo modo imminuerint. Crescētibus opibus augetur honos. Rara inibi seruitia. Ministris vtūtur plurimum cognatis, vel sibi vnusquisq; minister est. In cōuiuiis plura duodenis exsiccasse pocula ignominiosum est. Rex quādoq; sibi & aliis ministrat. Vrbes habent nullis clausas mœnibus. Vtuntur camelis equorum vice. Perfuncta fato corpora habent stercoris loco. Regis cadauer in sterquilinium deiicitur. Sol illis sacratissimum numen.

¶Ophiogenes populi sunt in Hellespōto, qui serpentum ictus cōtactu leuant, & manu imposita venena extrahunt corporibus. Plinius cap. 2. libri 7.

¶Pelusiotæ non comedunt cæpe. Capillum tondent senescente Luna.

¶Pyratæ Cilices oli vivebāt furto, & marinis latrociniis.

¶Phœnices magnam meruerūt laudē in inuētione syderum, literarum, naualiumq; ac bellicarum artium.

¶Pamphagi omnia mandunt.

¶Psylli populi sunt Africæ, quorum corpori ingenitum fuit virus exitiale serpentibus, ex cuius odore sopirēt eas. author Plinius cap. 1. libri septimi. Vnde Lucanus lib. 9. Gens vnica terras Incolit, à sæuo serpētum innoxia morsu Marmaridę Psylli, par lingua potētibus herbis. Ipse cruor tutus, nullumq; admittere virus. Vel cantu cessante potest, natura locorum Iussit, vt imunes mixti serpētibus essent, Profuit in mediis sedem posuisse venenis, Pax illis cū morte data est. Plutarchus scribit Catonem per deserta Libyes iter facientem Psyllos secum duxisse, qui morsibus serpētū mederētur, partim ore trahētes venenum, partim serpētes ipsos cantibus mitigātes. Augustus Cæsar vbi intellexit Cleopatram, quam seruatam triumpho magnopere cupiebat, aspidis morsu periisse, Psyllos admouit, qui venenum ac virus exugerēt, authore Trāquillo. Quodam tempore quum in Psyllorum finibus Auster perquam validus & diuturnus flauisset, eoq; flatu vniuersa eorum aqua exaruisset, dolore moti cōstituerūt vlcisci iniuriam illam.

Propterea cōmuni edicto omnes sumptis armis in austrū perinde quasi hostem iure belli profecti sunt. Atq; ita profectis ventus magno spiritus agmine venit obuiam & vniuersos cum omnibus copiis, armisq;, cumulis arenarum & montibus operuit. Eaq; ruina omnes ad vnum perierunt. Author Herodotus lib. 4.

¶Pygmæi sunt cubitales. Infestantur à gruibus. Insidētes arietum caprarumq; dorsis & sagittis armati, veris tempore vniuerso agmine ad mare descendunt, & oua pullosq; earum alitum consumunt. Ternis mensibus eam conficiūt expeditionem, aliter futuris gregibus nō resisterent. Casas luto, pennisq; & ouorum putaminibus construunt. Nonnulli in cauernis degunt. Horum omnium longissimi, nō longiores sunt, quam pedes duos & quadrantem.

¶Pandoræ Indorū populi degunt in conuallibus. Viuunt annos ducentos. In iuuenta candido sunt capillo, qui in senectute nigrescit.

¶Parthi & Persæ vnguentis madent. Vinum conficiunt ex palmis. Gloriam in bibendo quærunt, & quanto plus bibunt, tanto magis sitiunt. Dediti sunt crapulis, vescūtur cicadis. Fœtido sunt halitu propter indiscretos cibos & nimium vini haustum. Quandocūq; rex ad eos proficiscit, vnusquisq; pro facultate salutatum & cum muneribus. Reclinatis poplitibus regum pedes osculantur. Cōmiscebantur suis matribus authore Tertulliano. Nam & parentibus cū liberis stupro coire fas est. Rex latet semper sub specie cuiusdam maiestatis. Multas habet vxores, quibus alterna tim concumbit. Currum eius affectantur armatorum decē millia hastis argento coruscantibus, spiculis auro præfixis. Regii currus latera ornantur deorum simulachris. Iugum collucet gemmis. Eorum magi nihil præter olera & farinā in cibum recipiunt. Herodotus ait Persas à græcis didicisse pueris abuti. His quandoq; imperauit Gallus, qui propterea vocatur auis Persica. Furta impune permittūt. Vino hilares de dubiis rebus consultant. Statuas non erigunt, nō templa construunt, non aras, licet regem instar numinis venerentur. Conscensis montibus Ioui hostias immolant.

O

Rem quoq; diuinā faciunt Soli, Lunę, Telluri, Igni, Aquę & ventis. Nefas & maximum ducunt probrū, aut vomuisse, aut egessisse corporis excrementa aliquo spectante. Liberorum disciplina ternario perficitur numero, vt equos agitent perite, sagittas doctius excutiant, & vera loquant. Valerius Maxi. ait lib. 1. Non admitti ante septēnium, Ante quinquenium aut quadriēnium filius nō admittitur in cōspectū parentis, vt si in ipsa infantia contingat puerū perire, patet minus afficiat. Inhonestum est referre, quæ factu sunt turpia. Turpe quoq; quicquam cuiquā debere. Item in flumen vrinam profudisse aut spuisse, vel omnino manus abluisse, piaculum opinantur. Fluuios enim colūt religiosissime. Natalitiam cœnam quotānis rex apponit. Eidē singulis annis ebrietas semel pmittitur. Quum mitræ deo diuina res peragitur, saltat etiamnum. Equitare insuper & saltare discunt, existimantes illum corporis motum robori plurimum cōferre. Non prius potui & propinationibus indulgent, quā se expleuerint cibo. Homines amant adunco naso, φ eiusmodi fuisse Cyrum regem pdant annales. Vbi licentius volunt indulgere conuiuiis, non vxores, verum pellices admittūt. Cum regibus legitimæ mulieres ad mensam accumbūt, & vna comessantur. At quum lasciuire volunt, meretriculas adhibent. Qui regis filius regno succedit, eius natalem quicūq; in regno sunt, celebrant, simulq; in posterum quotannis eandem lucē sacris & festis vniuersa Asia prosequitur. Omnes fere sunt subnigri, vel liuido colore pallentes, caprinis oculis torui, & superciliis repandis, non indecoris barbis, Capillisq; plixis hirsuti. Omnes promiscue vel inter epulas festosq; dies gladiis cincti cernuntur. Pro opibus quisq; asciscit sibi matrimonia plura vel pauca. Nemo post satietatem superfluos accipit cibos. Abundant inanibus verbis, magnidici, graues & tetri. minaces iuxta in aduersis rebus & prosperis, callidi, superbi, crudeles, vitæ necisq; potestatē in seruos & plebeios vendicantes. Cutes viuis hoībus detrahunt. Nec ministranti apud eos famulo hiscere licet, vel loqui, vel spuere. Ingratos ante oīa seuerissime puniunt. Ad iudicādum, vsu rerū

spectati, & alienis nõ indigentes cõsiliis, destinãtur. Vtũtur armillis & monilibus aureis & gemmis, præcipue margaritis. Fœminarum mira pulchritudo. Nihil apud eos pingitur vel fingitur præter varias cædes & bella. Liberos instituunt, vt nõ nisi vera loquãtur, & à mendacio abstineãt. Mentiri turpissimum putant. Regi non licet quẽpiam interficere. Ab infantia vtuntur pileis & tyaris. Vnde & fragilia habent capita. Corruptissimi fuerunt luxu & delitiis. Vnde Horatius. Persicos odi puer apparatus. Et Claudianus in Eutropiũ Arsacio postq̃ se regia factu Sustulit, & nostros corrupit Parthia mores. Argute deprehendunt oẽs loquendi strophos, dictisq; breuissimis colloquentes reuincunt. Disputatores sunt maximi. Quæq; ab aduersariis implicantur argumenta, citra moram, atq; difficultatẽ dissoluunt. Prouerbiis vtuntur sapientia plenis, altissimisq; ænigmatis, natura dũtaxat magistra vtentes. Qui plura de Parthis scire volet petat Herodotum. Cælium Cap. 2. libri quinti, & Marcellinum sub finem vigesimi tertii.

¶ Pictones vberrimos calce agros quondam facere, authore Plinio.

¶ Paramedesidę agreste hoĩum genus Bactrianis ad occidentem coniuncti sunt. Tuguria latere primo struunt, in montibus foramine superne relicto, vnde lumen accipiũt. Altis præmuniuntur niuibus.

¶ Pharisæi deliciis & molliciei minime ĩdulgebãt. Prosequebant qđ dictabat ratio Maiores natu venerabant, vt ne verbo qdẽ lęsos vellent. Fato geri oĩa credebãt. Neq; tñ liberi arbitrii potestatẽ auferebãt. Iudiciũ dei futurũ sentiebant, nã & aĩas fatebant imortales. Bonas aiebant migrare in aliena corpora, malas trãsmitti ad ęterna supplicia. Tantã suę virtutis cõcitarũt opinionẽ, vt numerosi populi multitudo ad eos vidẽdos cõflueret. Dicti sunt Pharisęi ab instituto vitę, qđ à cęteris abiuncti purissime viuerẽt. Nã Phares Hebręorũ idiomate iterptat segregatio. Quiescebãt in angustiis tabulis, aut ẽt spinis vel lapidibus ad cõprimẽdas corporis titillatiões. Decalogũ scribebãt in mẽbranulis, legebantq; in fronte. Hęc Cęlius ex Philonis cõmentariis.

¶Phaselitæ populi in Pamphilia pisciculos salsos diis immolabāt, & Cabro deo salsamentis rem peragebāt diuinā.
¶Pariani populi in Hellesponto amorem inter deos venerantur.
¶Pedalii indorum populi nihil in sacrificiis aliud à diis petebāt, q̄ iusticiam: arbitrati se omnium rerum compotes futuros, si eam consequerentur.
¶Pannonii feroces fuerunt & idonei bello. Ausonius. Ar miseris alui quos ego Pannoniis. Et alibi. Saluere Augustum iubeo, natumq́; patrem, Imperiis grauidas qua seco Pannonias. Mira fuit eius gentis in victu lauticia. Omnes cuiusq; ætatis culinariam norunt artem. Auidissimi erant audiendi, studendi non ita. Vestium in patria neglectus. Alibi non ita erant negligentes.
¶Pontici populi aduersus frigoris iniuriam braccis vtebant. Ouidius. Pellibus & laxis arcet mala frigora braccis.
¶Phigalei qui Messeniis adiacent, vino adeo gaudent, vt non alibi quam in cauponis habitent hospitibus domos reliquentes cum vxoribus. Hostilis tubę ne in somno quidem sonum perferunt.
¶Phalisci pp̄li publico doctore instar Græcorū vtebant. Volebant enim ab ipsa adolescentia filios vnà erudiri, atq; congregari. Quod notum est ex historia cuiusdam Ludi magistri, qui Phalasicorum pueros Camillo eorum vrbē obsidenti voluit prodere.
¶Romæ in publicum egredi togatæ cogebātur mœchæ. Romanis mos erat in magnis publicisq; calamitatibus vestem mutare ad mœroris signum & argumentum. Quod factum est quum M. Manlius Capitolinus, qui Gallos Capitolium aggredientes primus ex arce expulit, detrusus est in carcerem à Quinto Capitolino dictatore. Hunc etiam modum Athenienses videntur obseruasse. Aiunt enim Periclem gloriari solitum, quod propter se nemo Atheniēsis nigram induisset vestem.
¶Rhodienses sacrificium quoddam peragebant, vbi res iurgiis & verbis male ominatis peragebat. Quum Dianæ lydiæ sacrificabant, dies aliquot apud arām deæ conuiuia

prorogabant,atq; inibi ppetuo manebant. Apud Rhodios sextodecimo Calendas nouembris mactabatur homo in honorem Saturni. Quendam enim ex his qui publica sententia damnati essent,ad capitale supplicium ad vsq; Saturnalia viuum asseruabant. Author Theodoritus Cyrensis. Stratonicus Rhodiensium Luxuriam taxauit, quum diceret eos ædificare tanquam immortales, obseruare tanquã breui tempore victuros.

℄ Rhegini ignaui fuerunt in rebus bellicis animiq; præpauidi. Hinc adagium. Rheginis timidior.

℄ Seres populi orietales ex suis arboribus depectũt lanas tenuissimas, quas Bombyces vermiculi aranearum instar conficiunt ex tenuissimis filis. Virgilius libro secũdo Geor. Velleraq; vt foliis depectant tenuia Seres. Ausonius. Iam pelago volitat mercator vestifluus Ser. Seneca. Quę phœbæis subditus Euris Legit Eois Ser arboribus. Idẽ. Et quocũq; loco iacẽt Seres vellere nobiles. Iustissimi sunt,& ducentesimum vitæ annum excedũt,authore Strabone. Rutilas habent comas,oculos cæruleos. Frugalissimi sunt & pacatioris vitæ cultores, vitantes reliquorum mortalium cœtus. Aduenis illuc euntibus ad emẽda fila nulla sermonum vice,rerum precia solis proponunt oculis. Nihil ipsi comparant aduecticium. De his Martianus Capella. Seres inquit,vndis aspergunt arbores suas vt lanugo quæ Sericum creat,possit admitti. Aliarum gentium homines aspernantur ac refugiunt. De his abunde meminerunt Plinius Cap. 17. libri sexti, Aristoteles Cap. 19. libri quinti de naturis Animalium,& Marcellinus circa finem. 23.

℄ Scythæ populi domos habent volubiles in plaustris. Horatius lib. 3. Car. Campestres melius Scythæ, Quorum plaustra vagas rite trahunt domos Viuunt, Vnde & Lucanus eos errantes vocat lib. 3. vbi ait. Tinxere sagittas Errantes Scythiæ populi. Duodenos dies durant in fame & siti virtute cuiusdam herbæ, quæ vocatur Spartania. Strepunt equitatus gloria. Quum vident se magnopere indulsisse potui,arcuum chordas pulsare consueuerunt, vt dissolutũ voluptatibus animum ad pristinam cõtinentiam reuocẽt.

Plutarcho teste in Demetrio. Vescũtur humanis carnibus. Hospites immolant, & interfectorum caluarias habēt pro pateris. Vtuntur acie cuneata. Albi sunt & animosi propter frigidissimam regionē, quam inhabitant. Solent inter epulas honoris causa mortuos vorare. Sagittarum aciem tingunt viperina sanie & humano sanguine ad irremediabile nocumētum. Captas aũt viperas vbi iam perierunt, diebus aliquot siniũt liquescere. Mox vbi satis computruerunt, in ollam, sanguinem hoīs vnius totũ infundunt, adobruũtq; sterquilinio vase diligēter obturato. Vbi vero sanguis ipse contabuit, eximunt, & saniei viperinæ cōmiscent. Scythotauri furtorum licentia victum solent sibi cōparare. Aduenas cædunt hostiarum loco. Scytharum plerisq; cōmunia sunt oīa prẹter ensem & cyathũ. Vxores item & liberi sunt inter promiscua. Simplicissimi fuerunt olim & æquitatis obseruantissimi. Eo demum improbitatis peruaserunt, vt cunctis ad quos accederent, nares prẹciderēt. Iracũdi sunt. Peculiare est iis & Sarmatis, manibus defuncti viri vxores interficere. Pabulo & pecori non aruo student. Tympana ex corio curribus suis alligant hyemi & imbribus defendē dis. Amiciuntur ferarum pellibus. Furta maxime execrant, vt qui cōmunia habeant oīa, & imunita. Ebrietas plus nimio frequens est. Hinc Scythissare verbum est inebriari. In solēnibus conuiuiis circũfertur ingens patera, quã nulli accipiunt, nisi qui ex hostibus aliquot interfecerũt. Nullas habent vrbes, nulla mœnia extructa. Domos secum ferũt singuli. Viuunt ex pecoribus. Simulachra, aras, & delubra nō putant facieda, prẹterq̃ Marti. Inopes sunt lignorũ. Propterea quum pecudes excoriãt, ossa quoq; carnibus denudant, & succēsis ossibus carnes coquunt. Sues nolũt alere. In bello quem primum virũ ceperint, eius sanguinē potãt. Quoscũq; in prælio interemerint, regi offerunt, Ablato enim capite fiunt participes prædæ, quam arripuerint. Hostium homicidas in magno habent honore. Qui nihil prẹclari operis ediderunt, afficiuntur probro. Abundant vaticinatoribus, qui cum virgis diuinant. Quum rex aliquos afficit morte, omnes simul liberos interficit illæsis fœmi-

nis. In faciendis fœderibus vinum sanguine mixtum epotant. Regi nullus vænalicius ministrat. Eo mortuo quinquaginta ministrorum eius strangulantur, ac totidem præstantissimi equi. Feruntur Scythæ seruorum in dominos armatorum furorem & exercitum præmonstratis flagellis olim coercuisse, ipsosq; meticulosos vertisse in fugam, author apud Iustinum Trogus. Cuius etiam historiæ meminit Claudianus in Eutropium libro primo dicēs. Vt Scytha post multos rediens exercitus annos Quum sibi seruilis pro finibus obuia pubes Iret, & arceret dominos tellure reuersos, Armatam ostensis aciem fugere flagellis, Notus ab ineptis ignobile reppulit horror Vulgus & addictus sub verbere torpuit ensis.

¶Sauromatæ seu Sarmatæ qui sunt inter Boristhenem & Istrum, vagi sunt, & mutant domicilia. Statius li. 5. Sylua. An iuga Pannoniæ, mutatoresq; domorum Sauromatas quaties? Sanguinem equinum permixto potāt lacte. Vnde Martialis lib. 1. Venit & epoto Sarmata pastus equo. Tanta sunt barbarie, vt pacem non intelligant. Promissa sunt barba, & longis capillis. Propterea vocātur intonsi. Seneca. Intonsis teritur qua via Sarmatis. Inepti sunt ad pedestrem pugnam. Authore Cor. Tacito.

¶Sicambri Germaniæ populi ad vtramq; Rheni ripam habitantes, flauos habēt capillos, quos vbi satis creuerīt, quodam artificio in nodum complicant. Martialis lib. 1. Crinibus in nodum tortis venere Sicambri. Claudianus. Flauam sparsere Sicambri Cæsariem. Idem. Illinc flauente Sicambri Cæsarie, nigris hinc Mauri crinibus irent. Idem. Agmina quinetiam flauis obiecta Sicambris.

¶Siculi pollēt acumine & vafricia. Propterea Maternus eos acutos vocat, & Apuleius lib. 11. Trilingues. Vnde Sicissilitare verbum Plautinum, est astute loqui. Siculi Hieronis tempore, exotino milite plerūq; vtebantur.

¶Satyri nihil habent moris humani præter figuram. Hirti sunt & villosi toto corpore, gaudentq; syluarū latebris, & hominum commercia refugiunt.

¶Suani gentes indomitæ auri tantum metalla fodiunt.

¶ Sabæi ditissimi sunt syluarum fertilitate odorifera, auri metallis, agrorum rigui mellis, cæræq; prouentu. Corpora defunctorum non pluris faciunt q̄ stercora. Quinetiam reges ipsos inter sterquilinia reiiciunt.

¶ Sorbotæ populi Aethiopiæ ex Africæ parte dicuntur esse octonum cubitorum.

¶ Sciopodes in maximo æstu humi iacentes resupini, vmbra pedum se protegunt.

¶ Soritæ Indorum piscibus viuunt, quos vnguibus dissectos sole torrent, & ita panem iis faciunt.

¶ Sybaritæ populi Calabriæ deliciis & voluptatibus adeo indulserunt, vt luxuriosa omnia dicerent Sybaritica. Hinc Sybariticus luxus, & Sybaritici libelli id est impudici. Cōuiuia celebraturi anno prius per vocatores, fœminas inuitabant, quo luxu roseis gemmis, auro, vnguentis, & vestibus exquisiti impendii cultæ omniū ora in se conuerterēt. Erant & fastu præturgidi. Hinc adagium. Sybaritæ per plateas. Artes quæ sono constant, à ciuitate reiiciebāt, ne qua ratione interpellaretur quies. Quin Gallos quoq; in vrbe nutriri nolebant. Habebant in deliciis exiguæ staturę homūculos & catellos. Diuites si qū rusticatum ire vellent, curru vehebantur adeo lente, vt diurnum iter tribus vix diebus conficerent.

¶ Sardi seu Sardiani vęnales olim pronunciabantur, quū qs ludos ederet in capitolio. Hinc adagiū. Sardus vęnalis.

¶ Solebant sueui Germaniæ populi obliquare crinem, nodoq; substringere. Principes habebāt ornatiorē capillum, q̄ plebeii. Quosdam eorū mores describit Pontanus lib. 5. de stellis dicens. Heluetii, Vsipetesq;, atq; effera corda sueui, Quis vnum prædæ studium, ac durare sub ipsis Corpora fluminibus, teloq; assuescere dextram. Non vrbis, nō cura domus, agrive colendi. Venatu ducunt vitam, atq; è lacte liquente, Et quod Marte sibi spoliato ex hoste parārint. Bella placent, fusus q; hostili è corpore sanguis.

¶ Sarbacæ Indorum regebantur populi non regum imperio. Author Curtius.

¶ Saducei dicebant mortalem esse animam, simulq; cum

corporibus interire. Fatum negabant. Deum constituebāt extra omnem mali patrationem inspectionemq́;. Apud Indos duo erant gymnosophistarum genera Samarei & Brachmanes. Samarei pomis, oryza, aut farina tantū alebantur. Rex eos colebat vt deos, illorum precibus pacem regno conciliari existimans. Existimabant animam esse in seruitute, quādiu concludebatur corpore. Liberam vero vbi separata esset. Propterea voluntariam plerīq; mortem oppetebant. Hos domestici beatos existimabant. Eos vero, qui superessent, deflebant, vt infelices.

¶ Syri leues sunt, & rebus nouandis magnopere procliues. Ludis præterea celebritatibusq́; dediti. Perunguntur oleo precioso, & linuntur vnguētis. Maximam diei partē in concœnatiōibus absumūt & potu. Masculi a.14. anno, Fœminæ a.12. vsq; ad.65. tributo obligātur. Fortunam colunt. Proni sunt in cachinos & scōmata. Diuino cultui satis dediti. Vnde Statius li.1. Sylu. Quod ramis pia germinat Damascus. Operosissimi sunt in hortis. Hinc adagiū. Multa Syrorum olera. Nec caruerunt mollicie notā. Hinc Syrissare verbum est molliter viuere.

¶ Sogdii populi prope Bactrianos læti ad mortem festinant, alacri etiam corporis motu.

¶ Sabinorum sacerdotes æneo cultro tonderi solebant. Idem Sabini (vt est apud Plutarchum in Numa Pōpilio) Lacedæmoniorum coloniam se fuisse volunt.

¶ Apud Sardoos parentes senio cōfecti fustibus cædebantur à filiis, & mox contumulabantur. Turpe siquidem putabant multo senio cōfectum superesse diutius. Magistratibus cogebantur ratiocinari, vnde viuerent.

¶ Herodotus ait Selenetidas mulieres ouā parere, indeq; nascentes hoīes, quinquēnes decies esse nobis ampliores.

¶ Aetate beati Hieronymi Scoti vescebanť humanis carnibus. Et quum per syluas porcorum greges & armentorū reperirent, tamen pastorum nates & fœminarum papillas solebant abscindere, & has solas ciborum delicias arbitrari. Idem nullam propriam habebant coniugem, sed pro libidine more pecudum lasciuiebant.

❡Sarabaytæ sacerdotes Aegypti habitabant in foraminibus petrarum, induti porcorum & boum pellibus, cincti funibus, discalceati, & sanguine cruentati. Cauernis demũ exeuntes paupertatem & abstinentiam prædicabant, & barbam spectante populo sibi peruellebant, nummisq; tali astu & commento adeptis, remeabant in suas speluncas, & in summa lætitia furtim dapibus epulabantur.

❡Syracusani olim erant opibus florentissimi, voluptatibusq; ac deliciis addictissimi. Vnde & Syracusana mensa transiit in prouerbium.

❡Sarracenorum mores sic describit Ammianus Marcellinus. Omnes inquit pari sorte sunt bellatores seminudi, coloratis sagulis pube tenus amicti, equorũ adiumento pernicium graciliumq; camelorum per diuersa reptantes in tranquillis vel turbidis rebus. Nec eorum quisq; stilam apprehendit, vel arborem colit, aut arua subigendo quęritat victum, sed errant semper sine lare, sine sedibus fixis, aut legibus. Vita est illis semper in fuga, vxoresq; mercenariæ, cõductæ ad tempus ex pacto. Atq; vt si species matrimonii, dotis nomine futura coniunx hastam & tabernaculum offert marito. Ita autem quoad vixerint, late vagãtur, vt alio loco mulier nubat, alio pariat, liberosq; ꝓcul ducat, nulla copia quiescendi permissa. Victus vniuersis caro ferina est, lactis abũdans copia, herbæ multiplices, & quæ per aucupium capi possunt, volucres.

❡Scriptouini perpetuis fere niuibus rigent, crudisq; ferarum carnibus vescuntur, quarum pellibus indumenta sibi conficiunt. Author Paulus Diaconus de gestis Longobardorum.

❡Olim Spartani sustulerunt omnem vsum auri & argenti ex Lycurgi instituto, ferrumq; prætulerunt, nummo ex eadem materia percusso.

❡Sigynnæ populi Scythiæ equos habent toto corpore hirsutos pusillos tamen, & gestandis viris inualidos, sed q iuncti currui pernicissimi sunt.

❡Samii gymnasium amori nuncuparunt, institutis sacris quæ vocantur Eleutheria.

¶Apud Sotianos Gallorum populos rex sexcentos apud se habebat ex prudentioribus, qui regi ipsi conuiuebāt, & commoriebantur volentes adeo, vt non sit inuentus, qui periculum subterfugeret.

¶Troglodytæ populi specus excauant, quas habent pro domibus. Victus illis serpentū carnes, stridor nō vox, adeo sermonis commercio carent. Assidui sunt in venatiōibus, & mira clarent velocitate. Nam super Aethiopiam velociores sunt equis. Authores Herodotus lib. 4. Pomp. mela lib. 1. & Plinius Cap. 8. lib. 5.

¶Incolæ Taprobanes insulæ ædificia habent modice ab humo extantia. Item aurum & argentum & marmor testudinis simile. Prǽterea gemmas & margaritas præcipue bonitatis. Apud eos annona nunq̄ augetur. Neq; sunt fora, neq; lites. Herculem colunt. Populus regem eligit senecta clementiaq; venerandum & liberos non habentem. Et si postea gignat, abdicant, ne fiat hæreditarium regnū, Rectores ei dant. 30. Nec nisi multorum sententia quisquam damnatur capite. Appellatio est ad populum, Rex si delinquit, morte mulctatur, nullo interimēte, sed auersantibus cunctis & commercia etiam sermonis negantibus. Agros diligenter colunt, Pomis abundant. Voluptas est in piscatu, testudinum maxime, quarum superficie domos integunt. Vita hominum centum annis modica.

¶Tonemphoæ canem habent pro rege, motu eius imperia augurantes.

¶Thraces calculos colore distinctos pro experimento cuiuscunq; diei in vrnam cōdunt ac supremo die separatos dinumerant, atq; ita de vno quoq; pronunciant. Feruntur esse tam fragilis memoriæ, vt quaternarium numerando non possint excedere. Vtuntur acie cuneata. Bellicosi sunt. Vnde & Martem natum, apud eos fabulantur poetæ. Vino se largius ingurgitant. Liberos in mercato vændūt. Virgines non asseruant, sed quibus libuit viris concumbere permittunt. Vxores seruant vehementer, easq; à parentibus coemunt. Punctas notis esse frontes nobile iudicatur, non esse notatas punctis ignobile. Ociosum esse

habetur pro honestissimo, agricolatorum pro cōtemptissimo. Spoliis bellicis & rapto viuere pulcherrimum. Deos colunt Martem, Liberum, Dianam. Reges etiam Mercurium, per quem solum iurant, & à quo progenitos se aiūt. Ad magnatum cadauera mactatis prius hostiis conuiuantur, priusq; deflent, deinde combusta sepeliūt, haud aliter humo contegunt. Aggesto insuper tumulo varii generis certamina proponunt. præcipue monomachiam, id est singulare certamen. Herodotus sub principium quinti libri.

¶Tentyritæ seu Tentyri solo aspectu & olfactu fugant crocodillos.

¶Tapyri populi sunt in Parthia, qui vxores suas aliis viris concedunt, quum ex eis duos aut tres liberos susceperunt. Strabo libro vndecimo. Vino perinde ac vnguento oblinuntur. Iustíciam obseruant.

¶Tibareni populi Scythiæ in Asia, quos amant, senio cōfectos suspendunt in patibulis. Iustissimi sunt, nec prius bello congrediuntur cum aliquo quam diem, locum, horam, hosti ex fide denūciauerint. Si quādo inibi pepererint mulieres, viri velut ægritudine simulata in lectulis decūbunt, vt puerperæ, hisq; iacentibus præministrāt vxores. Lusum amplexantur ac risus, q in iis maximam felicitatis partem arbitrentur esse constitutam.

¶Tēplarii hæretici fuerūt in Solymis ciuitate anno. 1030. post imperium Augusti. Frequentes & assidui versabantur in templis, vnde tractum nomen. Simulachrum habebant summo factum artificio, cui hominis cutem superinduxerant & binos præfulgentes carbūculos sub ipsa fronte collocauerant, qui promicabant oculorum vice. Huic autem simulachro sacra faciebāt. Morientium præterea cadauer in cineres adactum cæteris in potum conferebant, qua potione firmiores & cōstātiores se futuros putabāt. Eos vero qui ex templarii virginisq; coniugio fuissent nati, subiecto igne torrebāt, simulq; ex humore deliquato suū perungebant simulachrū, quo maiorem probarēt religionē. Tenebant amore masculo℞ fœdissimo. Damnati sunt tandē in Viennensi concilio, & concremati, quotquot reperti sūnt.


¶ Apud Thrausos populos Thraciæ edito puero propin-qui assistentes lugent, miserias huius vitæ recensentes, quas passurus sit infans ille. Hominem fato functum per lusum & læticiam terrę mandant, referentes quot malis liberatus sit ille. Multas habent vxores, quæ si contingat viro hominem exuere, certatim contendunt eius mortem sequi.
¶ Vascones Iberiæ populi iuncti Cantabris arcta obsidione laborantes dicuntur aliquádo carnes humanas esitasse. Iuuenalis Satyra decimaquinta. Vascones (vt fama est) alimentis talibus vsi Produxere mimas. Idem. Sicut modo dicta mihi gens. Post omnes herbas, post cuncta animalia, quicquid Cogebat vacui ventris furor, hostibus ipsis Pallorem & maciem & tenues miserantibus artus, Membra aliena fame Lacerabant, esse parati Et sua.

INDEX CARTHARVM

✱ a b c d e f g h i k l m n o p q r ſ t u x y z
A B C D E F G H I K L M N O.

Omnes quaterniones.

Venetiis in Officina Lucæantonii
Iuntæ Florentini Mense. Anno
M.D.XXXVII.




L
A

